

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ  
ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ  
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII  
EPISTOLÆ

68-69 SECUNDUM ORDINEM TEMPORUM NUNC PRIMUM DISPOSITÆ ET IN TRES CLASSES DISTRIBUTÆ.

CLASSIS I. Continet epistolas ante episcopatum scriptas ab anno 357 ad annum 370. Quibus adduntur nonnullæ dubiæ, quia videntur ad hoc tempus pertinere.

II. Quas episcopus scripsit ab anno 370 ad annum 378.

III. Epistolas nulla temporis nota signatas, cum pluribus dubiis et spuris nonnullis.

CLASSIS PRIMA.

EPISTOLA I<sup>a</sup>.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α'

*Fingit Basilius sese, dum Eustathium frustra quærit in variis regionibus, pene dubitasse annon fato omnia fiant, sed illius litteris recreatum mutasse sententiam; hæc, inquam, fingit ut refellat acutius, et providentiam statuatur.*

*Eustathio philosopho.*

A

Εὐσταθίῳ φιλοσόφῳ (45).

Jam me animo deficientem ob illatas ab ea quæ dicitur fortuna injurias, a qua semper aliquid impedimenti exstitit quominus tecum congrederer, litteris miro quodam modo recreasti ac consolatus es. Jam enim apud me ipse quodam modo versabam, annon forte verum sit, quod a pluribus dictatur, necessitate quadam ac fato res nostras sive parvas sive magnas regi, nec ullius rei nos homines esse dominos; aut si res ita se non habet, fortuna quadam humanam vitam prorsus agitari. Atque his cogitationibus plurimam dabis veniam, ubi causas, quibus ad eas adductus sim, didiceris. Ego reliqui Athenas ob tuæ philosophiæ famam, contemptis quæ illic

B

Ἀπειρηκότα με ἤδη πρὸς τὰς παρὰ τῆς λεγομένης (46) τύχης ἐπηρείας, παρ' ἧς αἰεὶ τι πρὸς τὸ μὴ συγγενέσθαι σοι ἐμπόδιον γέγονε, θαυμαστῶς πῶς ἀνεκαλέσω καὶ παρεμυθήσω τοῖς γράμμασι. Καὶ γὰρ πῶς ἤδη καὶ κατ' ἐμαυτὸν ἔστρεφον, μὴ ποτε ἀληθὲς ἔστι τὸ παρὰ τῶν πολλῶν θρυλλούμενον, ὅτι ἀνάγκη τις ἔστι καὶ εἰμαρμένη ἢ καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ μείζω τῶν ἡμετέρων ἄγουσα· αὐτοὶ δὲ οὐδενὸς ἔσμεν οἱ ἄνθρωποι κύριοι· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, τύχη τις πάντως τὸν ἀνθρώπινον ἐλαύνει βίον. Καὶ τούτων πολλὴν συγγνώμην εἴξεις τῶν λογισμῶν, ἐπειδὴν τὰς αἰτίας, ὑφ' ὧν εἰς αὐτοὺς προήχθην, μάθης. Ἐγὼ κατέλιπον τὰς Ἀθήνας κατὰ φήμην τῆς σῆς φιλοσοφίας, ὑπεριδὼν τῶν ἐκεῖ. Παρέδραμον δὲ τὴν ἐφ'

Alias CLXV. Scripta anno 357.

(45) Εὐσταθίῳ φιλοσόφῳ. Codex Reg. primus sic habet: Πρὸς τὸν Εὐστάθιον πρεσβύτερον Ἀντιοχείας, *Ad Eustathium presbyterum Antiochiæ*. Codex Vaticanus et Coislinianus recentior, et Regius secundus: Πρὸς Εὐστάθιον φιλόσοφον ἀπὸ Ἀντιοχείας πρὸ τοῦ πρεσβύτερου κατασταθῆναι, *Ad Eustathium philosophum ab Antiochia, priusquam presbyter crearetur*, Basilius videlicet. Inde videtur derivata codicis Harlæani mendosa lectio: Εὐσταθίῳ φιλοσόφῳ Ἀντιοχείας περὶ τοῦ πρεσβυτερίου. *Eustathio philosopho Antiochiæ de sacerdotio*. Sed his titulis parum hoc loco tribuendum. Nam nec presbyter erat Eustathius ille, sed ethnicus, ut indicant hæc Basilius verba: *Hæc, quæso, nonne sunt opera fati uti tu*

*dixeris, nonne necessitatis?* Neque etiam Antiochia ortus videtur fuisse, sed Cappadocia, ubi spes illius videndi et antea Basilius Athenis redeuntem tenuerat, et tunc etiam Alexandriæ ægrotantem tenebat. Unde merito idem esse creditur Eustathio illi, quem pluribus laudat Eunapius, et Cappadocia ortum testatur. Si quis autem his verbis ἀπὸ Ἀντιοχείας significari velit Basilius Antiochiæ scripsisse: ne id quidem verum erit. Tunc enim, ut ipse declarat, Alexandriæ morabatur. Id unum ex citatis codicibus erui potest, Basilius hæc scripsisse antequam presbyter crearetur.

(46) Λεγομένης deest in quinque codicibus mss. non vetustissimis.



Ἐλλησποντῶ πόλιν, ὡς οὐδεὶς Ὀδυσσεὺς Σειρήνων  
 μέλη. Καὶ τὴν Ἀσίαν ἐθαύμασα μὲν, πρὸς δὲ τὴν  
 μητρόπολιν (47) τῶν ἐν αὐτῇ καλῶν ἠπειγόμεν.  
 Ἐπεὶ δὲ κατέλαβον τὴν πατρίδα, καὶ σε ἐν αὐτῇ τὸ  
 μέγα ὄφελος ζητήσας οὐχ εὖρον, ἐνθευθέν μοι λοιπὸν  
 αἱ πολλαὶ καὶ ποικίλαι ἄφορμαὶ τῶν ἀδοκῆτων ἐπι-  
 γεγόνασι κωλυμάτων. Ἡ γὰρ ἀσθενεῖν πάντως ἔδει,  
 καὶ διὰ τοῦτο ἀπολείπεσθαι ἢ ἐπὶ τὴν ἐῶσαν βαδί-  
 ζοντι συναπαίρειν μὴ δύνασθαι ὄψε δὲ ποτε μυρίας  
 πόνους τὴν Συρίαν καταλαμβάνοντα, οὐχ ἔχειν συνεῖναι  
 τῷ φιλοσόφῳ πρὸς Αἴγυπτίους ἀπάραντι. Πάλιν οὖν  
 ἔδει Αἴγυπτόνδ' ἰέναι (48), θολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέην  
 τε καὶ οὐδ' ἐνταῦθα τὸ σπουδαζόμενον ἔχειν. Ἄλλ'  
 οὕτω δύσεως ἦν, ὥστε ἢ τὴν ἐπὶ Πέρσας βαδίζειν  
 ἔδει, καὶ συμπροϊέναι εἰς ὅτι μῆκιστον τῆς βαρβάρων  
 (ἤλθες γὰρ δὴ κάκεισε· τοσαύτη τις ἦν φίλονεικία  
 τοῦ δαίμονος), ἢ αὐτοῦ καθῆσθαι ἐπὶ τῆς (49) Ἀλε-  
 ξάνδρου, ὅπερ οὖν καὶ συνέβη. Δοκῶ γὰρ μοι, εἰ μὴ,  
 ὡσπερ τι θρέμμα, θαλλῶ προδεικνυμένῳ ἐπόμενος  
 ἀπηγόρευσα, ἐπέκεινα ἂν σε (50) καὶ Νύσσης τῆς  
 Ἰνδικῆς ἐλθεῖν ἀγόμενον, καὶ εἴ τι ἔσχατον τῆς καθ'  
 ἡμᾶς οἰκουμένης χωρίου, καὶ τούτῳ ἐπιπλανηθῆναι.  
 Καὶ τί θεὸν τὰ πολλὰ λέγειν; Ἄλλὰ τὸ τελευταῖον νῦν  
 ἐπὶ τῆς πατρίδος (51) διάγοντι συγγενέσθαι οὐχ ἐξ-  
 εγένετο, μακροῖς ἀρρώστιας ἐξαιρεγομένῳ· αἱ εἰ μὴ  
 τοῦ γε λοιποῦ μετριώτεραι γένοιτο, οὐδὲ κατὰ τὸν χει-  
 μῶνα τῆ λογιότητι σου συνεσόμεθα. Ταῦτα οὐχ εἰ-  
 μαρμένης ἔργα, ὡς ἂν αὐτὸς εἴποις; ταῦτα οὐχ  
 ἀνάγκης; ταῦτα οὐχί, μικροῦ δεῖν, καὶ τοὺς τῶν  
 ποιητῶν ἐπὶ Ταντάλῳ μύθους ὑπερεβάλετο (52);  
 Ἄλλ' ὅπερ ἔφην, ῥῶν γέγονα τοῖς γραμμασι, καὶ  
 οὐκέτι ἐπὶ τῆς αὐτῆς εἰμι γνώμης. Φημί δὲ χρῆ-  
 ναι (53), διδόντι μὲν τὰ ἀγαθὰ τῷ Θεῷ χάριν εἰδέναι,  
 ταμιευομένῳ δὲ μὴ δυσχεραίνειν. Καὶ δὴ οὖν καὶ  
 ἡμῖν εἰ μὲν παράσχοιτο (54) συνεῖναι σοι, ταῦτ' ἀρι-  
 στά τε ὁμοῦ καὶ ἡδίστα ἠγησόμεθα· εἰ δὲ ἀναβά-  
 λωιτο, πρῶτως οἴσομεν τὴν ζημίαν. Ἄμεινον γὰρ που  
 πάντως, ἢ ὡς ἂν ἡμεῖς προσλοίμεθα (55), διοικεῖ τὰ  
 ἡμέτερα.

melius profecto, quam nos ipsi eligere possimus, nostra moderatur.

(47) Μητρόπολιν. Liqueet urbem in Hellesponto  
 sitam esse Constantinopolim. Asiæ autem metro-  
 polim non Ephesum videtur appellare Basilus,  
 sed Cæsaream; illuc enim mente et animo fere-  
 batur; hic illius viæ finis; et dum hunc ei titu-  
 lum tribuit ob rerum bonarum ornamenta, satis  
 indicat jure debitum non fuisse. Paulo post legi-  
 mus cum antiquis codicibus ἐπεὶ δὲ pro eo quod  
 est in editis ἐπειδὴ δὲ.

(48) Αἴγυπτόνδ' ἰέναι. Duo codices mss. Αἴγυ-  
 πτόν τ' ἰέναι, quatuor alii Αἴγυπτόν τε ἰέναι. Paulo  
 post vocula δὴ addita ex duobus codicibus mss.

(49) Ἐπὶ τῆς. Editi ἢ ἐπὶ τῆς. Erratum sustuli-  
 mus auctoritate codicis Coisliniani antiquioris et  
 Harlæani.

(50) Ἐπέκεινα ἂν σε. Sic codices antiqui septem;  
 male in editis ἐπέκεινα ἂν με, quod sententiæ acu-  
 men prorsus elidebat.

(51) Ἐπὶ τῆς πατρίδος. Sic duo vetustissimi  
 Codices Coislinianus et Medicæus. Sic etiam ha-  
 buit prima manu alius antiquissimus codex,  
 olim bibliothecæ Harlæanæ, nunc Sangermanen-  
 sis ex dono illustrissimi senatus principis Harlæi.  
 Codex Anglicanus ἐπὶ τῆς αὐτῆς πατρίδος, in eadem

A sunt. Præterii autem citius Hellesponti civitatem  
 quam quisquam Ulysses Sirenium cantus. Et Asiam  
 quidem admiratus sum; sed ad bonorum, quæ in  
 ea sunt, metropolim properabam. Postquam au-  
 tem veni in patriam, teque ingens lucrum in ea  
 quæsitum non inveni; hinc 70 mihi deinceps mul-  
 tæ variæque occasiones inopinatum abortæ sunt  
 impedimentorum. Vel enim ægrotandum prorsus  
 fuit, teque idcirco carendum; vel necesse fuit te  
 cum abeunte in Orientem proficisci non posse,  
 et cum tandem aliquando innumeris laboribus in  
 Syriam pervenissem, philosophi, qui in Ægypto  
 abierat, congressum non assequi. Rursus  
 igitur proficiscendum fuit in Ægyptum, longo et  
 difficili itinere, ac ne illic quidem assequendum  
 B quod erat in optatis. Sed tam infausto amore ca-  
 piebar, ut aut ad Persas eundem mihi esset, et  
 ad extremosque barbaros simul proficiscendum  
 (siquidem illud etiam veneras: usque adeo obsi-  
 stebat dæmon), aut hic sedendum Alexandriæ:  
 id quod et contigit. Puto enim nisi pecudis in-  
 star præmonstratum ramum sequendo defatigatus  
 essem, futurum fuisse ut vel ultra Nyssam Indi-  
 cam actus pergeres, ac si quis extremus orbis no-  
 stri locus, in eo etiam errares. Sed quid multa  
 opus est referre? Nunc postremo cum in patria  
 verseris, tecum esse non contigit, eo quod  
 diuturnis morbis detinear: qui nisi deinceps  
 mitiores fiant, ne in hieme quidem prudentiam  
 tuam conveniemus. Hæc, quæso, nonne sunt  
 opera fati, uti tu dixeris? nonne necessitatis?  
 C hæc nonne propemodum poetarum de Tantalos  
 fabulas superarunt? Sed, ut dixi, ex litteris tuis  
 melius me habui, nec jam amplius in eadem sum  
 sententia. Censeo autem oportere Deo bona lar-  
 gienti gratias agere, procrastinanti vero non suc-  
 censere. Et sane, si nobis dederit tecum esse,  
 optima hæc simulque jucundissima putabimus;  
 si rem differat, damnum leniter feremus. Nam

patria. Editi et alii mss. ἐπὶ τῆς αὐτῆς χώρας, in ea-  
 dem regione, id est, cum in eadem regione verse-  
 ris, nec jam locum ex loco mutes. Codex Angli-  
 canus, in quo perspicuum est vocem πατρίδος as-  
 sutam fuisse, dat conjiciendi copiam, scripsisse  
 Basilium ἐπὶ τῆς αὐτῆς, supplendo χώρας: in non-  
 nullis autem libris additum fuisse χώρας, in aliis  
 vero, cum ad marginem scriptum esset πατρίδος,  
 ut indicaretur quo in loco moraretur Eustathius,  
 hanc vocem in contextum migrasse. Cæterum  
 hanc conjecturam præferre nolui antiquissimis co-  
 dicibus.

(52) Ὑπερεβάλετο. Sic quinque optimi mss.  
 Editi ὑπερεβάλλετο.

(53) Φημί δὲ χρῆναι. Huc spectabat perelegans  
 Basilii ironia. Nam fingere se in aliquam opinio-  
 nem inclinasse, sed eam coactum esse rejicere,  
 peracuta est refellendi ratio.

(54) Παράσχοιτο. Quatuor codices mss., in his  
 Coisl, primus et Harl., παράσχοι τὸ, alius παράσχη τὸ.

(55) Προσλοίμεθα. Quatuor codices mss. nempe An-  
 glicanus et Vaticanus cum Regio secundo et  
 Coisliniano secundo προῖδοιμεθα, melius quam nos  
 ipsi providere possimus:



## EPISTOLA II\*.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β'.

*Gregorio nihil curanti de situ solitudinis Basilii, sed scire aventi, quomodo ibi vivatur, exponit Basilius non quid ipse faciat (humiliter enim fatetur se non multum proficere) sed quid faciendum sit: quanta sint solitudinis ad pietatem adjumenta, quomodo Scripturarum lectioni subjungenda oratio, quid in sermone et in incessu, quid in cibo et potu et vestimento, quid in somno observandum.*

*Basiliius Gregorio.*

A

Βασίλειος Γρηγορίῳ (56).

1. Agnovi epistolam tuam, velut qui amicorum liberos ex apparente in ipsis similitudine cum parentibus cognoscunt. Quod enim ais, loci structuram magni momenti non esse ad ciendum in animo tuo desiderium aliquod vitæ nobiscum agenda, antequam de instituto ac vivendi ratione aliquid didiceris; sententia vere tua est, tuoque digna animo. **71** qui terrena omnia nihil esse existimas, ad beatitudinem nobis in pollicitationibus repositam. Quid autem ipse in hac solitudine noctu ac interdiu agam, dicere pudet. Reliqui equidem urbis commorationes, ut innumerabilium malorum causas: at me ipse nondum relinquere potui. Sed similis sum hominibus in mari summa difficultate, eo quod navigandi insolentes sint, laborantibus et nauseantibus, qui navigii magnitudinem, ut vehementius succutientem ægre ferunt, indeque in lembum aut naviculam trans-euntes, ubique nauseant et in angustiis versantur: una enim cum ipsis transit nausea ac bilis. Ad hunc igitur modum se quoque nostræ res habent. Nam insitos animi morbos circumferentes, ubique iisdem perturbationibus sumus obnoxii. Quare non magnopere adjuti sumus hac solitudine. Quæ autem facta oporteret, et unde nobis daretur inhærere vestigiis ejus qui salutis dux fuit (*Si quis enim, inquit, vult post me venire abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me*<sup>30</sup>), hæc sunt.

2. Enitendum est, ut mentem pacatam ac quietam babeamus. Quemadmodum enim oculus continenter circumactus, et nunc quidem in obliqua deflexus, nunc vero sursum ac deorsum frequenter contorsus, clare ac perspicue rem objectam cernere non potest; sed aciem in rem visam defigi oportet, si modo perspicua futura est visio: ita et humana mens sexcentis mundi curis distra-

<sup>30</sup> Matth. XVI, 24.

\* Alias I. Scripta initio secessus.

(56) Βασίλειος Γρηγορίῳ. Hunc titulum eruimus ex duobus vetustissimis codicibus, Harlæano et Coislino primo. Legitur in nonnullis Γρηγορίῳ ἐπιγράψας, Gregorio sodali.

(57) Ἐπιγινώσκουσι. Ita vetustissimi quique codices. Editi ἐκγινώσκουσιν. Unus ex Regiis ἐπιγινώσκοντες. Subinde veteres aliquot libri τι μαθοίς.

(58) Vide Addenda.

(59) Ἄξιον. Hanc vocem addidimus ex tribus vetustissimis codicibus. Harl., Coisl. primo et Medicæo. Sic etiam habet Regius secundus.

(60) Ἀπορουμένοις. Ope eorumdem quatuor codicum emendavimus quod in editis legebatur κατὰ πλοῦν... ἀπολλυμένοις.

(61) Ἀκηθία. Sic editio Basileensis, Coisl. primus, Vaticanus et alius a Combefisio citatus. Edi-

1. Ἐπέγνω σου τὴν ἐπιστολὴν, ὡς περ οἱ τοὺς τῶν φίλων παῖδας ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης αὐτοῖς ὁμοιότητος πρὸς τοὺς τεκόντας ἐπιγινώσκουσι (57). Τὸ γὰρ μὴ μέγα εἶναι φῆσαι τὴν τοῦ τόπου κατασκευὴν (58) πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι ὁρμὴν τινα τῆ ψυχῆ σου εἰς τὸν μεθ' ἡμῶν βίον, πρὶν ἂν περὶ τοῦ τρόπου τι μάθῃς καὶ τῆς διαγωγῆς, σὸν ἦν οὕτως τὸ διανόημα, καὶ τῆς σῆς ψυχῆς ἄξιον (59), τῆς πάντα τὰ τῆδε μηδὲν τιθεμένης, πρὸς τὴν ἐν ἐπαγγελίαις ἡμῖν ἀποκειμένην μακαριότητα. Ἐγὼ δὲ ἃ μὲν ποιῶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς ἐσχρατῆς ταύτης νυκτὸς καὶ ἡμέρας, γράφειν αἰσχύνομαι. Κατέλιπον μὲν γὰρ τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ὡς μυρίων κακῶν ἀπορρέας, ἐμαυτὸν δὲ οὐπω ἀπολιπεῖν ἠδύνηθην. Ἀλλ' ὁμοίως εἶμι τοῖς ἐν θαλάσσει ὑπὸ τῆς κατὰ τὸν πλοῦν ἀπειρίας ἀπορουμένοις (60) καὶ ναυτιῶσιν· οἱ τῷ μεγέθει τοῦ πλοίου δυσχεραίνουσιν, ὡς πολὺν τὸν σάλον παρεχομένην, κάκειθεν ἐπὶ τὸν λέμβον ἢ τὸ ἀκάτιον μεταβαίνοντες πανταχοῦ ναυτιῶσι καὶ ἀποροῦνται· συμμετέρχεται γὰρ αὐτοῖς ἡ ἀκηθία (61) καὶ ἡ χολή. Τοιοῦτον οὖν τι καὶ τὸ ἡμέτερον. Τὰ γὰρ ἐνοικία πάθη συμπεριφέροντες, πανταχοῦ μετὰ τῶν ὁμοίων θορύβων ἐσμῆν. ὥστε οὐδὲν μέγα τῆς ἐρημίας ἀπονάμεθα ταύτης. Ἄ μέντοι ποιεῖν ἔκει, καὶ ὅθεν ὑπῆρξεν ἂν ἡμῖν τῶν ἰχνῶν ἔχεσθαι τοῦ πρὸς σωτηρίαν καθηγησαμένου (Ἐἴ τις γὰρ, φησὶ θέλει ὀπίσω μου ἔλθειν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἐκολουθήτω μοι), ταῦτα ἐστίν.

2. Ἐν ἡτύχῃ (62) τὸν νοῦν ἔχειν πειρᾶσθαι προσήκει. Ὡς γὰρ ὀφθαλμὸν περιαιγόμενον συνεχῶς, καὶ νῦν μὲν ἐπὶ τὰ πλαγία περιφερόμενον, νῦν δὲ πρὸς τὰ ἄνω καὶ κάτω πυκνὰ μεταστρεφόμενον, ἰδεῖν ἐναργῶς τὸ ὑποκείμενον (63) οὐχ οἶον τε, ἀλλὰ χρὴ πρόσ-ερεισθῆναι τὴν ὄψιν τῷ ὀρωμένῳ, εἰ μέλλοι ἐναργῆ αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὴν θέαν· οὕτω καὶ νοῦν ἀνθρώπου ὑπὸ μυρίων τῶν κατὰ τὸν κόσμον φροντίδων περιελ-

tio Parisiensis ἀκηθία. Sed mss. codices δειλία, ravor, quæ vox minus commoda videtur Combefisio. Paulo post codices nonnulli μέγα ἐκ τῆς. Sed Basilius præpositionem post hoc verbum apponere non solet. Subinde plerorumque codicum auctoritate addidimus voculam ἂν, et delivimus ἡμῖν post σωτηρίαν.

D (62) Ἐν ἡτύχῃ. Ante has voces legitur in editis πρῶτον μὲν, quod, cum ab omnibus nostris absit codicibus mss., expungendum duximus.

(63) Καὶ κάτω... ἐναργῶς τὸ ὑποκείμενον. Sic veteres libri magno consensu. Editi καὶ τὰ κάτω... ἐναργῶς οὐχ οἶον τε. Habent etiam καὶ κάτω editiones Haganoensis et Basileensis. Mox tres codices τῷ ὀρατω. Ibidem deest αὐτοῦ post ἐναργῆ in codice Vaticano et uno ex Combefisianis.



κόμηνον ἀμήχανον ἐναργῶς ἐνατενίσαι (64) τῇ ἀληθείᾳ. Ἀλλά του μὲν οὐπω τοῖς θεσμοῖς τοῦ γάμου συνεζευγμένον λυσσῶδεις ἐπιθυμίαι καὶ ὄρμαι δυσκάρηκτοι καὶ ἔρωτες τινες δυσέρωτες ἐκταράσσουσι· τὸν δὲ ἤδη κατειλημμένον (65) ὁμοζύγω ἑτεροσ θόρουβος φροντίδων ἐκδέχεται· ἐν ἀπαιθία παιδῶν ἐπιθυμία· ἐν τῇ κτήσει (66) τῶν παιδῶν παιδοτροφίας μέριμνα· γυναικὸς φυλακὴ, οἴκου ἐπιμέλεια, οἰκετῶν προστασίαι, αἱ κατὰ τὰ συμβόλαια βλάβαι, οἱ πρὸς τοὺς γείτονας διαπληκτισμοὶ, αἱ ἐν τοῖς δικαστηρίοις συμπλοκαὶ, τῆς ἐμπορίας οἱ κίνδυνοι, αἱ τῆς γεωργίας διασπονῆσεις. Πᾶσα ἡμέρα ἰδίαν ἔχει φέρουσα τῆς ψυχῆς ἐπισκότησιν· καὶ αἱ νύκτες, τὰς μεθήμερινὰς φροντίδας παραλαμβάνουσαι (67), ἐν ταῖς αὐταῖς φαντασίαις ἐξαπατῶσι τὸ νοῦν. Τούτων δὲ μία φυγὴ, ὁ χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ κόσμου παντός. Κόσμου δὲ ἀναχώρησις οὐ τὸ ἐξω αὐτοῦ γενέσθαι σωματικῶς, ἀλλὰ τῆς πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας τὴν ψυχὴν ἀπορρήξαι, καὶ γενέσθαι ἄπολιν, ἄοικον, ἀνίδιον, ἀφιλέταιρον, ἀκτήμονα, ἄβιον, ἀπρόγμονα, ἀσυνάλλακτον, ἀμαθῆ τῶν ἀνθρωπίνων διδασμάτων· ἔτοιμον ὑποδέξασθαι τῇ καρδίᾳ τὰς ἐκ τῆς θείας διδασκαλίας ἐγγινομένας διατυπώσεις. Ἐτοιμασία δὲ καρδίας ἡ ἀπομάθησις τῶν ἐκ πονηρᾶς συνηθείας προκατασχόντων αὐτὴν διδασμάτων. Οὔτε γὰρ ἐν κηρῷ γράψαι δυνατὸν, μὴ προκαταλείναντα (68) τοὺς ἐναποκειμένους χαρακτῆρας· οὔτε ψυχῇ δόγματα θεῖα παραθέσθαι, μὴ τὰς ἐκ τοῦ ἔθους προλήψεις αὐτῆς ἐξελόντα. Πρὸς δὲ τοῦτο μέγιστον ὄφελος ἡμῶν ἡ ἐρημία παρέχεται, κατευνάζουσα ἡμῶν τὰ πάθη, καὶ σχολὴν διδοῦσα τῷ λόγῳ παντελῶς αὐτὰ τῆς ψυχῆς ἐκτεμεῖν. Ὡς γὰρ τὰ θηρία εὐκαταγωνιστά ἐστὶ καταψυχθέντα (69), οὕτως ἐπιθυμίαι καὶ ὄρμαι καὶ φόβοι καὶ λύπαι, τὰ ἰσθόλα τῆς ψυχῆς κακὰ, κατευνασθέντα διὰ τῆς ἡσυχίας (70), καὶ μὴ ἐξαγριαινόμενα τῷ συνεχεῖ ἐρεθισμῷ, εὐκαταγωνιστότερα τῇ δυνάμει τοῦ λόγου γίνεται. Ἐστὼ τοίνυν τὸ χωρίον τοιοῦτον, οἷονπερ ἐστὶ καὶ τὸ ἡμέτερον, ἐπιμιξίας ἀνθρώπων ἀπηλλαγμένον, ὡς ὑπὸ μηθενός (71) τῶν ἐξωθεν τὸ συνεχὲς τῆς ἀσκήσεως διακόπτεσθαι. Ἀσκησις δὲ εὐσεβείας τὴν ψυχὴν τρέφει τοῖς θείοις διανοήμασι. Τί οὖν μακαριώτερον τοῦ τὴν ἀγγέλων χορείαν ἐν γῆ μιμεῖσθαι; εὐθύς μὲν (72) ἀρχομένης ἡμέρας εἰς εὐχὰς ὀρμώντα, ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς γεραίρειν τὸν κτίσαντα; εἶτα ἡλίου καθαρῶς διαλάμψαντος, ἐπ' ἔργα τρεπόμενον, πανταχοῦ αὐτῷ (73) τῆς

(64) Ἐνατενίσαι. Ita mss. sex et editio Haganoensis. Editiones aliæ ἀτενίσαι.

(65) Κατειλημμένον. Nonnulli codices συγκατειλημμένον, alii συγκατειργμένον, unus a Combefisio citatus κατειργασμένον. Sic etiam nonnulli habent ὁμοζυγι, alii ὁμοζυγία.

(66) Ἐν τῇ κτήσει, etc. Sic mss. sex; nisi quod in duobus legitur μέριμναι, et παιδῶν ἐπιθυμίαι. Editi ἐν παιδῶν κτήσει περὶ τροφῆς φροντίς.

(67) Παραλαμβάνουσαι. Hæc scriptura, quæ est codicum Coisl. primi, Vaticani et duorum quos citat Combefisius, visa est præferenda vulgatæ παραλαβούσαι. Mox legitur in codicibus Harl., Med. et duobus Regiis ὁ δρασμὸς ἀπὸ τοῦ κόσμου παντός. Vulgata lectio appositâ ad marginem codicis Medicæi manu recentiore.

(68) Προκαταλείναντα. Ita septem mss. codices. Editi καταλείναντα. Paulo post in codice Medicæo

cta, veritatem clare conspicerere non potest. Sed eum quidem qui nondum nuptiarum vinculis constrictus est, rapidæ cupiditates, ac impetus non facile superabiles, et amores perditissimi conturbant: conjugio autem illigatum alius curarum tumultus excipit; in orbitate desiderium prolis, susceptis liberis, de his educandis sollicitudo: uxoris custodia, domus cura, servorum gubernatio, accepta contractis in rebus damna, contentiones cum vicinis, forenses concertationes, negotiationis alea, agriculturæ labores. Unaquæque dies oritur suam ferens animi caliginem: quin et noctes diurnas curas excipientes, iisdem rerum speciebus mentem fallunt. Horum autem una vitatio est, secessus a toto mundo. Verum secessus a mundo, non est corpore extra ipsum esse, sed animam ab affectionum cum corpore consensione avellere, ac sine civitate esse, sine domo, sine propriis rebus, sine amicorum societate, sine possessionibus, sine rebus ad victum necessariis, sine negotiis, nullas res contrahentem, humanarum disciplinarum expertem, paratum ad suscipiendas corde informationes, quæ ex doctrina divina dueuntur. Est autem cordis præparatio, documentorum ex prava consuetudine 72 illud præoccupantium oblivio. Nam nec in cæra scribere potest, qui jam insitas litteras non deleverit: nec animo divina dogmata mandare, qui anticipatas e consuetudine opiniones ex eo non sustulerit. Ad id autem plurimum affert adjumenti solitudo, quæ vitiosos animi nostri motus consopit, ac rationi otium dat eos ex animo penitus excindendi. Quemadmodum enim belluæ, si demulceantur, facile vinci possunt; ita libidines, iræ, pavores, mærores, venenata illa animæ mala, solitudine sopita, nec irritamento jugi efferata, vi rationis facilius superantur. Esto igitur locus aliquis hujusmodi, qualis hic noster, ita ab hominum commercio liber, ut religiosæ exercitationis continuatio a nullo extraneo intercidatur. Pietatis autem exercitatio animam divinis cogitationibus alit. Ecquid igitur beatius, quam in terra concentum angelorum imitari; statim quidem ac dies incipit ad preces surgentem,

ἐρημία χαρίζεται. Sic etiam in ora Coisl. primi.

(69) Καταψυχθέντα. Tres codices a Combefisio citati καταψυχθέντα. Sic etiam Harlæanus secunda manu. Coisl. primus καταψησθέντα, sed pariter secunda manu.

(70) Διὰ τῆς ἡσυχίας. Codex Remigianus διὰ τῆς συνηθείας, et sic legit auctor interpretationis, quæ est in editionibus Græcis et Latinis.

(71) Ὡς ὑπὸ μηθενός. Sic mss. codices plerique. Editi ὡς μὴ ὑπὸ μηθενός.

(72) Εὐθύς μὲν. Sic mss. codices septem. Editi εὐθύ μὲν. Ibidem unus ex Regiis codicibus ἀγγέλων πολιτείαν. Mox ibidem editi καὶ ὕμνοις. Voculam καὶ perincommode positam sustulimus auctoritate trium mss.

(73) Αὐτῷ. Ita Harl., Med., Coisl. primus, Vat., et alii plures. Editi αὐτοῦ.



hymnis et canticis Creatorem venerari; exinde sole jam clare dilucescente, ad opera conversum, comitante ubique oratione, hymnis etiam opera tanquam sale condire? Siquidem hilarem jucundamque animæ æquabilitatem hymnorum solatia conferunt. Quies igitur principium expurgationis animæ, nec lingua loquente res humanas, nec oculis nitidos corporum colores aut concinnitates circumspicientibus; nec auditu animæ vigorem dissolvente per acromata modorum ad voluptatem compositorum, aut per hominum facetorum ac ridiculorum verba: id quod maxime animi vim frangere solet. Mens enim, quæ ad externa non dissipatur, neque per sensus in mundum diffunditur, redit quidem ad se ipsa; per se autem ad Dei cogitationem ascendit; atque decore illo illustrata ipsius etiam naturæ obliviscitur, nec jam cibi cura distrahitur aut amictus sollicitudine; sed terrenis curis vacua, omne suum studium ad æterna bona adispiscenda transfert; quomodo colat temperantiam atque fortitudinem, quomodo justitiam, ac prudentiam, ac reliquas virtutes, quæ, sub hæc genera distributæ, singula decenter in vita peragenda viro probò suggerunt.

3. Maxima autem via ad officii investigationem est et Scripturarum divinitus inspiratarum meditatio. In his enim et rerum agendarum præcepta reperiuntur, et beatorum hominum res gestæ litteris traditæ, veluti animata quædam vitæ secundum Deum institutæ simulacra, ad bonorum operum imitationem proponuntur. Ac proinde quacunque **73** in re quisque mendose sese ipse habere senserit; in illam imitationem assidue incumbens, tanquam ex communi quadam medicinæ officina, appositum suæ infirmitati medicamentum invenit. Ac castitatis quidem amator historiam Josephi assidua lectione evolvit, atque ab eo actiones temperantiæ plenas ediscit, non solum a voluptatibus continentem illum reperiens, sed etiam habitu in virtute firmum. Fortitudinem vero discit a Jobo, qui, rebus suis retro sublapsis, ac egens ex divite, orbis ex pulchræ prolis parente temporis momento factus, non solum idem permansit, infractos animi sensus ubique retinens; sed ne amicis quidem, qui ad consolandum venerant, insultantibus et dolores conjunctim intendentibus, ira commotus est

εὐχῆς συμπαρούσης, καὶ τοῖς ὕμνοις, ὡς περ ἄλατι, παρατούειν τὰς ἐργασίας; Τὸ γὰρ ἰλαρὸν καὶ ἄλυπον τῆς ψυχῆς κατάστημα αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται. Ἦσυχία οὖν ἀρχὴ καθάρσεως τῆς ψυχῆς, μήτε γλώττης λαλούσης τὰ τῶν ἀνθρώπων, μήτε ὀφθαλμῶν εὐχροίας σωμαίων καὶ συμμετρίας περισκοπούτων, μήτε ἀκοῆς τὸν τόνον τῆς ψυχῆς ἐκλούσης ἐν ἀκροάμασι (74) μελῶν πρὸς ἡδονὴν πεποιημένων, μήτε ῥήμασιν εὐτραπέλων καὶ γελοιαστῶν ἀνθρώπων, ὁ μάλιστα λύειν τῆς ψυχῆς τὸν τόνον πέφυκε. Νοῦς μὲν γὰρ μὴ σχεδαννόμενος ἐπὶ τὰ ἔξω, μηδὲ ὑπὸ τῶν αἰσθητηρίων ἐπὶ τὸν κόσμον διαχεόμενος (75), ἐπάγεισι μὲν πρὸς ἑαυτὸν· δι' ἑαυτοῦ δὲ πρὸς τὴν περὶ Θεοῦ ἔννοιαν (76) ἀναβαίνει· κἀκεῖνῳ τῷ κάλλει περιλαμπόμενος, καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως λήθην λαμβάνει· μήτε πρὸς τροφῆς φροντίδα, μήτε πρὸς περιβολαίων μέριμναν τὴν ψυχὴν καθελόμενος, ἀλλὰ σχολὴν ἀπὸ τῶν γένων φροντίδων ἄγων, τὴν πᾶσαν ἑαυτοῦ (77) σπουδὴν ἐπὶ τῆν κτῆσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν μετατίθησι· πῶς μὲν κατορθωθῆ αὐτῷ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία· πῶς δὲ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ φρόνησις, καὶ αἱ λοιπαὶ ἀρεταί, ὅσαι ταῖς γενικαῖς ταύταις ὑποδιαίρουμαι, καθηκόντως ἕκαστα (78) ἐπιτελεῖν τῶν κατὰ τὸν βίον ὑποβάλλουσι τῷ σπουδαίῳ.

3. Μεγίστη δὲ ὁδὸς πρὸς τὴν τοῦ καθήκοντος εὐρεσιν καὶ ἡ μελέτη τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν. Ἐν ταύταις γὰρ καὶ αἱ τῶν πράξεων ὑποβῆκαι εὐρίσκονται, καὶ οἱ βίοι τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἀνάγραπτοι παραδεδομένοι, οἷον εἰκόνες τινὲς ἐμψυχοὶ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας, τῷ μιμηματι τῶν ἀγαθῶν ἔργων πρόκεινται. Καὶ τοίνυν περὶ ὅπερ ἂν ἕκαστος (79) ἐνδεῶς ἔχοντος ἑαυτοῦ αἰσθάνηται, ἐκεῖνῳ προσδιατρίβων, οἷον ὑπὸ τινος κοινοῦ ἰατροῦ, τὸ πρόσφορον εὐρίσκει τῷ ἀρρώστῳ φάρμακον. Καὶ ὁ μὲν ἐραστῆς τῆς σωφροσύνης τὴν περὶ τοῦ Ἰωσήφ ἱστορίαν συνεχῶς ἐνελίσσει, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰς σωφρονικὰς ἐκδιδάσκειται πράξεις, εὐρίσκων αὐτὸν οὐ μόνον ἐγκρατῶς πρὸς ἡδονὰς ἔχοντα, ἀλλὰ καὶ ἐκτικῶς πρὸς ἀρετὴν διακείμενον· ἀνδρίαν δὲ παιδεύεται παρὰ τοῦ (80) Ἰωβ, ὃς οὐ μόνον, πρὸς τὰ ἐναντία τοῦ βίου μεταπεσόντος αὐτῷ, πένης ἐκ πλουσίου καὶ ἄπαις ἀπὸ καλλίπαιδος ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ γεγόμενος, διέμεινεν ὁ αὐτός, ἀταπείνωτον πανταχοῦ τὸ τῆς ψυχῆς φρόνημα διασώζων· ἀλλ' οὔτε τῶν φίλων τῶν εἰς παραμυθίαν ἤκόντων, ἐπεμβαίνόντων αὐτῷ (81) καὶ συνεπιτεινόντων τὰ ἀλγεῖνα, παρωξύνθη. Πάλιν σκοπῶν (82) τις πῶς ἂν πρᾶος ἐν

(74) Ἐν ἀκροάμασι. Sic iidem mss. codices. Editi ἐν ἀκροάσει. Ibidem unus ex Regiis ἐν ῥήμασιν.

(75) Διαχεόμενος. Duo mss. διαφορούμενος.

(76) Τὴν περὶ Θεοῦ ἔννοιαν. Sic mss. octo. Editi τὴν τοῦ Θεοῦ ἔννοιαν. Mox editi περιλαμπόμενος τε καὶ ἐλλαμπόμενος. Emendavimus ope unius ex Combesianis codicibus, et codicis Harlæani, qui prima manu habuit, ut edendum curavimus.

(77) Ἐαυτοῦ. Ita Harl., Coisl. primus et plures alii. Editi αὐτοῦ.

(78) Ἐκαστα. Duo mss. ἕκαστον.

(79) Ἐκαστος. Editio Parisiensis addit ἡμῶν, quod deest in vetustis editionibus et omnibus nostris mss.

(80) Παρὰ τοῦ. Editi παρὰ τῷ, repugnantibus mss. plerisque omnibus.

(81) Αὐτῷ. Vitiose in editis ἑαυτῷ contra omnium mss. fidem.

(82) Σκοπῶν τις. Deest vocula in codicibus Medicæo, Harl. et aliis nonnullis; non tamen in Coisliliano primo.



ταυτῶ καὶ μεγαλόθυμος γένοιτο, ὥστε τῷ μὲν θυμῷ A κατὰ τῆς ἀμαρτίας κεχρησθαι, τῇ δὲ πραότητι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, εὐρήσει (83) τὸν Δαβὶδ γενναῖον μὲν ἐν τοῖς κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθήμασι, πρᾶον δὲ καὶ ἀκίνητον ἐν ταῖς τῶν ἐχθρῶν ἀντιδόσεσι. Τοιοῦτος (84) καὶ Μωσῆς, μεγάλῳ μὲν τῷ θυμῷ κατὰ τῶν εἰς Θεὸν ἐξαμαρτανόντων διανιστάμενος, πραεὶα δὲ τῇ ψυχῇ τὰς καθ' ἑαυτοῦ διαβολὰς ὑποφέρων. Καὶ πανταχοῦ, ὡσπερ οἱ ζωγράφοι, ὅταν ἀπὸ εἰκόνων εἰκόνας γράφωσι (85), πυκνὰ πρὸς τὸ παράδειγμα ἀποβλέποντες, τὸν ἐκεῖθεν χαρακτῆρα πρὸς τὸ ἐαυτῶν σπουδάζουσι μεταθεῖναι φιλοτέχνημα· οὕτω δεῖ καὶ τὸν ἐσπουδακότα ἑαυτὸν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς ἀπεργάσασθαι (86), τέλειον, οἰονεὶ πρὸς ἀγάλματά τινα κινούμενα (87) καὶ ἔμπρακτα, τοὺς βίους τῶν ἀγίων ἀποβλέπειν, καὶ τὸ ἐκείνων ἀγαθὸν οἰκεῖον B ποιῆσθαι διὰ μιμήσεως.

4. Εὐχαὶ πάλιν τὰς ἀναγνώσεις διαδεχόμεναι νεαρωτέραν τὴν ψυχὴν καὶ ἀκμαιοτέραν τῷ πρὸς Θεὸν πόθῳ κεινημένην παραλαμβάνουσιν. Εὐχὴ δὲ καλὴ ἢ ἐναργῆ ἐμποιοῦσα τοῦ Θεοῦ ἐνοιαν τῇ χυχῇ (88). Καὶ τοῦτό ἐστι Θεοῦ ἐνοίκησις, τὸ διὰ τῆς μνήμης ἐνιδρυμένον ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεόν. Οὕτω γινόμεθα ναὸς Θεοῦ, ὅταν μὴ φροντίσι γήναις τὸ συνεχὲς τῆς μνήμης διακόπτηται, μηδὲ τοῖς ἀπροσδοκῆτοις πάθεισιν ὁ νοῦς ἐκταράττηται, ἀλλὰ πάντα ἀποφυγῶν ὁ φνλόθεος ἐπὶ Θεὸν ἀναχωρῇ, ἐξελαύνων τὰ προσκαλούμενα (89) αὐτὸν εἰς ἀκρασίαν πάθη, καὶ τοῖς πρὸς ἀρετὴν ἄγουσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐνδιατρίβῃ.

5. Καὶ πρῶτόν γε παντῶν σπουδάζειν προσήκει C περὶ τὴν τοῦ λόγου χρῆσιν μὴ ἀμαθῶς ἔχειν, ἀλλ' ἐρωτᾶν μὲν ἀφιλοεῖκως, ἀποκρίνεσθαι δὲ καὶ ἀφιλοτίμως (90), μὴ διακόπτοντα τὸν προσδιαλεγόμενον, ὅταν τι χρήσιμον λέγῃ, μηδὲ ἐπιθυμοῦντα τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐπιδεικτικῶς παρεμβάλλειν, μέτρα ὀρίζοντα λόγῳ καὶ ἀκοῇ· μαυθάνειν δὲ ἀνεπισχύντως, καὶ διδάσκειν ἀνεπιφθόνως· καὶ εἴ τι παρ' ἐτέρου δεδιδάχται, μὴ ἐπικρύπτειν (91) ὡσπερ αἱ φαῦλαι τῶν γυναικῶν, αἱ τὰ νόθα ὑποβαλλόμεναι· ἀλλὰ κηρύσσειν εὐγνωμόνως τὸν πατέρα τοῦ λόγου. Τόνος δὲ φωνῆς ὁ μέσος προτιμητέος, ὡς μήτε διαφεύγειν τὴν ἀκοὴν ὑπὸ σμικρότητος, μήτε φορτικὸν εἶναι τῷ μεγέθει τῆς διατάσεως. Προεξετάσαντα ἐν ἑαυτῷ τὸ ρηθησόμενον, οὕτω δημοσιεύειν τὸν λόγον. Εὐπροσῆγορον ἐν ταῖς ἐντεύξεσι, γλυκύν D

Rursus quis reputans quomodo clemens simul et magnanimus esse possit, ita ut animo in peccatum, clementia erga homines utatur; inveniet Davidem generosum quidem in bellicis facinoribus, clementem vero et placidum in inimicis ulciscendis. Talis et Moses, ingenti quidem ille animo in eos insurgens, qui in Deum peccaverant, sed leniter inflictas sibi calumnias perferens. Ac omnino, ut pictores, cum imagines ex imaginibus pingunt, crebro ad exemplar respicientes. inde formam in suum opus transferre conantur: sic etiam qui sese omnibus virtutis partibus absolutum perficere studet, ad sanctorum vitas, velut ad simulacra quædam viva et actuosa, respicere debet, et quod illis inest boni suum imitando facere.

4. Preces rursus lectionibus succedentes vegetiorem ac fortiorem animam amore in Deum concitatam excipiunt. Est autem oratio illa præclara, quæ perspicuam Dei notionem animæ imprimit: idque Dei inhabitatio est, insidentem intus Deum memoria complecti. Sic Dei efficiamur templum; cum nec terrenis curis perpetuus memoriæ tenor interpellatur, nec improvisis commotionibus perturbatur intellectus; sed omnia fugiens Dei cultor ad Deum secedit, repellens provocantes ad libidinem affectiones, ac in studiis ad virtutem ducentibus immoratur.

5. Atque illud quidem imprimis studio esse debet, sermone non inscite uti, sed interrogare sine litigandi studio, respondere sine ambitione; non interpellare disserentem, si quid dicat utile, neque cupidum esse proprii sermonis ostentationis causa interserendi; modum tenere loquendi et audiendi; discere etiam sine verecundia, docere liberaliter, nec occultare si 74 quid ab alio didiceris; velut improbæ mulieres facere solent, quæ spurios partus subjiciunt; sed grato animo parentem doctrinæ prædicare. Vocis vero sonus mediocris præferendus est, ut nec exilior auditum præterfugiat, nec nimia contentione importunus sit. Expendendum tecum prius quid dicturus sis, atque ita demum edendum et vulgandum. Adeuntibus affabilem esse oportet, atque in col-

nostris octo mss. deest et in editione Hagan. Paulo post editi ἔχειν ἐνιδρυμένον ἐν αὐτῷ. Codices mss. summo consensu ut in textu.

(89) Τὰ προσκαλούμενα, etc. Secuti sumus hoc loco Coislinianum primum, Harl. et duos Regios. Habet etiam Medicæus τὰ προσκαλούμενα αὐτὸν. Vaticanus et alii nonnulli τὰ προσκαλούμενα ἡμᾶς εἰς κακίαν. Editi τὰ προσκαλούμενα ἡμᾶς εἰς ἀκρασίας πάθη.

(90) Αφιλοτίμως. Sic veteres editiones et mss. Editio Paris. φιλοτίμως. Paulo post addidimus τι ex septem mss.

(91) Μὴ ἐπικρύπτειν. Coisl. primus et Med. cum duobus Regiis μὴ ἐπικρυπτόμενον.

(83) Εὐρήσει. Ita mss. summo consensu. Editi εὐρίσκει.

(84) Τοιοῦτος. Editi addunt ἦν, quod deest in codicibus Harl., Med., Vat. et quatuor Regiis. Legitur tamen in Coisl. primo.

(85) Εἰκόνας γράφωσι. Ita Harl. et Coisl. primus cum tribus aliis. Editio Parisiensis εἰκόνα γράφουσι. Basileensis prima et Haganoensis γράφωσι. Legitur in nonnullis mss. εἰκόνας εἰκόνα.

(86) Ἀπεργάσασθαι. Sic mss. summo consensu. Editi ἀπεργάσασθαι.

(87) Ἀγάλματά τινα κινούμενα. Sic editiones antiquæ cum omnibus mss. Editio Parisiensis ἀγάλματα κινούμενα.

(88) Τῇ ψυχῇ. Editi ἐν τῇ ψυχῇ. Præpositio in



loquiis suavem ; nec voluptatem facietis sermonibus aucupari ; sed benigna adhortatione lenitatem obtinere. Ubique asperitas, etiamsi objurgandum sit, rejicienda. Si enim prior te ipse per humilitatem abjeceris, hoc pacto ei, cui curatione opus est, acceptus eris. Plerumque vero utilis nobis et illa increpationis ratio a propheta adhibita, qui cum David peccasset, non a semetipso sententiam induxit condemnationis, sed accersita persona utens ipsum proprii judicem peccati constituit : ita ut cum in se ipse sententiam dixisset, nihil jam succenseret arguenti.

6. Consentaneus autem humili ac demisso sensui tristis oculus atque deorsum vergens, habitus neglectus, squalida coma, vestis sordida ; adeo ut quæ lugentes data opera faciunt, ea sua sponte nobis inesse videantur. Tunica cingulo ad corpus astricta sit : cinctus neque ilia exsuperet, id enim muliebre ; neque latus ita ut tunica diffluat ; id enim molle. Incessus esto nec segnis nec animus dissolutus arguat ; nec rursus vehemens ac superbus, ne stolidos animi impetus indicet. Unus vestimenti scopus, ut idoneum sit carnis ad hiemem et æstatem operimentum. Neque vero in colore floridum exquiratur, neque in opere tenue ac molle. Etenim in veste pigmentorum lautitias consecrari, non absimile est venustatis studio, quo mulieres ducuntur, dum genas et crines alieno flore inficiunt. Sed et eo usque crassa tunica sit, ut socia opus non habeat, ad eum qui induitur calefaciendum. Calcearium autem pretio quidem vili, sed cui nihil desit ad usum explendum. Et ut semel omnia uno verbo complectar, ut in veste necessarium præcipue sectandum : ita in cibo panis explebit necessitatem, aqua sedabit sitim recte valenti ; quibus accedent quæcunque ex leguminibus pulmenta corpori vires ad necessarios usus conservare possunt. Edere autem decet non belluantium speciem præbentes, sed ubique modestiam et mansuetudinem atque in voluptatibus continentiam refinentes, ne tum quidem animam a Dei cogitatione habentes otiosam, sed ex ipsa alimentorum natura, et corporis ea suscipientis structura, divinarum laudum materiam ducentes, quod varia ciborum genera qualitati corporum accommodata, ab eo qui omnia moderatur, inventa sint. Preces ante cibum fiant, quæ donis **75** Dei dignæ sint, tum quæ nunc largitur, tum quæ in futurum recondidit. Preces etiam post cibum, quæ et gratiarum actionem pro acceptis

(92) Ἐπιτιμῆσαι δέη. Ita Harl., Coisl. primus et Regii tres. Legitur δέοι in editis.

(93) Προκαταβαλῶν. Ita mss. septem. Editi προκαταλαβῶν.

(94) Ἐκεῖνον. Hanc vocem, quæ deest in editis, habent magno consensu codices mss. Ibidem editi κριτῶν. Mss. ut in textu. Eadem de Nathan verba legimus in Commentario in *Isaiam* p. 479, n. 143. Paulo post editi μέμφεσθαι. Antiquissimi quique

ἐν ταῖς ὀμιλίαις οὐ διὰ τῆς εὐτραπέλειας τὸ ἡδὺ θηρώμενον, ἀλλὰ διὰ τῆς εὐμενοῦς παρακλήσεως τὸ προσηγῆς ἔχοντα. Πανταχοῦ τὸ τραχὺ, κἂν ἐπιτιμῆσαι δέη (92), ἀπωθούμενον. Προκαταβαλῶν (93) γὰρ ἑαυτὸν διὰ ταπεινοφροσύνης, οὕτως εὐπαραδεκτος ἔσθ' τῷ θεομένῳ τῆς θεραπείας. Πολλάκις δὲ χορήσιμος ἡμῖν καὶ ὁ τοῦ προφήτου τρόπος τῆς ἐπιπληξείας, ὅς τῳ Δαβὶδ ἁμαρτύνει οὐ παρ' ἑαυτοῦ ἐπέγραψε τὸν ὄρον τῆς καταδίκης, ἀλλ' ὑποβολῇ προσώπου χρησάμενος, αὐτὸν ἐκεῖνον (94) τοῦ ἰδίου δικαστῆν ἐκάθισεν ἁμαρτήματος ὥστε αὐτὸν καθ' ἑαυτοῦ προεξενεγκόντα τὴν κρίσιν, μηδὲν ἔτι μέμφεσθαι τὸν ἐλέγχοντα.

6. Ἐπιταί δὲ τῷ ταπεινῷ καὶ κατακεκλημένῳ φρονήματι ὄμμα στρυγνόν καὶ εἰς γῆν συννευκός (95), σχῆμα ἡμελημένον, κόμη ἀνχηραῖ, ἐσθῆς ῥυπῶσα ὥστε ἀποιοῦσιν οἱ πενθοῦντες κατ' ἐπιτηδεύουσιν, ταῦτα ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἡμῖν ἐπιφαίνεσθαι. Χιτῶν διὰ ζώνης προσεσταλμένος (96) τῷ σώματι τὸ μέντοι ζῶσθ' ἢ μήτε ἄνω τῶν λαγόνων, γυναικῶδες γὰρ μήτε χαῦνον, ὥστε διαφθεῖν τὸν χιτῶνα βλακικὸν γὰρ καὶ τὸ βράδισμα μήτε νοθρόν, ὡς ἐκλύσιν τῆς ψυχῆς κατήγορεῖν μηδ' αὐτὸ σφοδρόν καὶ σεσοβημένον, ὡς ἐμπλήκτους αὐτῆς τὰς ὀρμὰς ὑποφαίνειν. Σκοπός ἐσθῆτος εἷς, κάλυμμα εἶναι σαρκός πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος αὐταρκές. Μήτε δὲ ἐν χρώματι (97) τὸ ἀνθηρόν διωκῆσθαι, μήτε ἐν τῇ κατασκευῇ τὸ λεπτόν καὶ μαλακόν. Τὸ γὰρ τὰς ἐν ἐσθῆτι εὐχροίας περισκοπεῖν ἴσον ἐστὶ γυναικείῳ κάλλωπισμῷ, ὃν ἐκεῖναι ἐπιτηδεύουσιν, ἀλλοτρίῳ ἄνθει παρειᾶς καὶ τρίχας ἑαυτῶν καταβάπτουσαι. Ἄλλὰ μὴν καὶ παχύτης οὕτως ἔχειν ὁ χιτῶν ὀφείλει, ὡς μὴ δεῖσθαι κοινωνοῦ πρὸς τὸ θάλπειν τὸν ἐνδυόμενον. Ἰποδήμα δὲ τὸ εὐτελές μὲν κατὰ τὴν ἀξίαν, ἀνευθεῖς δὲ τὴν χρεῖαν ἀποπληροῦν. Καὶ ἀπαξ-απλῶς, ὡς ἐν τῷ ἐνδύματι ἡγῆσθαι προσήκει τὸ χρεῖωδες, οὕτω καὶ ἐν τροφῇ ἄρτος ἐκπληρώσει τὴν χρεῖαν, καὶ ὕδωρ θεραπεύσει τὴν δίψαν τῷ ὑγιαίνοντι, καὶ ὅσα ἐκ σπερμάτων παροψήματα πρὸς τὰς ἀναγκαῖας χρεῖας τὴν ἰσχὺν τῷ σώματι δύναται διασώτασθαι. Ἐσθίειν δὲ μὴ λυσιώδη γαστριμαργίαν ἐφαίνοντα (98), ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ εὐσταθές καὶ πρᾶον καὶ περὶ τῆς ἡδονᾶς ἐγκρατές διασώζοντα μηδὲ τότε τὸν νοῦν ἄργον ἐν τῇ περὶ Θεοῦ ἐννοίᾳ ἔχοντα, ἀλλ' αὐτὴν τῶν βρωμάτων τὴν φύσιν, καὶ τὴν τοῦ ὑποδεχομένου σώματος κατασκευὴν ἀρρητὴν ποιεῖσθαι δοξολογίας πῶς ποικίλα εἶδη τροφῶν τῇ ιδιότητι τῶν σωμάτων ἀρμόζοντα παρὰ τοῦ πάντα οἰκονομοῦντος ἐπινευῶνται. Εὐχαὶ πρὸ τῆς τροφῆς ἀξίως γενέσθωσαν τῶν τοῦ Θεοῦ παροχῶν, ὧν τε νῦν δίδωσι, καὶ ἢν πρὸς τὸ

codices ut in textu.

(95) Συννευκός. Quatuor mss. non tamen vetustissimi νενευκός.

(96) Προσεσταλμένος. Unus ex codicibus Combesianis προσεσταλμένος. Duo alii προσεσταλμένος.

(97) Ἐν χρώματι. Unus ex Combesianis codicibus ἐν χρώμασι.

(98) Ἐφαίνοντα. Unus ex codicibus Combesianis ὑποφαίνοντα. Duo alii ἐπιφαίνοντα.



μέλλον ἐταμεύσατο· Εὐχαί μετὰ τροφήν (99) εὐχαριστιαν τῶν δεδομένων ἔχουσαι καὶ αἴτησιν τῶν ἐπηγγελμένων. Ἦρα μία τροφῆς ἀποτεταγμένη, ἢ αὐτὴ κατὰ περίοδον ἀπαντῶσα· ὡς ἐκ τῶν εἴκοσι τεσσάρων ὥρων τοῦ ἡμερονυκτίου μίαν (1) εἶναι μόλις ταύτην τὴν προσαναλισκομένην τῷ σώματι· τὰς δὲ λοιπὰς ἐν τῇ κατὰ νοῦν ἐνεργείᾳ ἀπασχολεῖσθαι τὸν ἀσκητὴν. Ἵπνοι δὲ κοῦφοι καὶ εὐαπάλλακτοι, φυσικῶς ἀκολουθοῦντες τῷ λεπτῷ (2) τῆς διαίτης· κατ' ἐπιτήθειαν δὲ ταῖς περὶ τῶν μεγάλων μερίμναις διακοπτόμενοι. Τὸ γὰρ βαθεῖ κάρῳ κατακρατεῖσθαι, λυομένων αὐτοῦ (3) τῶν μελῶν, ὥστε σχολὴν ἀλόγοις (4) φαντασίαις παρέχειν, ἐν καθημερινῇ θανάτῳ ποιεῖ τοὺς οὕτω καθεύδοντας. Ἀλλ' ὅπερ τοῖς ἄλλοις ὁ ὀρθρος ἐστὶ, τοῦτο τοῖς ἀσκηταῖς τῆς εὐσεβείας τὸ μεσονύκτιον, μάλιστα σχολὴν τῇ ψυχῇ τῆς νυκτερινῆς ἡσυχίας χαριζομένης, οὔτε ὀφθαλμῶν οὔτε ὠτων βλαβεράς ἀκοῆς ἢ θέας ἐπὶ καρδίαν παραπεμπόντων, ἀλλὰ μόνου (5) καθ' ἑαυτὸν τοῦ νοῦ τῷ Θεῷ συνόντος, καὶ διορθουμένου μὲν ἑαυτὸν τῇ μνήμῃ τῶν ἡμαρτημένων, ὄρους δὲ ἑαυτῷ τιθέντος πρὸς τὴν ἐκκλίσιν τοῦ κακοῦ, καὶ τὴν παρά Θεοῦ συνεργίαν εἰς τὴν τελείωσιν τῶν σπουδάζομένων ἐπιζητοῦντος (6).

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ Γ'

*Laudat Basilius Candidiani in honorum perfunctionem moderationem animi et litterarum studium: ejus præsidium implorat adversus violentiam agrestis cujusdam, qui ipsius ædes invaserat et expilaverat.*

Κανδιδιανῶ.

1. Ὅτε εἰς χεῖρας ἔλαβον τὴν ἐπιστολὴν σου, ἐπαθὸν τι ἀκοῆς ἄξιον. Εὐλαβήθητι αὐτὴν, ὡς τι θεμόσιον προσαγγέλλουσαν, καὶ παρ' ὧν ἐξέλθον καιρὸν τὸν κηρὸν, ἐφοβούμην προσβλέπων (7), ὡς οὐδεὶς ἐν αἰτίαις ὧν Σπαρτιάτης Λακωνικὴν σκυτᾶλην. Ἐπεὶ δὲ ἔλυσσα, καὶ ἕκαστα ἐπέξηλθον, γέλασαι μοι ἐπῆλθε· τοῦτο μὲν ὑφ' ἡδονῆς, τοῦ μηδὲν ἀκοῦσαι νεώτερον, τοῦτο δὲ πρὸς τὰ Δημοσθένους τὰ σὰ κρίναντι. Ὅτι ὁ μὲν, ἐπειδὴ ὀλίγοις τισὶ χορευταῖς καὶ αὐληταῖς ἐχορήγει, οὐκέτι ἡξίου Δημοσθένους, ἀλλὰ χορηγὸς ὀνομάζεσθαι· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ χορηγῶν καὶ μὴ χορηγῶν μέντοι (8) πλείοσι μυ-

(99) Μετὰ τροφήν. Nonnulli codices mss. μετὰ τροφᾶς.

(1) Μίαν. Hanc vocem addidimus ex septem mss. Paulo post legitur ἐνεργείᾳ in Harl., Med., Coisl. primo et duobus aliis. Editi ἐργασίᾳ. Ibidem editi ἀπασχολεῖσθαι. Harl. et Vat., et alii nonnulli ἀπασχολεῖσθαι. Legitur in Coisl. primo et Med. ἀπασχολεῖν. In alio ἀποπληροῦν.

(2) Τῷ λεπτῷ. Ita Harl., Med. et plures alii. Editi τῷ συμμέτρῳ. Statim Remigianus μερίμναις διαδοσόμενοι. Unde interpretas pascantur.

(3) Αὐτοῦ. Deest in uno ex Regiis, nec incommodè expungeretur. Legitur αὐτῷ in nonnullis mss.

(4) Ἀλόγοις. Ita Harl., Med., Coisl. primus et Reg. secundus. Editi ἀτόποις.

(5) Μόνου. Editi μόνον, et paulo post ἑαυτοῦ, repugnantibus vetustissimis quibusque codicibus.

(6) In codice Cæsareo num. LXXVI insignito (a) est ea epistola aliquanto auctior desinitque hoc modo... : ἐπισητουντος· Ταυτὰ σοι παρ' ἡμῶν, ὦ φίλη κεφαλῇ, ἀδελφικῆς ἀγάπης διηγήματα. Αὐτὸς δὲ ἡμᾶς ταῖς ὁσίαις σου εὐχαῖς ἀμείβεσθαι καταξίωσον, ὅπως ῥυσθείημεν ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονη-

(a) Lambecius, *Commentar. de bibliotheca Vindobonensi* ed. Kollar. tom. III, p. 372.

PATROL GR. XXXII

A bonis et promissorum petitionem habeant. Hora una capiendo cibo destinata, eademque per circuitum revertens; adeo ut ex viginti quatuor horis diei ac noctis, vix illa una ad curandum corpus insumatur: reliquas asceta in animi exercitatione transigat. Somni leves sint, ejusque modi, qui excuti facile possint, naturalem cum tenui victus ratione necessitudinem habentes: imo vero de industria magnarum rerum curis interrumpantur. Nam altiore correptum esse sopore, membris solutis, ita ut facilis pateat aditus imaginibus a ratione alienis, id quotidianæ morti addicit ita dormientes. Sed quod aliis diluculum, id pietatis cultoribus media nox: cum maxime nocturna quies otium animæ largiatur, neque oculis, neque auribus quidquam visu aut auditu exitiosum in cor immittentibus, sed mente sola per se cum Deo rationem habente, seque corrigente per peccatorum recordationem et regulas sibi ipsi præscribente ad vitia declinanda, ac Dei auxilium ad ea, quæ studio habet, perficienda implorante.

## EPISTOLA III\*.

Candidiano.

1. Cum in manus sumpsi epistolam tuam, contigit mihi quiddam auditu dignum. Reveritus sum illam quasi publicum quidpiam annuntiantem; dumque ceram resolverem, intuens extimui, quantum nullus Spartiata reus Laconicam scytalem. Sed postquam solvi ac singula perlegi, subiit mihi ridere, partim quidem præ gaudio, quod nihil audirem novi; partim vero quod cum Demosthenis rebus tuas compararem. Nimirum posteaquam ille paucis quibusdam saltatoribus tibicinibusque suppeditasset, non amplius Demosthenes, sed choragus vocari voluit: tu vero idem ipse es, sive

ρου καὶ ἀπὸ τῶν ἀτόπων ἀνθρώπων, καὶ ἀπαλλαγέντες πάσης ἀμαρτίας, μᾶλλον δὲ αὐτοῦ τοῦ ἐχθροῦ καὶ ἐπιβούλου τῆς ζωῆς ἡμῶν χωρισθέντες, καθαρᾶ τῇ καρδίᾳ τὸν Θεὸν τῶν ὁλῶν ἐν ἐπιγνώσει ὀψόμεθα διὰ τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. *Hæc tibi a nobis, o dulce caput, fraternæ charitatis narratio. Tu autem pro nobis tua vice sanctas preces tuas offerre dignare, ut liberemur ex hoc corrupto præsentis sæculo, et ex malis hominibus; tunc ab omni peccato expediti, præsertimque ab hoste et insidiatore vitæ nostræ separati, corde puro Deum omnium manifesto videbimus, gratia Domini nostri Jesu Christi cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.*

(7) Προσβλέπων. Coisl. uterque et Reg. secundus, προσβλέπων. Paulo post editi τὰ του Δημοσθένους, sed deest alter articulus in veteribus libris. Ibidem in tribus codicibus recentioribus legitur κρίνοντι.

(8) Μέντοι. Sic codices mss. Editi μὲν τοῖς. Ibidem tres vetustissimi codices Harl., Coisl. primus et Medicæus cum Vaticano et Regio primo habent πλείονα μυριάσι.

\* Alias CLXXIII. Scripta in secessu.



suppedites, sive non (suppeditas autem pluribus A militum denis millibus, quam quot ille hominibus necessaria subministrabat), qui quidem nobis non pro dignitate scribis, sed consueto more, nec quidquam remittis de litterarum studio; sed, ut ait Plato, in ipsa tempestate ac aestu negotiorum, veluti sub murum quemdam validum abscedens, nullo prorsus tumultu mente turbaris: imo nec alios, quantum in te est, perturbari sinis. Ac res quidem tuæ tales, magnæ profecto et admirandæ his qui perspicere possunt; **76** rursus autem minime admirandæ, si quis eas cum toto vitæ instituto comparet. Jam vero nostras audi, quæ et mirabiles sunt, et merito nobis acciderunt.

2. Agrestis quidam ex iis qui nobiscum Annesis commorantur, mortuo famulo meo, non se negotii B quidquam cum illo habuisse dixit, non ad me accessit, non conquestus est, non rogavit ut a volente acciperet, non minatus est se vim facturum, nisi acciperet; sed subito cum nonnullis ipsi temeritate similibus domum nostram invasit, mulieresque quæ eam custodiebant verberibus contudit, ac effractis foribus exportavit omnia, partim sibi ipse rapiens, partim ad diripiendum cuilibet proponens. Itaque, ne extremus nos infirmitatis terminus simus, videamurque omnibus ad injurias idonei; quod studium omnibus nostris in rebus ostendisti, hoc idem nunc ut impendas exorari te sine. Hac enim una re tranquillitas nobis servetur, si strenuo tuo præsidio instructi simus. Erimus autem multa hac contenti, si a pagi præposito comprehensus, brevi tempore in carcere includatur. Etenim non ob ea solum quæ perpessi sumus, indignamur: sed in posterum etiam securitate indigemus.

#### EPISTOLA IV\*.

*Olympio, qui dona miserat, perurbane gratias agit*

*Olympio.*

Ecquid agis, o præclare, qui amicam nobis paupertatem et philosophiæ nutricem solitudine expellis? Arbitror enim fore, ut ipsa tibi iudicium intenderet unde vi, si qua ei loquendi facultas

\* Alias CLXIX. Scripta in secessu.

(9) Καὶ ζάλη. Vat. et Reg. primus καὶ χαλάζη. Ibidem Vat., Coisl. secundus et Reg. uterque ὑπὸ τεῖχος τι καρτερόν. Paulo post iidem codices οὕτω μεγάλα, excepto tamen Vaticano.

(10) Ὀλην. Hanc vocem addidimus ex Coisl. utroque, Med. et utroque Regio.

(11) Ἐν Ἀνήσοις. Codex perantiquus Coisl. ἐν Ἀνήσοις; alius ex eadem bibliotheca et unus ex Regiis ἐν Ἀνήσοις.

(12) Οὐ συμβολαίον τι. Deest negatio in editis et in pluribus mss. codicibus. Legitur in duobus aliis et secunda manu in Harlæano; ac prorsus necessaria videtur ad orationis seriem; quippe cum agrestis ille ante facinus ediderit, quam ullam consilii sui significationem dedisset. Ibidem deest εἰπὼν in tribus vetustissimis codicibus.

(13) Δραστηρίῳ. Sic Harlæanus cum Regio utroque et Coisl. secundo. Editi δικαστηρίῳ. Sed hæc

ριάσι στρατιωτῶν, ἢ ὅσοις ἀνδράσι ἐκεῖνος παρέσχε τὰ ἐπιτήδεια· ὅς γε οὐθ' ἡμῖν ἀπὸ τοῦ σχήματος ἐπιστέλλεις, ἀλλὰ τὸν εἰωθότα τρόπον· καὶ τῆς περὶ λόγους σπουδῆς οὐδὲν ὑφίσταται· ἀλλὰ τὸ τοῦ Πλάτωνος, ἐν χειμῶνι καὶ ζάλη (9) πραγμάτων, οἷον ὑπὸ τείχει τινὶ καρτερῶ ἀποστάς, οὐδενὸς θορύβου τὴν ψυχὴν ἀναπίμπλασαι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐτέρους ἕως, τὸ γε σαυτοῦ μέρος. Καὶ τὰ μὲν σὰ τοιαῦτα, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τοῖς συνορᾶν ὀφθαλμοῖς, καὶ πάλιν οὐ θαυμαστὰ τῷ πρὸς τὴν ὀλην (10) προαίρεσιν τοῦ βίου κρίνονται. Ἄκουε δὴ καὶ τὰ ἡμέτερα, παράδοξά τε ὄντα, καὶ ἀκολούθως ἡμῖν ἀπαντῶντα.

2. Ἄνὴρ τις ἄγροικος τῶν συνοικούντων ἡμῖν ἐν Ἀνήσοις (11), οἰκετοῦ μου τελευτήσαντος, οὐ συμβολαίον τι (12) πρὸς αὐτὸν εἰπὼν ἐσχηκέναι, οὐ προσελθὼν μοι, οὐκ ἐπαιτιασάμενος, οὐ παρ' ἐκόντος ἀξιώσας λαβεῖν, οὐκ ἀπειλήσας εἰ μὴ λάβοι βιάσασθαι, ἀθρόον φετὰ τινῶν ὁμοίων αὐτῷ τὴν ἀπόνοιαν ἐπιθέμενος ἡμῶν τῇ οἰκίᾳ, τὰ τε γυναῖκα τὰ φυλάττοντα συνέτριψε τύπτων, καὶ καταρρήξας τὰς θύρας, ἐξεφόρησεν ἅπαντα, τὰ μὲν αὐτὸς λαβὼν, τὰ δὲ εἰς διάρπαγὴν τοῖς βουλομένοις προθείς. Ἴν' οὖν μὴ ὁ ἐσχατος ὅρος ἡμεῖς τῆς ἀσθενείας ὦμεν, καὶ παντὶ δόξωμεν ἐπιτήδαιοι πρὸς ἐπιχείρησιν, ἦν ἐν πᾶσι τοῖς πράγμασιν ἡμῶν σπουδὴν ἐπιθέδειξαι, καὶ νυν εἰσενέγκασθαι παρακλήθητι. Μόνως γὰρ ἂν ἡμῖν οὕτω τὸ ἀπραγμον σώζοιτο, εἰ τῷ σῶ δραστηρίῳ (13) συντεταγμένοι εἴημεν. Γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν ἀρκοῦσα δίκη, εἰ, διὰ τοῦ παγάρχου (14) συλληφθῆις, ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ βραχὺν κατακλεισθεῖη χρόνον. Καὶ γὰρ οὐχ ὑπὲρ ὧν πεπόνθαμεν ἀγανακτοῦμεν μόνον ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸς τὸ λοιπὸν ἀσφαλείας δεόμεθα.

#### EPISTOLA Δ'.

*Olympio, qui dona miserat, perurbane gratias agit*

*Olympio.*

Οἷα ποιεῖς, ὦ θαυμάσιε, τὴν φίλην ἡμῖν πενίαν, καὶ φιλοσοφίας τροφὸν, τῆς ἐσχατιᾶς ἀπελαύνων; Οἶμαι γὰρ ἂν σε καὶ ἐξούλης γραφὴν ὑπ' αὐτῆς φεύγειν (15), εἰ τις αὐτῇ προσγένοιτο λόγος· ὅτι

posterior scriptura minus probabilis; non enim iudicium a Candidiano petit Basilius, sed patrociniū apud præpositum pagi. Confirmatur nostra interpretatio ex his verbis Gregorii Naz. Orat. 25, p. 441: Οἶδα τίνι ἀπεταζάμην καὶ τίνι συνεταξάμην. Scio cui renuntiavi et cui me adjunxi. Vide Addenda.

(14) Παγάρχου. Sic septem mss. codices. Editi admodum mendose πυράρχου. Hi autem pagorum præpositi suas administrandæ militaris annonæ partes sustinebant, ut patet ex cod. Theod. lib. vii, tit. 4. leg. 1, et lib. xii, tit. 6, leg. 8. Unde non mirum si Basilius ad Candidianum, cujus magna apud pagi præpositum erat auctoritas confugit.

(15) Φεύγειν. Miror Combefisium censuisse legendum οὐ φεύγειν, cum notum sit et pervulgatum φεύγειν γραφὴν idem sonare ac accusari. Paulo post in quatuor mss. ὅτι Τούτῳ μὲν.



Τούτῳ συνοικεῖν εἰλόμην ἐγὼ, νῦν μὲν τὸν Ζήνωνα ἐπαινοῦντι, ὅς, ναυαγίῳ πάντα ἀποβαλὼν, οὐδὲν ἀγεννὲς ἐφθέγγετο· ἀλλ', Εὐγε, εἶπεν, ὦ τύχη, συνελάνεις (16) ἡμᾶς εἰς τὸ τριβώνιον· νῦν δὲ τὸν Κλεάνθην, μισθῶ ὕδωρ τοῦ φρέατος ἀπαντλοῦντα, ὄθεν αὐτός τε διεῖξεν, καὶ τοῖς διδασκάλοις μισθοὺς ὑπετέλει. Τὸν δὲ Διογένην οὐδὲ ἐπαύσατό ποτε θαυμάζων, τοῖς παρὰ τῆς φύσεως μόνοις ἀρκεῖσθαι φιλοτιμούμενον· ὡς καὶ τὸ κισσύδιον ἀπορῥῆψαι (17), ἐπειδὴ περ παρὰ παιδὸς ἐδιδάχθη κοίλαις ταῖς χερσὶν ἐπικύπτων πίνειν. Ταῦτα ἂν σοι καὶ τῆ τοιαῦτα ἢ σύνοικος ἡμῶν (18) πενία μὲμφαιτο, ταῖς μεγαλοδωραεῖς ἐξοικισθεῖσα νῦν. Προσθεῖς δὲ καὶ ἀπειλήν τινα· ὅτι, Εἴ σε ἐνταῦθα πάλιν λάβοιμι, Σικελικὴν ἢ Ἰταλιῶτιν τρυφήν ἀποδείξω τὰ πρότερα· οὕτω σε ἀκριβῶς τοῖς παρ' ἐμαυτῆς ἀμυνοῦμαι. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτα. Ἦσθην δὲ ἀκούσας ἤρχθαι σε τῆς θεραπείας ἤδη· καὶ εὐχομαί σε (19) ὄνασθαι αὐτῆς. Πρέποι δι' αὐτῆς ἱερᾶ σου ψυχῆ ἄλυκος ὑπηρεσία σώματος.

## EPISTOLA E'.

*Consolatur Nectarium Basilius unici filii morte afflictum.*

Νεκταρίῳ παραμυθητικὴ (20).

1. Οὕτω εἶχον τρίτην ἢ τετάρτην ἡμέραν πληγεῖς ἐπὶ τῇ ἀκοῇ τοῦ ἀφορήτου πάθους, καὶ ἔτι ἀμφίβολος ὢν, διὰ τὸ μηδὲ σαφῶς δυναθῆναι ἡμῖν τῶν ἀνικαρῶν, τὸν μηνυτὴν τὸ συμβᾶν διεγήσασθαι, καὶ τῷ (21) ἀπεύχεσθαι ἀληθῆ εἶναι, δυσπαραδέκτοις ἔχων πρὸς τὰ θρυλλούμενα, ἐδεξάμην γράμμα τοῦ ἐπισκόπου ἀκριβῶς σημαίνον τὴν ἀπευκτὴν ἀγγελίαν. Ἐφ' ᾧ ὅσον μὲν ἐστὲναξα, καὶ ὅσον ἀφῆκα δάκρυον, τί χρὴ καὶ λέγειν; Καὶ γὰρ τίς οὕτω λίθινος τὴν καρδίαν, ἢ ἔξω παντελῶς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὥστε ἀπαθῶς ἐνεγκεῖν τὸ συμβᾶν, ἢ μετρίῳ πάθει (22) τὴν ψυχὴν καταληφθῆναι; Οἴκου λαμπροῦ διαδοχῆ, ἔρρισμα γένους, πατρίδος ἐλπίς, γονέων εὐσεβῶν βλάστημα ὑπὸ μυρίαῖς εὐχαῖς ἐνετραφέν, ἐν αὐτῷ τῷ ἀνθεῖ τῆς ηλικίας ὄν, ἐν μεσοῦ (23) τῶν πατρικῶν χειρῶν ἀναρπασθεῖς οἴχεται. Ταῦτα ποῖαν ἀδάμαντος φύσιν οὐχ ἱκανὰ ἐκλύσαι, καὶ εἰς συμπάθειαν ἀγαγεῖν; Ὡστε οὐδὲν μέγα, εἰ καὶ ἡμῶν διὰ βάθους ἤψατο τὸ κακόν, ὀλοκλήρως ἐξ ἀρχῆς προσπεφυκότων ὑμῖν, καὶ τὰς τε εὐφροσύνας ὑμῶν καὶ τὰς λύπας ἰδίαις ἑαυτῶν ποιουμένων. Καίτοιγε ἐδόκει, τὸν γε μέχρι τοῦ παρόντος χρόνον (24), ὀλίγα εἶναι τὰ λυπούντα ὑμᾶς, ἐν τοῖς

(16) Συνελάνεις. Ante hanc vocem legitur ὅτι in duobus mss.

(7) Ἀπορῥῆψαι. Editio Parisiensis addit ποτέ, quæ vox deest in aliis editionibus et omnibus mss. Paulo post ἐπικύπτων legitur in tribus antiquissimis codicibus. Harl., Med. et Coisl. Editi ἐγκύπτων.

(18) Ἦμῶν. Sic Anglicanus codex cum Harl. et Med. Editi ἡμῖν. Πενία elegantius deest in Anglicano, nec invitum hanc vocem delerem.

(19) Εὐχομαί σε. Sic septem antiqui codices. Editi εὐχομαί σοι.

(20) Παραμυθητικὴ. Sic Coisl. antiquior et editi.

A accederet: Volui ego cum hoc homine una degere, nunc quidem Zenonem laudante, qui amissis naufragio omnibus nihil non virile locutus est sed, Euge, dixit, o fortuna, redigis nos ad detritum pallium: nunc vero Cleanthem mercede aquam ex puteo haurientem, unde et ipse victitabat, et magistris æra persolvebat. Quin et Diogenem nunquam intermisit admirari, id sibi laudi habentem, ut solis naturæ rebus contentus esset; adeo ut poculum etiam projecit, postquam a puero didicit cavis manibus inclinans bibere. His te et talibus contubernalis nostra incusaret, nunc magnificis donis expulsa. Adjiceret autem et aliquid minarum: Si hic te iterum deprehendero, Siculas aut Italicas delicias priora exstitisse ostendam: ita te accurate copiis meis ulciscar. Sed de his hactenus. Gavisus autem sum, cum audivi te jam remedia aggressum esse; teque his juvari precor. Sacræ 77 autem tuæ animæ convenerit sollicitudinum et molestiarum expers corporis curatio.

## EPISTOLA V\*.

*Ad Nectarium consolatoria.*

1. Nondum tertium aut quartum diem traduxeram intolerabilis casus auditione percussus; et cum adhuc ambigerem, quia ne clare quidem potuerat nobis molestæ rei nuntius id quod acciderat enarrare; cumque rumorem vix reciperem quia falsum esse optabam; accepi litteras episcopi, quibus accurate infausta res significabatur. In quo quidem quantum ingemuerim, quantumque effuderim lacrymarum, quid attinet vel dicere? Quis enim adeo corde lapideo, aut omnino humanæ naturæ expers, ut in ejusmodi eventu nihil patiatur, aut modicum dolorem animo accipiat? Domus splendidæ successio, fulcimentum generis, patriæ spes, parentum piorum germen cum innumeris votis educatum, in ipso ætatis flore ex mediis patris manibus ereptum abit. Hæc quem adamantis naturam non valeant dissolvere, et ad commiserationem adducere? Quare nihil est magni, si et nos penitus hoc infortunium perculit, qui vobis prorsus sumus ab initio addicti; et gaudia vestra et molestias nostra facimus. Atque hactenus quidem pauca esse videbantur quæ vobis molestiam afferrent, imo pleraque ex sententia

Addit Harl. ἐπὶ τῷ υἱῷ. Quatuor alii codices sic habent: Πρὸς Νεκτάριον τὸν υἱὸν ἀποβαλόντα, *Ad Nectarium qui filium amiserat.*

(21) Καὶ τῷ. Sic duo mss. et Harl. secunda manu.

(22) Μετρίῳ πάθει. Nonnulli codices μετριοπαθῆ... καταλειφθῆναι.

(23) Ὀν, ἐκ μέσου. Editi ὄν, καὶ μέσου. Codices omnes mss. ut in textu, nisi quod in quatuor legitur ὄν.

(24) Τὸν γε μέχρι τοῦ παρόντος χρόνον. Ita Coisl. primus, Harl. et unus ex Regiis. Codex Vat. habet ἐδόκει μέχρι τοῦ, etc. Quidam alii τὰ μέχρι τοῦ, etc. Editi τὸ γε... χρόνου..

\* Alias CLXXXVIII. Scriptura in secessu.



vobis fluere, sed subito dæmonis invidia evanuit tota illa domus felicitas et animarum hilaritas; ac hominibus tristis historia facti sumus. Igitur si ob ea quæ acciderunt lugere, et lacrymas effundere volumus, tempus vitæ nobis non sufficiet; nec si homines omnes nobiscum gemant, infortunio planctum adæquare poterunt: imo etiamsi fluviorum aquæ lacrymæ fiant, nequibunt casus illius lamenta explere.

2. Sed si velimus Dei donum, quod cordibus nostris indidit, nunc promere, rationem dico sobriam, quæ et in rebus secundis modum novit animabus nostris præstitueret, et in tristioribus casibus res humanas in memoriam revocare, nosque admonere eorum, quæ et vidimus et audivimus, vitam videlicet infortunii hujusmodi esse referatam, ac multa calamitatum humanarum esse exempla, et præter hæc omnia mandatum Dei esse, ut qui in Christum credunt, non lugeant mortuorum causa, ob spem resurrectionis; ac patientiæ magnæ magnas esse apud certaminum judicem coronas gloriæ repositas: si igitur rationi permiserimus ut hac nobis occinat, licebit fortasse modicum aliquod mali lenimem **78** invenire. Quare adhortor te, ut strenuum athletam, ut contra plagæ magnitudinem obtendaris, nec succumbas ponderi doloris, neque absorbearis animo: persuasum habens, etsi rationes eorum quæ a Deo dispensantur, nos latent; at profecto quod a sapiente nosque amante dispensatur, accipiendum, etiamsi molestum sit. Novit enim ipse, quomodo unicuique dividat quod utile est, et quam ob causam inæquales vitæ terminos nobis præstituat. Est enim causa aliqua hominibus indeprehensa, ob quam alii quidem citius hinc abripiuntur, alii vero diutius in hac calamitosa vita ad ærumnas perferendas relinquuntur. Itaque in omnibus adorare illius in nos amorem debemus, nec ægre ferre: memores magnæ illius et celeberrimæ vocis, quam magnus ille athleta Job emisit, cum in uno convivio liberos decem exiguo temporis momento oppressos vidit: *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino visum, ita et factum est*<sup>31</sup>. Admirabilem illam vocem nostram faciamus: par merces a justo iudice paria præclare facta designantibus. Non sumus filio orbati: sed restitimus ei qui mutuo dederat: neque extincta est illius vita, sed in melius transmutata: nec humus dilectum nostrum obtexit, sed cælum suscepit. Paulisper exspectemus, et una cum eo quem desideramus, erimus. Neque longum est tempus se-

<sup>31</sup> Job. 1, 21.

(25) Ἐκείνη τοῦ οἴκου. Sic tres antiquissimi codices pro eo quod erat in editis τοῦ οἴκου ἐκείνου. In iisdem codicibus legitur καὶ τῶν ψυχῶν, quod in editis deerat.

(26) Τὰ... ρεύματα. Sex codices habent τό... ρεύμα. Sed cum vulgata lectio exstet in tribus aliis

πλείστοις δὲ κατὰ ῥοὴν ὑμῶν τὰ πράγματα φέρεσθαι· ἀλλ' ἀθρόως βασκανία δαίμονος πάντα ἐκείνη τοῦ οἴκου (25) ἢ εὐθηνία καὶ τῶν ψυχῶν ἢ παιδρότης ἠφάνισται, καὶ ἐγενόμεθα τῷ βίῳ διήγημα σκυθρωπόν. Ἐάν μὲν οὖν ποτιῶσθαι ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι καὶ δακρῦειν βουλώμεθα, οὐκ ἐξαρκέσει ἡμῖν ὁ χρόνος τοῦ βίου· πάντες δὲ ἄνθρωποι, μεθ' ἡμῶν στένοντες, παρισῶσαι τῷ πάθει τὸν ὀδυρμὸν οὐ δύνησονται· ἀλλὰ κἂν τὰ τῶν ποταμῶν ρεύματα (26) δάκρουσι γένηται, ἐκπληρῶσαι τῶν συμβάντων τὸν θρήνον οὐκ ἐξαρκέσει.

2. Ἐάν μὲντοι θελήσωμεν τὸ τοῦ Θεοῦ δῶρον ὁ ἐναπέθετο ταῖς καρδίαις (27) ἡμῶν προσεγγεῖν νῦν· τὸν λογισμὸν λέγω τὸν σώφρονα, ὅς καὶ ἐν ταῖς εὐημερίαις μέτρα οἶδε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ὀρίζειν, καὶ ἐν ταῖς κατηφεστέραις περιστάσεσιν εἰς ὑπομνησιν ἄγειν τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ὑποβάλλειν ἡμῖν, ἃ τε εἶδομεν, ἃ τε ἠκούσαμεν, ὅτι γέμει ὁ βίος τῶν τοιούτων παθῶν, καὶ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων συμφορῶν ἐστὶ τὰ ὑποδείγματα· καὶ ἐπὶ πᾶσιν, ὅτι πρόσταγμα Θεοῦ ἐστὶ τὸ μὴ λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τοῖς εἰς Χριστὸν πεπιστευκότας διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως· καὶ ὅτι τῆς μεγάλης ὑπομονῆς μεγάλοι παρὰ τῷ ἀθλοθέτῃ στέφανοι δόξης ἀπόκεινται· ἐάν ἐπιτρέψωμεν τῷ λογισμῷ ταῦτα ἡμῖν κατεπάθειν, τάχα ἂν εὐροιμέν τινα μετρίαν τοῦ κακοῦ λύσιν. Διὸ παρακαλῶ σε, ὡς γενναίου ἀγωνιστῆν, στῆναι πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πληγῆς, καὶ μὴ ὑποπεσεῖν τῷ βάρει τῆς λύπης, μηδὲ καταποθῆναι τὴν ψυχὴν· ἐκείνο πεπεισμένον, ὅτι, κἂν οἱ λόγοι τῶν παρὰ Θεοῦ οἰκονομουμένων διαθεύγωσιν ἡμᾶς, ἀλλὰ πάντως γε τὸ παρὰ τοῦ σοφοῦ καὶ ἀγαπῶντος ἡμᾶς οἰκονομηθὲν ἀπόδεκτόν ἐστι, κἂν ἐπίπονον ἦ. Αὐτὸς γὰρ οἶδε πῶς ἐλάχιστῳ διατίθῃσι τὸ συμφέρον, καὶ διὰ τί ἄνισα τίθησιν (28) ἡμῖν τοῦ βίου τὰ πέρατα. Ἔστι γὰρ τις αἰτία ἀνθρώποις ἀκατάληπτος, δι' ἧς οἱ μὲν θάπτον ἐντεῦθεν ἀπάγονται, οἱ δὲ ἐπὶ πλείον προσταλαιπωρεῖν τῷ ὀδυνηρῷ τούτῳ βίῳ καταλιμπνίζονται. Ὡστε ἐπὶ πᾶσι προσκυνεῖν αὐτοῦ τὴν φιλικὴν ὀφειλομένην καὶ μὴ δυσχεραίνεσθαι· μεμνημένοι τῆς μεγάλης ἐκείνης καὶ ἀειδίμου φωνῆς, ἣν ὁ μέγας ἀθλητῆς Ἰωβ ἀνεφθέγγετο, ἐπὶ μιᾶς τραπέζης ἰδῶν δέκα παῖδας ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ συντριβέντας· Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο. Ἡμέτερον ποιησώμεθα τὸ θαῦμα τοῦτο· ἴσος ὁ μισθὸς παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ τοῖς τὰ ἴσα ἐπιδεικνυμένοις ἀνδραγαθήματα. Οὐκ ἀπεστερήθημεν τοῦ παιδός, ἀλλ' ἀπεδώκαμεν τῷ χρήσαντι· οὐδὲ ἠφάνισθη αὐτοῦ ἡ ζωὴ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ βέλτιον διημέφθη· οὐ γὰρ κατέφυψε τὸν ἀγαπητὸν ἡμῶν, ἀλλ' οὐρανὸς ὑπεδέξατο. Μικρὸν ἀναμείνωμεν, καὶ

vetustissimis, nihil mutandum censuimus.

(27) Ταῖς καρδίαις. Editi addunt ἐν, quod deest in mss.

(28) Τίθησιν. Deest hoc verbum in tribus codicibus, nec necessarium est.



συνεσόμεθα τῷ ποθουμένῳ. Οὐδὲ πολὺς ὁ χρόνος τῆς A διαστάσεως (29), πάντων ὡσπερ ἐν ὁδῷ τῷ βίῳ τούτῳ πρὸς τὸ αὐτὸ καταγωγίον ἐπειγομένων· ἐν ᾧ ὁ μὲν προκατέλυσεν, ὁ δὲ ἐῆπλθεν, ὁ δὲ ἐπείγεται, πάντας δὲ ἐν ὑποδέξεται τέλος. Εἰ γὰρ καὶ θάπτον τὴν ὁδὸν προκατέλυσεν, ἀλλὰ πάντες τὴν αὐτὴν (30) πορευόμεθα· καὶ πάντας τὸ αὐτὸ ἀναμένει κατάλυμα. Μόνον γένοιτο ἡμᾶς δι' ἀρετῆς τῆ καθαρότητι ἐκείνου ὁμοιωθῆναι· ἵνα διὰ τὸ ἀδολὸν τοῦ ἡθους τῆς αὐτῆς τοῖς ἐν Χριστῷ νηπίοις ἀναπαύσεως ἐπιτύχωμεν (31).

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ 5.

*Basiliius Nectarii uxorem similiter consolatur.*

Πρὸς τὴν ὁμόζυγον (32) Νεκταρίου παραμυθητικῆ. B

1. Ἐμελλὸν ἀποσιωπᾶν πρὸς τὴν κοσμιότητά σου, λογιζόμενος, ὅτι, ὡσπερ ὀφθαλμῷ φλεγμαινόντι καὶ τὸ ὀπαλιώτατον τῶν παραγορημάτων ἀνίαν (33) ἐμποιεῖ, οὕτω καὶ ψυχῇ ὑπὸ θλίψεως βαρείας κεκακωμένη, καὶ πολλὴν παράκλησιν φέρη ὁ λόγος, ὀχληρὸς πως εἶναι δοκεῖ, ἐν τῇ περιωδυνίᾳ προσφερόμενος. Ἐπεὶ δὲ με (34) εἰσῆλθεν, ὅτι πρὸς Χριστιανὴν μοι ὁ λόγος ἔσται, πάλαι πεπαιδευμένην τὰ θεῖα, καὶ ἐμπαράσκευον οὔσαν πρὸς τὰ κνηρώπινα, οὐκ ἐνόμισα δίκαιον εἶναι παραλιπεῖν τὸ ἐπιβάλλον μοι. Οἶδα ποταπὰ τῶν μητέρων τὰ σπλάγγνα· καὶ ὅταν ἰδίως τὸ σὸν περὶ πάντας χρηστὸν καὶ ἡμερον ἐνθυμηθῶ, λογίζομαι πόσῃν εἰκὸς ἐπὶ τοῖς παρούσιν εἶναι τὴν ἀλγηδῶνα. Παῖδα ἐζημιώθης, ὃν περιόντα μὲν ἐμακάρισαν πᾶσαι μητέρες, καὶ ἠύξαντο τοὺς ἑαυτῶν C τοιοῦτους εἶναι· ἀποθανόντα δὲ ἐστέναξαν, ὡς ἐκάστη τὸν ἑαυτῆς γῆ κατακρύψασα. Ἐκείνου ὁ θάνατος πληγὴ ἐγένετο πατρίδων δύο (35), τῆς τε ἡμετέρας καὶ τῆς Κιλικίων. Ἐκείνῳ τὸ μέγα καὶ περιφανὲς γένος συγκατέπεσεν, ὡσπερ ἐρείσματος ὑφαιρεθέντος κατασεισθέν. Ὡ συνάντημα πονηροῦ δαίμονος, πόσον ἰσχυσε κακὸν ἐξεργάσασθαι! Ὡ γῆ, τοιοῦτον ἀναγκασθεῖσα ὑποδέξασθαι πάθος! Ἐφριξε τόχα καὶ ὁ ἥλιος, εἰ τις αἰσθησις αὐτῷ, τὸ σκυθρωπὸν ἐκεῖνο θέαμα. Καὶ τί ἂν τις τοσοῦτον εἴποι, ὅσον ἡ ἀμηχανία τῆς ψυχῆς ὑποβάλλει;

2. Ἄλλ' οὐ γὰρ ἀπρονοήτα τὰ ἡμέτερα, ὡς μεμαθῆκαμεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι οὐδὲ στρουθίον πίπτει ἀνευ θελήματος τοῦ Πατρὸς ἡμῶν. Ὡστε, εἴ τι γέγονε, θελήματι γέγονε τοῦ Κτίσαντος ἡμᾶς. Τῷ δὲ D βουλήματι τοῦ Θεοῦ τίς ἀνθέστηκε; Καταδεξώμεθα (36) τὸ συμβάν· δυσανασχετοῦντες γὰρ οὔτε τὸ

<sup>32</sup> Matth. x, 29.

(29) Οὐδὲ πολὺς... ὑποδέξεται τέλος. Deest tota hæc verborum complexio in Vat. et Coisl. recentiore, et in duobus Regiis. Huic autem et sequenti epistolæ multa insunt indicia hominis a rhetorum exercitationibus recentis. Nonnulla etiam, quæ Basiliius apte ad religionem Christianam accommodat, in Plutarchi libro *De consolatione* leguntur. Is enim docet vitam mutuo datam esse hominibus, nec mirum videri debere, si reddenda sit: hanc vitam esse veluti viam, qua omnes ad idem diversorium tendimus: non lugendos esse, quos brevi sequemur.

(30) Τὴν αὐτὴν. Editi addunt αὐτῷ, quod deest in septem veteribus libris.

junctionis, cum omnes in hac vita tanquam in via ad idem diversorium contendant: in quod hic jam advenit, ille supervenit, alter festinat: finis autem unus omnes excipiet. Etsi enim citius viam confecit, eandem omnes ingrediemur, omnesque idem manet diversorium. Tantum nobis contingat illius puritati per virtutem assimilari, ut moribus doli expertibus eandem, ac qui in Christo infantes sunt, requiem consequamur.

## EPISTOLA VI.

*Nectarii conjugii consolatoria.*

1. Nolebam alloqui dignitatem tuam, considerans, ut oculo inflammato lenimentum vel tenerimum dolorem affert, ita animæ gravi mœrore afflictæ, etiamsi multum solatii ferat oratio, molestam tamen quodammodo videri, in ipso doloris articulo adhibitam. At ubi mihi in mentem venit, sermonem mihi cum Christiana futurum, jampridem in rebus divinis instituta, nec ad humanos casus imparata; non existimavi æquum esse ut officio meo deessem. Novi qualia sint matrum viscera; cumque peculiariter considero tuam in omnes benignitatem atque mansuetudinem, conjicio quantum probabile sit in præsentibus malis dolorem esse. Filium amisisti **79**, quem viventem matres omnes prædicabant beatum, talesque suos esse optabant: mortuum vere perinde luxerunt, ac si suum quæque humo contexisset. Illius mors plaga exstitit provinciarum duarum, et nostræ, et Cilicum. Cum illo magnum et illustre genus concidit, veluti fulero sublato concussum. O incursum mali dæmonis, quantum potuit mali patrare! O terra talem coacta suscipere casum! Horrui forte ipse sol, si quis in eo sensus, triste illud spectaculum. Et quis tantum dicere poterit, quantum inops consilii animus suggerit?

2. Verum nostra non fiunt citra providentiam, quemadmodum in Evangelio didicimus, ne passerem quidem cadere sine voluntate Patris nostri <sup>25</sup>. Quare ei quid contigit, voluntate contigit Conditoris nostri. Quis autem Dei voluntati resistit? Suscipiamus quod accidit; moleste enim ferentes, ne-

(31) Ἐπιτύχωμεν. Ita tres vetustissimi codices. Editi τύχωμεν.

(32) Ὁμόζυγον. Sic Harl., Vat. et quinque alii. Coislinianus primus et editi ὁμόζυγα.

(33) Ἀνίαν. Sic Harl., Coisl. primus et quinque alii, melius quam in editis ἀνίαν.

(34) Ἐπεὶ δὲ με. Sic codices antiqui septem, duo alii, Ἐπεὶ δὲ μοι. Editi ἐπειδὴ μοι. Statim Bigot. καὶ εὐπαράσκευον.

(35) Δύο. Sic mss. septem. Editi δυοῖν.

(36) Καταδεξώμεθα. Editi addunt γοῦν, sed hæc vocula deest in septem mss. codicibus.

\* Alias CLXXXIX. Scripta eodem tempore.



que id quod factum est reparamus, ac præterea nosmetipsos perdimus. Ne culpemus justum Dei iudicium. Nimium imperiti sumus, quam ut arcana illius iudicia exploremus. Tunc Dominus amoris in se tui periculum facit. Tibi nunc tempus est, ut per patientiam partem martyrum consequare. Machabæorum mater septem filiorum mortem conspexit, nec ingemuit, nec ignobiles lacrymas effudit; sed gratias agens Deo, quod videret eos igne et ferro et acerbissimis verberibus e vinculis carnis exsolvi. Deo quidem probata fuit, celebris vero habita est apud homines<sup>33</sup>. Afflictio magna, fateor et ego: sed et magna a Domino præmia patientibus reposita. Mater cum effecta es, puerumque vidisti, ac gratias egisti Deo; plane sciebas mortalem a te, cum mortalis sis, genitum esse. Quid igitur mirum, si mortuus est mortalis? Sed dolet nobis, quod præter tempus. Incertum, utrum hoc non fuerit tempestivum: nos siquidem eligere quæ animabus utilia sunt, et præfinire terminos humanæ vitæ non novimus. Circumspice totum terrarum orbem, in quo habitas; et cogita omnia mortalia esse quæ videntur, omnia corruptioni obnoxia. Respice ad cælum; et illud ipsum aliquando dissolvetur; ad solem, ne ille quidem permanebit. Stellæ omnes, animalia terrestria et aquatilia, terræ ornatus, terra ipsa, omnia corruptioni obnoxia, omnia paulo post non amplius futura. Horum cogitatio sit casus solatium. Cave calamitatem seipsa metiaris, ita enim tibi videbitur intolerabilis sed eam cum omnibus rebus humanis comparans, inde reperies illius solatium. His autem omnibus illud validissimum addendum habeo: parce marito; alter alteri solamen estote; ne facias ei graviolem calamitatem, dolore te ipsa conficiens. Omnino autem arbitror sermonem solatio imparem esse: sed precibus in re præsentis opus esse censeo. Precor itaque ipsum Dominum, ut sua non enarrabili potentia tangens cor tuum, cogitationibus bonis animum tuum illustret, ut in teipsa consolationis habeas argumenta.

## EPISTOLA VII\*.

*Basiliius significat futurum se providisse, ut penuriæ verborum accusaretur, nec tamen idcirco consulentibus respondendum non esse. Hortatur Gregorium, ut totum se tradat veritatis defensionis, nec se consulat.*

*Gregorio sodali.*

Ne tum quidem ignorabam, cum scriberem

<sup>33</sup> II Mach. vii, 1 seqq.

\* Alias II. Scripta videtur in secessu.

(37) Ἀνθρωπίνη ζωῆ. Duo vetustissimi codices, Harl., et Coisl. ἀνθρωπίνης ζωῆς.

(38) Πρὸς τὸν οὐρανόν. Harl., et Medicæus εἰς τὸν οὐρανόν.

(39) Οὐδὲ οὗτος. Sic Harl., et Coisl. primus cum tribus aliis. Editi οὐδὲ αὐτός.

(40) Πάντα μικρόν. Sic Harl., et Coisl. uterque et tres Regii. Editi καὶ πάντα μικροῦ.

(41) Ἀλλήλοις γένησθε. Sic tres vetustissimi codices Harl., Coisl. et Med. Editi ἀλλήλοις ἐστέ.

(42) Καταναλίσκουσα. Quinque codices, non tamen vetustissimi, ἀναλίσκουσα.

(43) Γρηγορίῳ. Ita codex Vaticanus et Coisl.

γενόμενον διορθούμεθα, καὶ ἑαυτοὺς προσαπόλλυμεν. Μὴ κατηγορήσωμεν τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ. Ἀμαθεῖς ἐσμεν, ὥστε τὰ ἀρρήτα αὐτοῦ κρίματα δοκιμάζωμεν. Νῦν σου λαμβάνει τὴν δοκιμὴν ὁ Κύριος τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης. Νῦν σοι πάρεστι καιρὸς διὰ τῆς ὑπομονῆς τὴν μερίδα τῶν μαρτύρων λαβεῖν. Ἡ τῶν Μακκαβαίων μήτηρ ἐπτὰ παιδῶν εἶδε θάνατον, καὶ οὐκ ἐστέναξεν, οὐδὲ ἀφῆκεν ἀγεννὲς δάκρυον· ἀλλ' εὐχαριστοῦσα τῷ Θεῷ, ὅτι ἐβλεπεν αὐτοὺς πυρὶ καὶ σιδήρῳ, καὶ ταῖς χαλεπωτάταις αἰκίαις, τῶν δεσμῶν τῆς σαρκὸς λυομένους, εὐδόκιμος μὲν παρὰ Θεῷ, ἀοιδίμος δὲ παρὰ ἀνθρώποις ἐκρίθη. Μέγα τὸ πάθος, φημί καὶ γὰρ· ἀλλὰ μεγάλοι καὶ οἱ παρὰ τοῦ Κυρίου μισθοὶ τοῖς ὑπομένουσιν ἀποκείμενοι. Ὅτε ἐγένου μήτηρ, καὶ εἶδες τὸν παῖδα, καὶ ηὐχαρίστησας τῷ Θεῷ, ἤδεις πάντως, ὅτι θνητὴ οὖσα θνητὸν ἐγέννησας. Τί οὖν παράδοξον, εἰ ἀπέθανεν ὁ θνητός; Ἀλλὰ λυπεῖ ἡμᾶς τὸ παρά καιρόν. Ἄδηλον, εἰ μὴ εὐκαιροῦν τοῦτο· ἐπειδὴ ἡμεῖς ἐκλέγεσθαι τὰ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς, καὶ ὀρίζειν προθεσμίας ἀνθρωπίνῃ ζωῆ (37) οὐκ ἐπιστάμεθα. Περιβλεψαὶ τὸν κόσμον ἅπαντα, ἐν ᾧ κατοικεῖς· καὶ ἐνόησον, ὅτι πάντα θνητὰ τὰ ὀρώμενα, καὶ πάντα φθορᾷ ὑποκείμενα. Ἀνάβλεψον πρὸς τὸν οὐρανόν (38)· καὶ οὗτος ποτε λυθήσεται· πρὸς τὸν ἥλιον· οὐδὲ οὗτος (39) διαμενεῖ. Οἱ ἀστέρες συμπαντες, ζωὰ χερσαῖα καὶ ἐνυδρᾶ, τὰ περὶ γῆν κάλλη, αὐτὴ ἡ γῆ, πάντα φθορὰ, πάντα μικρόν (40) ὑστερον οὐκ ἐσόμενα. Ἡ τούτων ἐννοια παραμυθία ἐστὼ τοῦ συμβεβηκότος. Μὴ καθ' ἑαυτοῦ μέτρει τὸ πάθος· ἀφόρητον γὰρ οὕτω φανεῖται σοι· ἀλλὰ τοῖς ἀνθρωπίνους πᾶσι συγκρίνουσα, ἐντεῦθεν εὐρήσεις αὐτοῦ τὴν παραμυθίαν. Ἐπὶ πᾶσι δὲ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἰσχυρόν ἔχω, φεῖσαι τοῦ ὁμοζύγου· ἀλλήλοις γένησθε (41) παραμυθία· μὴ ποιήσης αὐτῷ χαλεπωτέραν τὴν συμφορὰν, τῷ πάθει ἑαυτὴν καταναλίσκουσα (42). Ὅλωσ δὲ οὐκ οἶμαι λόγον ἐξαρχεῖν εἰς παράκλησιν, ἀλλ' εὐχῆς ἠγοῦμαι χρεῖαν εἶναι πρὸς τὰ παρόντα. Εὐχομαι οὖν αὐτὸν τὸν Κύριον, τῇ ἀφάτῃ αὐτοῦ δυνάμει ἐφαψάμενόν σου τῆς καρδίας, ἐμποιεῖσαι φῶς τῇ ψυχῇ σου διὰ τῶν ἀγαθῶν λογισμῶν, ἵν' οἴκοθεν ἔχῃς τῆς παραμυθίας τὰς ἀφορμὰς.

## EPISTOLA Z'.

*Γρηγορίῳ ἐταίρῳ (43).*

Οὐδὲ τότε (44) ἠγνόουν, ὅτε ἐπέστελλον τῇ λογιό-

primus qui tamen addit ἐπισκόπῳ. Codices omnes Gregorio Nazianzeno hanc epistolam inscribunt, sed in codice vetustissimo Coisliriano post titulum legitur eadem manu γρ. Εὐαγρίῳ πρεσβυτέρῳ, scriptum invenitur, *Evagriō presbytero*. Sed tanti non est ejusmodi observatio, ut hæc epistola Evagriō presbytero scripta potius videatur, quam Gregorio, cui et veterum codicum testimonio et sua sponte optime congruit. Signata est enim manifestis notis mutuae illius operæ, quam sibi Gregorius et Basilius in sacris litteris illustrandis tradebant.

(44) Οὐδὲ τότε. Sic quinque mss. codices. Editi οὐδέποτε. Ad hæc verba in codice Regio, quo usus



τητί σου, ὅτι πᾶσα θεολογική φωνή ἐλάττων μὲν ἐστὶ τῆς διανοίας τοῦ λέγοντος, ἐλάττων δὲ τῆς τοῦ ἐπιζητοῦντος ἐπιθυμίας· διότι ὁ λόγος ἀσθενέστερόν πως πέφυκε διακονεῖσθαι τοῖς νοουμένοις. Εἰ οὖν ἀσθενῆς ἡμῶν ἡ διάνοια, ἐλάττων δὲ ταύτης ἡ γλῶσσα, τί ἐχρῆν προσδοκᾶν ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, καὶ οὐχὶ πενίαν ἐγκληθῆσθαι λόγων; Οὐ μὴν τούτου γε ἔνεκεν δυνατὸν ἦν· σιωπῇ παρελθεῖν τὸ ἐπιζητούμενον (45). Κίνδυνος γὰρ προδοσίας, ἐν τῷ μὴ περοχείρως ἀποδιδόναι τὰς περὶ Θεοῦ ἀποκρίσεις τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Κύριον. Ἐκεῖνα μὲν οὖν, εἴτε ἀρκούντως ἔχειν δοκεῖ, εἴτε καὶ ἀκριβεστέρας τινὸς προσθήκης δεῖται, καιροῦ ἰδίου πρὸς διάρθρωσιν χρῆζει. Τὸ δὲ νῦν ἔχον, παρακαλοῦμέν σε, ὃ καὶ παρεκαλέσαμεν ἤδη, χρῆσαι σεαυτὸν ὀλοκλήρως τῇ συνηγορίᾳ τῆς ἀληθείας, καὶ ταῖς (46) παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐγγυομέναις τῇ διανοίᾳ σου ὁρμαῖς πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ σύστασιν, ταύταις ἀρκοῦμενον καὶ παρ' ἡμῶν μηδὲν ἐπιζητούμενα πλέον· οἱ, πολλῶ ἐλάττους ὄντες τῆς ὑπονοίας, βλάπτομεν μᾶλλον τῇ παρ' ἑαυτῶν ἀσθενείᾳ τὸν λόγον, ἢ τινα ἰσχυρὸν διὰ τῆς συνηγορίας τῇ ἀληθείᾳ προστίθεμεν.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ Η'.

*Percussus casu inopinato Basilius, cum se ad Gregorium recepisset, desiderium suorum his litteris lenit, eosque, admonet ut caveant ab Arianis. Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum confiteri oportere statuit. Tres deos affigentibus respondet. Deum natura, non numero unum dici: simile et dissimile rejicit, identitatem substantiæ requirit, ac Filium Patri esse consubstantialem declarat. Plura explanat Scripturæ loca ab adversariis objecta. Denique sancti Spiritus divinitatem probat.*

Τοῖς Καισαρεῦσιν (47) ἀπολογία περὶ τῆς ἀποχωρήσεως, καὶ περὶ πίστεως.

1. Πολλάκις ἐθαύμασα, τί ποτε πρὸς ἡμᾶς πεπόνθατε, καὶ πόθεν τοσοῦτον ἠττάσθε (48) τῆς ἡμετέρας βραχύτητος, τῆς μικρᾶς καὶ ὀλίγης καὶ οὐδὲν ἴσως ἐχούσης ἐράσμιον, καὶ λόγοις ἡμᾶς προτρέπεσθε, φιλίας τε καὶ πατρίδος ὑπομιμνήσκοντες, ὥσπερ φυγάδας τινὰς πατρίκοις σπλάγγχοις, πρὸς ἑαυτοὺς πάλιν ἐπιστρέφειν (49) πειρώμενοι. Ἐγὼ δὲ τὸ μὲν φυγὰς γεγονέναι ὁμολογῶ, καὶ οὐκ ἀρνήθειν· τὴν δὲ αἰτίαν μάθοιτ' ἂν ἤδη ποθοῦντες. Μάλιστα μὲν τῷ ἀδοκῆτῳ τότε πληγεῖς, καθάπερ οἱ τοῖς αἰφνιδίαις ψόφοις ἀθρόως καταπλαγέντες, οὐ κατέσχον τοὺς λογισμοὺς, ἀλλ' ἐμάκρυνα φυγαδεύων, καὶ ἠλίσθη χρόνον ἱκανὸν ἀφ' ὑμῶν, ἔπειτα δὲ καὶ πό-

est Combefisius, scholium quoddam declarat Basilius hac sententia uti, sed fusius, in Homilia, quæ inscribitur, *Christi generatio*. Legitur hæc homilia tom. II, p. 59; et quod in scholio indicatum est, reperitur, n. 1 et 2.

(45) Τὸ ἐπιζητούμενον. Quatuor mss. non antiquissimi τὸ ζητούμενον.

(46) Καὶ ταῖς. Deest καὶ in duobus mss. Regiis. Videtur deletum fuisse in Harlæano codice, in quo hæc epistola recentiore manu scripta est. Ὁρμαῖς, *motibus*. Melius forte, si reddatur, *præsidiiis*. Paulo post legimus ex quinque mss. πολλῶ ἐλάττους pro πολλῶν. Duo mss. codices habent ἀσθενείᾳ τῶν λόγων.

(47) Τοῖς Καισαρεῦσιν. Quamvis hic titulus Basilius sententiæ ac verbis repugnet, eum tamen retinuimus, propterea quod reperitur in duobus codicibus mss. Reg. et Harl., exceptis ultimis verbis, καὶ περὶ πίστεως, quæ desunt. Porro hæc epistola non ad Cæsarienses, sed ad monasterium,

A prudentiæ tuæ, vocem omnem theologiam imparrem esse cogitationi dicentis, imparrem interrogantis desiderii; propterea quod sermo imbecillius nescio quomodo solet cogitatis rebus inseruire. Si ergo infirma cogitatio nostra, et cogitatione inferior lingua; quid expectandum nobis fuit in iis quæ disseruimus, nisi penuriam verborum objectum iri? Neque tamen idcirco potui silentio prætermittere quod quærebatur. Nam prodictionis periculum est, si non libenter dentur de Deo responsa his qui Dominum diligunt. Illa igitur, sive satis esse videantur, sive etiam accuratior quodam additamento indigeant, tempus proprium, ut emendentur, postulant. Quod autem nunc ad rem attinet, hortamur te, uti jam etiam B hortati sumus, ut totum te veritatis defensionem, ac motibus menti tuæ ad bonum stabiliendum a Deo impressis tradas, his contentus nec amplius quidquam a nobis requirens: qui cum multo inferiores simus quam quis suspicari possit, imbecillitate nostra doctrinam lædimus magis, quam roboris aliquid patrocínio nostro addimus veritati.

## EPISTOLA VIII\*.

C *Apologia de secessu ad Cæsarienses, et de fide pertractatio.*

1. Sæpe miratus sum, cur eo sitis in me animo affecti, et unde vos tenuitas nostra, eaque exigua et modica ac fortasse nihil habens amabile, tantopere capiat; nosque sermonibus adhortemini, amicitiam et patriam commemorantes, veluti profugos quosdam paternis visceribus ad vos rursus conantes revocare. **81** Ego autem profugum me esse fateor, neque negaverim: sed jam causam, si cupitis, ediscetis. Maxime quidem re inopinata tunc percussus, quemadmodum qui ob repentinos strepitus illico expavescent, non cohibebam cogitationes, sed elongavi fugiens, ac tempore multo a vobis abfui. Deinde vero et desiderium quoddam

cui præerat Basilius, scripta; nec Basilius ex urbe in solitudinem, ut eruditi viri hactenus crediderunt, sed potius in urbem ex solitudine discesserat. Petit enim ut sibi aliquandiu liceat abesse, *non quod in urbe commorationem, inquit, ambiamus, sed quod versari cum sanctis longe utilissimum judicemus*. Erat ergo in aliqua urbe, videlicet Nazianzi cum Gregorio. Quod autem addit, homines urbium desiderio a maligno decipi, non congruebat hæc admonitio civibus Cæsariensibus, sed potius monachis, quos sæpe diabolus hoc artificio retrahere e solitudine tentabat, ut perspici potest infra ex Epistola ad Chilonem.

(48) ἠττάσθε. Sic Reg. et Harl. Editi ἠττήσθε. Sic etiam Gregorius Naz. qui hujus epistolæ exordio utitur pro suo in oratione 27.

(49) Ἐπιστρέφειν. Patriam vocat Basilius locum in quo educatus fuerat. Vide Not. ad epist. 87. Paulo post editi ἐπεισῆει; mss. ut in textu.

\* Alias CXLJ. Scripta anno 360.



subiit mihi sacrorum dogmatum, et philosophiæ quæ circa illa versatur. Quomodo enim possim, aiebam, habitantem in nobis malitiam domare? Quis mihi fiat Laban, liberans me ab Esau atque ad supernam philosophiam deducens? Quoniam autem, Deo dante, voti compotes, quantum licuit, facti sumus, electionis invento vase et puteo profundo, dico autem Christi os Gregorium: nobis parumper, quæso, parum, rogamus, concedite temporis; non quod in urbe commorationem ambiamus (neque enim ignoramus, homines hoc pacto a maligno decipi), sed quod versari cum sanctis longe utilissimum esse judicemus. Dum enim de divinis dogmatibus aliquid dicitur, auditurque frequentius, contemplationum quemdam habitum, qui ægre amittatur, suscipimus. Et res quidem nostræ ita se habent.

2. Vos autem, o divina et omnium mihi charissima capita, cavete Philistinorum pastores, ne quis puteos vestros clanculum obstruat, et puram eorum, quæ ad fidem pertinent, cognitionem obturbet. Hoc enim eis semper studio est, non ex Scripturis sacris docere animas simpliciores, sed sapientia extranea veritatem circumvenire. Qui enim *ingenitum* et *genitum* in nostram fidem introducit, docetque eum qui semper est, aliquando non fuisse, eumque qui natura ac semper Pater est patrem fieri, et Spiritum sanctum non esse sempiternum, nonne ille palam Philistæus est invidens patriarchæ nostri ovibus, ne ex pura et in vitam æternam saliente aqua bibant<sup>34</sup>, sed illud prophetæ oraculum trahant in semetipsos: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, ac foderunt sibi ipsis cisternas obtritas, quæ non poterunt aquam continere*<sup>35</sup>; cum confiteri oporteat Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, uti eloquia divina, et qui ea sublimius intellexere, docuerunt. Cæterum ad eos qui tres deos nobis exprobrant, illud dicatur: unum nos Deum non numero, sed natura confiteri. Quidquid enim unum numero dicitur, id vere unum non est, neque natura simplex: Deum vero simplicem et incompositum confitentur omnes. Non igitur unus numero est Deus. Quod autem dico, est ejusmodi. Unum numero mundum esse dicimus, non tamen unum natura, neque simplicem illum quemdam. Dividimus enim ipsum in elementa ex quibus constat, in ignem, aquam, aerem et terram. Rursus homo unus numero dicitur. Unum enim hominem sæpe dicimus, sed non simplex quidam ille est cum ex corpore et anima constet. Similiter et angelum unum numero dicimus, sed non unum

Α θος τις ὑπεισῆει μου τῶν θείων δογμάτων, καὶ τῆς περὶ ἐκεῖνα φιλοσοφίας. Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην (50), ἔφην ἐγὼ, κρατῆσαι τῆς συνοικουμένης ἡμῖν κακίας; Τίς δὲ ἂν μοι γένηται Λάβαν, ἀπαλλάττων με τοῦ Ἰσαὺ, καὶ πρὸς τὴν ἀνωτάτω φιλοσοφίαν παιδαγωγῶν; Ἄλλ' ἐπειδὴ σὺν Θεῷ τοῦ σκοποῦ κατὰ δύναμιν τετυχῆκαμεν, εὐρόντες σκευὸς ἐκλογῆς καὶ φρέαρ βαθύ, λέγω δὲ τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα Γρηγόριον· ὀλίγον ἡμῖν, παρακαλῶ, ὀλίγον συγχωρήσατε χρόνον, αἰτούμεθα· οὐ τὴν ἐν ταῖς πόλεσι διατριβὴν ἀσπαζόμενοι· οὐδὲ γὰρ λήληθεν ἡμᾶς ὁ πονηρὸς διὰ τῶν τοιούτων τὴν ἀπάτην τοῖς ἀθρώποις προσμηχανώμενος· ἀλλὰ τὴν συντυχίαν τὴν πρὸς τοὺς ἀγίους ἐπωφελῆ μάλιστα κρίνοντες (51). Ἐν γὰρ τῷ λέγειν τι περὶ τῶν θείων δογμάτων, καὶ ἀκούειν πυκνότερον, ἔξιν δυσσπόβλητον θεωρημάτων λαμβάνομεν. Καὶ τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

2. Ὑμεῖς δὲ, οἱ θεῖαί μοι καὶ προσφιλέσταται πασῶν κεφαλαί, φυλάττεσθε τοὺς τῶν Φυλιστιαίων ποιμένας, μὴ τις λαθῶν ἐμφροῦξή ὑμῶν τὰ φρέατα, καὶ τὸ καθαρὸν τῆς γνώσεως τῆς περὶ τὴν πίστιν ἐπιθολώσῃ. Τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἀεὶ ἐστὶν ἐπιμελές, μὴ ἐκ τῶν θείων Γραφῶν διδάσκων τὰς ἀκραισιτέρας ψυχὰς, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐξωθεν σοφίας παρακρούεσθαι τὴν ἀλήθειαν. Ὁ γὰρ ἀγέννητος καὶ γεννητὸν ἐπιστάγων ἡμῶν τῇ πίστει, καὶ τὸν ἀεὶ ὄντα μὴ ὄντα ποτὲ δογματίζων, καὶ τὸν φύσει καὶ ἀεὶ Πατέρα πατέρα γινόμενον, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ αἰδίον, οὐκ ἀντικρὺς ἐστὶ Φυλιστεύς (52); βασκαίνων τοῖς τοῦ πατριάρχου ἡμῶν προβάτοις, ἵνα μὴ πίνωσιν ἐκ τοῦ καθαροῦ καὶ ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον ὕδατος, ἀλλὰ τὸ τοῦ προφήτου λόγιον πρὸς ἑαυτοὺς ἐπισπᾶσονται (53), τὸ· Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὠρυξάσασθε ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἱ οὐ δύνησονται ὑδωρ συσχεῖν· θεὸν ὁμολογεῖν Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱόν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὡς οἱ θεῖοι λόγοι, καὶ οἱ τούτους (54) ὑψηλότερόν νουσηκότες ἐδίδαξαν. Πρὸς δὲ τοὺς ἐπηρεάζοντας ἡμῖν τὸ τρίθειον ἐκεῖνο λεγέσθω, ὅτιπερ ἡμεῖς ἕνα Θεὸν οὐ τῷ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τῇ φύσει ὁμολογοῦμεν. Πᾶν γὰρ ὃ ἐν ἀριθμῷ λέγεται, τοῦτο οὐχ ἐν ὄντως, οὐδ' ἀπλοῦν τῇ φύσει ἐστίν· ὁ δὲ Θεὸς ἀπλοῦς καὶ ἀσύνθετος παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖται. Οὐκ ἄρα εἰς ἀριθμῷ ἐστὶν ὁ Θεός. Ὁ δὲ λέγω, τοιούτος ἐστίν. Ἐν ἀριθμῷ τὸν κόσμον εἶναι φασιν, ἀλλ' οὐχ ἕνα τῇ φύσει, ἀλλ' οὐδ' ἀπλοῦν τινα τοῦτον. Τέμνομεν γὰρ αὐτὸν εἰς τὰ ἐξ ὧν συνέστηκε στοιχεῖα, εἰς πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ γῆν. Πᾶλιν ὁ ἄθρωπος εἰς ἀριθμῷ ὀνομάζεται. Ἐνα γὰρ ἄνθρωπον πολλάκις λέγομεν. Ἄλλ' οὐχ ἀπλοῦς τις οὗτός ἐστιν, ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς συνεστώς. Ομοίως δὲ καὶ ἄγγελον ἕνα ἀριθμῷ ἐροῦ-

<sup>34</sup> Joan. 1v, 14. <sup>35</sup> Jerem. 11, 13.

(50) Δυναίμην. Editi iterum addunt Πῶς γὰρ ἂν. Sed hæc melius absunt a duobus codicibus mss. Plures non habuimus.

(51) Κρίνοντες. Sic mss. Editi κρίναντες.

(51) Φυλιστεύς. Harl. Φυλιστιαῖος.

(53) Ἐπισπᾶσονται. Sic Reg. et Harl. Editi επισπᾶσονται.

(54) Τούτους. Sic Harl. Editi τούτων. Paulo post ex duobus mss. legimus ἐπηρεάζοντας ἡμῖν. Editi ἡμῶν.



μεν, ἀλλ' οὐχ ἓνα τῆ φύσει, οὐδὲ ἀπλοῦν οὐσίαν γὰρ μεθ' ἀγιασμοῦ τὴν του ἀγγέλου ὑπόστασιν ἐνοοῦμεν. Εἰ τοίνυν πᾶν τὸ ἐν ἀριθμῷ ἐν τῆ φύσει οὐκ ἔστι, καὶ τὸ ἐν τῆ φύσει καὶ ἀπλοῦν ἐν ἀριθμῷ οὐκ ἔστιν, ἡμεῖς δὲ λέγομεν ἓνα τῆ φύσει Θεόν· πῶς ἐπεισάγουσιν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν, αὐτὸν πάντῃ ἡμῶν ἐξοριζούτων τῆς μακαρίας ἐκείνης (55) καὶ νοητῆς φύσεως; Ὁ γὰρ ἀριθμὸς ἔστι του ποσοῦ· τὸ δὲ ποσὸν τῆ σωματικῆ φύσει συνέζευκται· ὁ γὰρ (56) ἀριθμὸς τῆς σωματικῆς φύσεως. Σωματῶν δὲ δημιουργὸν τὸν Κύριον ἡμῶν εἶναι πεπιστεύκαμεν. Διὸ καὶ πᾶς ἀριθμὸς ἐκεῖνα σημαίνει τὰ ἐνυλὸν καὶ περιγραπτὴν ἔχειν λαχόντα τὴν φύσιν· ἡ δὲ μονὰς καὶ ἐνὰς τῆς ἀπλῆς καὶ ἀπεριλήπτου οὐσίας ἐστὶ σημαντικὴ (57). Ὁ τοίνυν ἀριθμὸν ἢ κτίσμα ὁμολογῶν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαμβάνει ἐνυλὸν καὶ περιγραπτὴν φύσιν εἰσάγων. Περιγραπτὴν δὲ λέγω οὐ μόνον τὴν περιεχομένην ὑπὸ τόπου, ἀλλ' ἠνπερ καὶ τῆ προγνώσει ἐμπεριείληφεν ὁ μέλλων αὐτὴν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παράγειν, ἣν καὶ (58) ἐπιστήμη περιλαβεῖν δυνατὸν ἐστὶ Πᾶν οὖν ἅγιον, ὁ περιγραπτὴν ἔχει τὴν φύσιν, καὶ ἐπίκτητον ἔχει τὴν ἀγιότητα, οὐκ ἀνεπίδεκτὸν ἐστὶ κακίας. Ὁ δὲ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πηγὴ ἐστὶν ἀγιασμοῦ, ὅφ' ἧς πᾶσα ἡ λογικὴ κτίσις κατ' ἀναλογίαν τῆς ἀρετῆς ἀγιαζεται.

3. Καίτοι ἡμεῖς, κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, οὔτε ὁμοιον οὔτε ἀνόμοιον λέγομεν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ. Ἐκάτερον γὰρ αὐτῶν ἐπίσης ἀδύνατον, Ὅμοιον γὰρ καὶ ἀνόμοιον κατὰ τὰς ποιότητας λέγεται ποιότητος δὲ τὸ θεῖον ἐλεύθερον. Ταυτότητα δὲ τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, καὶ τὸ ὁμοούσιον ἐκδεχόμεθα, καὶ τὸ σύνθετον φεύγομεν, τοῦ κατ' οὐσίαν Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸν κατ' οὐσίαν Θεὸν καὶ Υἱὸν γεγεννηκότος. Ἐκ γὰρ τούτου τὸ ὁμοούσιον δείκνυται. Ὁ γὰρ κατ' οὐσίαν Θεὸς τῷ κατ' οὐσίαν Θεῷ ὁμοούσιός ἐστιν. Ἐπεὶ δὲ λέγεται θεὸς καὶ ὁ ἄνθρωπος (59)· ὡς τὸ, Ἐγὼ εἶπα· Θεοὶ ἐστε· καὶ ὁ δαίμων θεός, ὡς τὸ, Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαίμονια. ἀλλ' οἱ μὲν κατὰ χάριν ὀνομάζονται, οἱ δὲ κατὰ ψεύδος. Ὁ δὲ θεὸς μόνος κατ' οὐσίαν ἐστὶ θεός. Μόνος δὲ ὅταν εἶπω, τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ τὴν ἁγίαν καὶ ἀκτιστον δηλώ. Τὸ γὰρ μόνος λέγεται καὶ ἐπὶ τινος ἀνθρώπου, καὶ ἐπὶ φύσεως ἀπλῶς τῆς καθόλου. Ἐπὶ τινος μὲν, οἷον, φέρε εἰπεῖν, ἐπὶ Παύλου, ὅτι μόνος ἠρπάγη εἰς τρίτου οὐρανοῦ, καὶ ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι· ἐπὶ φύσεως δὲ τῆς καθόλου, ὡς ὅταν λέγῃ (60) Δαβὶδ· Ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ. Ἐνταῦθα γὰρ οὐ τὸν τινὰ ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὴν καθόλου φύσιν δηλοῖ. Πᾶς γὰρ ἄνθρωπος πρόσκαιρος καὶ θνητός. Οὕτω κακεῖνα νοοῦμεν ἐπὶ τῆς φύσεως εἰρημένα· το, Ὁ μόνος

<sup>55</sup> Psal. LXXI, 6. <sup>57</sup> Psal. XCV, 5. <sup>58</sup> II Cor. XII, 4. <sup>59</sup> Psal. CII, 15.

(55) Ἐκείνης. Hanc vocem addidimus ex duobus mss.

(56) Ὁ γὰρ, Lege Ὁ γου.

(57) Σημαντικὴ. Sic uterque codex. Editi σημαντικόν.

A natura, neque simplicem: siquidem essentiam cum sanctimonia, hypostasim angeli intelligimus. Itaque si quidquid unum est numero, unum natura non est, et quod natura unum ac simplex est, unum numero non est, nos autem Deum natura unum dicimus; quomodo nobis numerum affingunt, quem prorsus a beata illa ac spirituali natura amovemus? Numerus enim pertinet ad quantitatem: quantitas vero corporali naturæ conjuncta est; numerus ergo corporeæ est naturæ. At Dominum nostrum corporum opificem esse credimus. Quapropter et numerus omnis ea designat, quæ materialem ac circumscriptam naturam sortita sunt: monas vero et unitas simplicis ac incomprehensibilis essentiæ insigne. Quisquis igitur numerum aut creaturam confitetur Filium Dei, aut Spiritum sanctum, imprudens materialem ac circumscriptam naturam inducit. Circumscripam autem dico, non modo eam quæ loco continetur, sed etiam quam prænotione comprehendit is, qui ipsam e nihilo producturus est, quæque scientia comprehendi potest. Quidquid igitur sanctum est, habet autem naturam circumscriptam, et adventitiam sanctitatem, obnoxium esse potest malitiæ. Filius autem, et Spiritus sanctus, fons est sanctimonix, unde rationalis quæque creatura pro virtutis ratione sanctificatur.

3. Nos, secundum veram doctrinam, neque similem, neque dissimilem Patri Filium dicimus. Nam æque utrumque horum repugnat. Enimvero simile et dissimile, qualitatibus habitis ratione dicuntur: Deus autem liber est a qualitate. Verum identitatem naturæ confitentes et consubstantialia admittimus, et compositionem fugimus; cum is qui secundum essentiam Deus et Pater est, Deum secundum essentiam et Filium genuerit. Ex hoc enim consubstantialia ostenditur. Nam Deus secundum essentiam Deo secundum essentiam consubstantialis. Siquidem et homo dicitur deus, velut in hoc loco. *Ego dixi: Dii estis* <sup>56</sup>. Quin etiam dæmon appellatur deus, secundum illud, *Dii gentium dæmonia* <sup>57</sup>. Sed illi quidem ex dono, hi vero ex mendacio nomen accipiunt. Deus vero solus est secundum essentiam Deus. Cum autem dico, *solus*, essentiam Dei sanctam et increatam significo. Nam vox *solus*, et de uno aliquo homine, et de universa prorsus natura dicitur. De uno aliquo, velut cum verbi gratia dicitur de Paulo, solum raptum esse ad tertium usque cælum, et audisse arcana verba, quæ non liceat homini loqui <sup>58</sup>: de natura vero universa, velut cum David dicit: *Homo, sicut fenum diesejus* <sup>59</sup>. Hic enim non hominem aliquem, sed universam naturam indicat: nam omnis homo

(58) Ἦν καὶ. Mss. et edit. Basil. ὁ καὶ.

(59) Ὁ ἄνθρωπος. Articulus additus ex mss. deest in editis. Ibidem duo codices mss. Ἐπειδὴ δὲ.

(60) Ἄέγη. Sic. mss. Editi λέγει.



temporarius et mortalis. Sic intelligimus de natura dicta esse et illa : *Qui solus habet immortalitatem* <sup>40</sup>; et, *Soli sapienti Deo* <sup>41</sup>; et, *Nemo bonus, nisi unus Deus* <sup>42</sup>. Hic enim *unus* significat idem, quod *solus*. Et, *Qui extendit cælum solus* <sup>43</sup>; et rursus, *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* <sup>44</sup>; et, *Non est Deus præter me* <sup>45</sup>. Nam *unus* et *solus* de Deo dicuntur **83** in Scriptura non ad distinctionem a Filio aut Spiritu sancto, sed adversus eos qui cum dii non sint, dii tamen falso nominantur, ut est illud : *Dominus solus duxit eos, et non erat cum eis deus alienus* <sup>46</sup>; et, *Everterunt filii Israel Baalim, et nemora Astaroth, et serviebant Domino soli* <sup>47</sup>. Et iterum Paulus : *Sicut sunt dii multi, et domini multi, nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia* <sup>48</sup>. Verum hic quærimus, quomodo cum dixisset, *Unus Deus*, ea voce non fuerit contentus (diximus enim, cum *solus* et *unus* de Deo dicuntur, significari naturam) sed et vocem *Pater* apposuerit, et Christi fecerit mentionem. Suspicio itaque existimasse hoc loco vas electionis Paulum, satis non esse tantummodo Deum Filium, et Deum Spiritum sanctum prædicare; id quod per dictionem, *Unus Deus*, declaraverat, nisi præterea per adjectionem *Patris*, eum ex quo omnia sunt, exprimeret; et per mentionem *Domini*, Verbum per quod omnia sunt, significaret, et rursus, per *Jesu Christi* adjunctionem, incarnationem annuntiaret, et passionem poneret ob oculos: et resurrectionem commonstraret. Nam illud, *Jesus Christus*, notiones tales nobis indicat. Quapropter etiam Dominus ante passionem non vult dici *Jesus Christus*, et discipulis præcipit, ut ne cuiquam dicant ipsum esse *Jesum Christum* <sup>49</sup>. Propositum enim illi erat post absolutam dispensationem ac resurrectionem ex mortuis, et in cælos assumptionem, tum demum ipsis committere, ut eum *Jesum Christum* prædicarent. Ejusmodi est et illud : *Ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* <sup>50</sup>; illud itidem : *Creditis in Deum, et in me credite* <sup>51</sup>: ubique cogitationem nostram præmuniente Spiritu sancto; ne accedentes ad alterum, altero excidamus; neve theologiæ intenti negligamus dispensationem; atque in impietatem, dum in aliquo offendimus, incidamus.

4. Verba autem divinæ Scripturæ, quæ arrepta adversarii, et ad suam ipsorum sententiam detorta, nobis ad eversionem majestatis Unigeniti objiciunt, simili modo expendamus, notionem eorum

<sup>40</sup> I Tim. vi, 16. <sup>41</sup> Rom. xvi, 27. <sup>42</sup> Luc. xviii, 19. <sup>43</sup> Job. ix, 8. <sup>44</sup> Deut. vi, 13. <sup>45</sup> Deut. xxxii, 39. <sup>46</sup> ibid. 12. <sup>47</sup> I Reg. vii, 4. <sup>48</sup> I Cor. viii, 5, 6. <sup>49</sup> Matth. xvi, 20. <sup>50</sup> Joan. xvii, 3. <sup>51</sup> Joan. xiv, 1.

(61) Ἐπὶ Θεοῦ Editi addunt articulum, sed deest in mss.

(62) Υἱοί. Hanc vocem addimus ex Reg. Paulo post duo mss. ὡσπερ. Editi εἴπερ.

(63) Εἷς Θεός. Primam vocem addimus ex mss. Paulo post in cod. Reg. legitur τὸ Πνεῦμα προσ-

ἔχων ἀθανασίαν· καὶ, Μόνῳ σοφῷ Θεῷ καὶ τὸ, Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. Τὸ γὰρ εἷς ἐνταυθα τῷ μόνος ταυτὸν δηλοῖ· καὶ τὸ, Ὁ τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος· καὶ πάλιν· Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις· καὶ τὸ, Οὐκ ἔστι Θεός πλὴν ἐμοῦ. Τὸ γὰρ εἷς καὶ μόνος ἐπὶ Θεοῦ (61) ἐν τῇ Γραφῇ οὐ πρὸς ἀντιδιαστολήν τοῦ Υἱοῦ ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λέγεται, ἀλλὰ πρὸς τοὺς μὴ ὄντας θεοὺς, ὀνομαζομένους δὲ ψευδῶς· ὡς τὸ, Κύριος μόνος ἦγεν αὐτούς· καὶ, Οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν Θεός ἄλλοτριος· καὶ τὸ, Περιεῖλον υἱοὶ (62) Ἰσραὴλ τὰ Βασιλεῖα, καὶ τὰ ἄλση Ἀσταρώθ, καὶ ἐδούλευον Κυρίῳ μόνῳ· καὶ πάλιν ὁ Παῦλος· Ὡσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ, ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεός, ὁ Πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ, εἷς Κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα. Ἀλλὰ ζητοῦμεν ἐνταυθα, πῶς, Εἷς Θεός (63) εἰρηκῶς, οὐκ ἠρκέσθη τῇ φωνῇ (ἔφαμεν γὰρ, ὅτι μόνος καὶ τὸ εἷς ἐπὶ Θεοῦ τὴν φύσιν δηλοῖ), ἀλλὰ καὶ τὸ Πατήρ προσέθηκε, καὶ τοῦ Χριστοῦ ἐμνημόνευσεν. Ὑπονοῶ τοίνυν, ὅτι οὐκ ἐξαρχεῖν ᾤκηθη νῦν ὁ Παῦλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, κηρύσσειν μόνον Θεὸν τὸν Υἱόν, καὶ Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπερ διὰ τῆς Εἷς Θεός ἐδήλωσε ῥήσεως, ἐὰν μὴ καὶ διὰ τῆς προσθήκης τοῦ Πατρὸς τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα δηλώσῃ· καὶ διὰ τῆς μνήμης τοῦ Κυρίου, τὸν Λόγον τὸν δι' οὗ τὰ πάντα σημάνῃ· καὶ πάλιν, διὰ τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ συμπαραλήψεως τὴν ἐνανθρώπησιν παραγγείλη (64), καὶ τὸ πάθος παραστήσῃ, καὶ τὴν ἀνάστασιν φανερώσῃ. Τὸ γὰρ, Ἰησοῦς Χριστὸς, τὰς τοιαύτας ἐννοίας ἡμῖν ἐμφαίνει. Διὸ καὶ πρὸ τοῦ πάθους παραιτεῖται ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς καταγγέλλεσθαι· καὶ διαστέλλεται τοῖς μαθηταῖς, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν, ὅτι αὐτὸς ἐστὶν Ἰησοῦς Χριστὸς. Πρόκειται γὰρ αὐτῷ τελειώσαντι τὴν οικονομίαν, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνάληψιν, ἐπιτρέψαι αὐτοῖς κηρύσσειν αὐτὸν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, Ἴνα γινώσκωσὶ σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ τὸ, Πιστεύετε εἰς Θεόν καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε· πανταχοῦ τὴν ἐννοίαν ἡμῶν ἀσφαλιζομένου τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἵνα μὴ, γατέρῳ προσβαίνοντες, θατέρου ἐκ πίπτωμεν· καὶ τῇ θεολογίᾳ προσέχοντες, τῆς οικονομίας καταφρονῶμεν· καὶ γένηται ἡμῖν κατὰ τὸν ἐλλεῖπον ἢ ἀσέβεια.

4. Τὰ δὲ ῥήματα τῆς θείας Γραφῆς, ἅπερ λαμβάνοντες οἱ ἀντικείμενοι καὶ διαστρέφοντες πρὸς τὴν οἰκείαν συνείδησιν εἰς καθαίρεσιν τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς ἡμῖν προφέρουσιν· οὕτως ἐξετάσωμεν (65),

ἔθηκε.

(64) Παραγγείλη. Duo mss. ἀπαγγείλη.

(65) Ἐξετάσωμεν. Sic Reg. et prima manu Harl. Editi ἐξετάσωμεν. Ibidem editi ἀναπτύσσοντες αὐτά. Duo veteres libri ut in textu.



κατὰ τὸ δυνατόν ἡμῖν ἀναπτύσσοντες αὐτῶν τὴν A  
 διάνοιαν· Καὶ πρῶτον ἡμῖν προτιθέσθω τὸ, Ἐγὼ ζῶ  
 διὰ τὸν Πατέρα. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ ἐν τῶν βελῶν τῶν  
 εἰς οὐρανὸν πεμπομένων ὑπὸ τῶν ἀσεβῶς (66) αὐτῶ  
 κεχορημένων. Ἐνταῦθα δὲ τὸ ῥητὸν οὐ τὴν προαιώ-  
 νιον, ὡς οἶμαι, ζῶν ὀνομάζει (πάν γὰρ τὸ δι' ἑτε-  
 ρον ζῶν αὐτοζωὴ εἶναι οὐ δύναται, ἥς οὐδὲ τὸ ὑφ'  
 ἑτέρου θερμανθῆν αὐτοθερμότης εἶναι· ὁ δὲ Χριστὸς  
 καὶ Θεὸς ἡμῶν εἶρηκεν. Ἐγὼ εἶμι ἡ ζωὴ), ἀλλὰ  
 ζῶν ταύτην τὴν ἐν σαρκί, καὶ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ  
 γεγεννημένην, ἣν ἔζησε διὰ τὸν Πατέρα. Βουλήσει  
 γὰρ αὐτοῦ ἐπιθεσθῆναι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων· καὶ  
 οὐκ εἶπεν, Ἐγὼ ἔζησα διὰ τὸν Πατέρα· ἀλλ', Ἐγὼ  
 ζῶ διὰ τὸν Πατέρα, σαφῶς τὸν παρόντα προσημαί-  
 νων χρόνον. Δύναται δὲ καὶ ζῶν λέγειν, ἣν ζῆ ὁ Χρι-  
 στὸς, τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ. Καὶ ὅτι B  
 τοῦτό ἐστι τὸ δηλούμενον, ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου εἰσό-  
 μεθα. Καὶ ὁ τρώγων με, φησὶ, ζήσεται δι' ἐμέ.  
 Τρώγομεν γὰρ αὐτοῦ τὴν σάρκα, καὶ πίνομεν αὐτοῦ  
 τὸ αἷμα, κοινωνοὶ γινόμενοι διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως  
 καὶ τῆς αἰσθητῆς ζωῆς τοῦ Λόγου καὶ τῆς σοφίας.  
 Σάρκα γὰρ καὶ αἷμα πάσαν αὐτοῦ τὴν μυστικὴν ἐπι-  
 δημίαν ὠνόμασε, καὶ τὴν ἐκ πρακτικῆς καὶ φυσικῆς  
 καὶ θεολογικῆς συνεστῶσαν διδασκαλίαν ἐδήλωσε, δι'  
 ἧς τρέφεται ψυχὴ, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὄντων τέως  
 θεωρίαν παρασκευάζεται. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐκ τοῦ  
 ῥητοῦ ἴσως δηλούμενον.

5. Καὶ πάλιν· Ὁ Πατὴρ μου μείζων μου ἐστὶ.  
 Κέχρηται (67) γὰρ καὶ τούτῳ τῷ ῥητῷ τὰ ἀχάριστα  
 κτίσματα, τὰ τοῦ πονηροῦ γεννήματα. Ἐγὼ δὲ καὶ  
 ἐκ ταύτης τῆς φωνῆς τὸ ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν C  
 τῷ Πατρὶ δηλοῦσθαι πεπίστευκα. Τὰς γὰρ συγκρί-  
 σεις οἶδα κυρίως ἐπὶ τῶν τῆς αὐτῆς φύσεως γινομέ-  
 νας. Ἄγγελον γὰρ ἀγγέλου λέγομεν μείζονα, καὶ  
 ἄνθρωπον ἀνθρώπου δικαιότερον, καὶ πτηνὸν πτηνοῦ  
 ταχύτερον. Εἰ τοίνυν αἱ συγκρίσεις ἐπὶ τῶν ὁμοειδῶν  
 γίνονται, μείζων δὲ κατὰ σύγκρισιν εἶρηται ὁ Πατὴρ  
 τοῦ Υἱοῦ· ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός. Ἔστι δὲ τις  
 καὶ ἄλλη ἔννοια ἐναποκειμένη τῷ ῥητῷ. Τί γὰρ θαυ-  
 μαστόν, εἰ μείζονα ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα ὠμολόγησε,  
 Λόγος ὢν καὶ σὰρξ γεγονώς, ὁπόταν καὶ ἀγγέλων  
 ὦφθη κατὰ τὴν δόξαν ἐλάττων, καὶ ἀνθρώπων κατὰ  
 τὸ εἶδος; Ἠλάττωσας γὰρ αὐτὸν, φησὶ, βραχὺ τι  
 παρ' ἀγγέλου· καὶ πάλιν· Τὸν δὲ βραχὺ τι παρ'  
 ἀγγέλου ἠλάττωμένον, καὶ τὸ, εἶδομεν αὐτὸν,  
 καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος  
 αὐτοῦ ἐκλείπον παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους.  
 Τούτων δὲ πάντων ἠνέσχεται διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ  
 περὶ τὸ πλάσμα φιλανθρωπίαν, ἵνα τὸ ἀπολωλὸς προ-  
 βατον ἀνασώσῃται (68), καὶ τὸ σωθῆν καταμίξῃ, καὶ  
 τὸν κατελθόντα ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχώ, καὶ διὰ  
 τοῦτο περιπεσόντα λησταῖς, εἰς τὴν οἰκειάν ὑγιαίνοντα  
 πάλιν ἐπαναγάγῃ πατρίδα. Ἡ καὶ τὴν φάτην αὐτῷ

pro viribus explicantes. Ac primum nobis propo-  
 natur illud : *Ego vivo propter Patrem* <sup>52</sup>. Hoc enim  
 unum est ex jaculis, quæ in cælum vibrantur ab  
 his, qui eo impie utuntur. Illud autem dictum hoc  
 loco non ipsam ante sæcula, ut arbitror, vitam de-  
 signat (quidquid enim propter alterum vivit, vita  
 ipsa esse nequit ; quemadmodum neque quod ab  
 alio calefactum est, calor ipse esse potest : Chri-  
 stus autem et Deus noster dixit : *Ego sum vita* <sup>53</sup>),  
 sed vitam hanc in carne, et in hoc tempore fa-  
 ctam, quam propter Patrem vixit. Nam ipso volente  
 in vitam hominum advenit : neque dixit, *Ego vixi*  
 propter Patrem ; sed, *Ego vivo propter Patrem*,  
 aperte præsens tempus significans. Potest autem  
 et vitam dicere, quam vivit Christus, Verbum Dei  
 habens in seipso. Atque id ipsum esse, quod si-  
 gnificatur, ex his quæ sequuntur videbimus. *Et*  
*qui 84 manducat me*, inquit, *vivit propter me* <sup>54</sup>.  
 Edimus enim ipsius carnem, et bibimus ipsius  
 sanguinem, participes facti, per incarnationem et  
 sensibilem vitam, Verbi et sapientiæ. Carnem enim  
 et sanguinem totam suam mysticam in carne con-  
 versationem vocavit, et doctrinam ex practica et  
 naturali et theologica notione constantem declara-  
 vit : per quam et nutritur anima, et ad eorum quæ  
 sunt contemplationem interim præparatur. Et hæc  
 est fortasse illius dicti sententia.

5. Ac rursus, *Pater meus major me est* <sup>55</sup>. Utun-  
 tur enim et hoc dicto ingratae creaturæ, mali pro-  
 genies. Ego vero ex hac etiam voce consubstantia-  
 lem esse Filium Patri credo demonstrari. Compa-  
 rationes enim scio proprie inter ea quæ ejusdem  
 naturæ sunt fieri. Angelum namque angelo dici-  
 mus majorem, et hominem homine justiore, et  
 volucrum volucris velociorem. Itaque si comparatio-  
 nes inter ea quæ ejusdem speciei sunt, instituun-  
 tur ; Pater autem secundum comparisonem dictus  
 est Filio major ; consubstantialis Patri Filius. Inest  
 autem et alia notio his verbis. Quid enim mirum,  
 si majorem seipso Patrem confessus est, qui Ver-  
 bum est et caro factus est <sup>55\*</sup> : cum et angelis visus  
 sit secundum gloriam minor, et hominibus secun-  
 dum speciem? *Minuisti enim eum*, inquit, *paulo mi-  
 nus ab angelis* <sup>56</sup> ; et iterum : *Eum autem qui mo-  
 dico quam angeli minoratus est* <sup>57</sup> ; item, *Vidimus*  
*eum, et non habebat speciem, neque decorem : sed*  
*species ejus deficiens præ omnibus hominibus* <sup>58</sup>. Hæc  
 autem omnia sustinuit propter multam suam in  
 opus suum benignitatem, ut perditam ovem recu-  
 peraret, et introduceret servatam, et eum, qui ab  
 Jerosolymis Jerichunta descenderat, ob idque in-  
 ciderat in latrones, ad propriam rursus patriam  
 sanum incolumemque reduceret. An etiam præsepe

<sup>52</sup> Joan. vi, 58. <sup>53</sup> Joan. xi, 25. <sup>54</sup> Joan. vi, 58.  
<sup>57</sup> Hebr. ii, 9. <sup>58</sup> Isa. lxi, 2, 3.

(66) Ἀσεβῶς. Sic mss. Editi ἀσεβῶν. Habent  
 iidem codices οὐ τὴν προαιώνιον. Editi οὐκ αὐ-  
 τήν, etc. Paulo post mss. pro αὐτοζωὴ habent αὐ-  
 τοζῶν.

<sup>55</sup> Joan. xiv, 28. <sup>55\*</sup> Joan. i, 14. <sup>56</sup> Psal. viii, 6.  
 (67) Κέχρηται. Sic mss. Editi κέχρηται.  
 (68) Ἀνασώσῃται. Sic libri veteres. Editi ἀνα-  
 σώση. Paulo post ex iisdem mss. codicibus legimus  
 ἀπαναγάγῃ pro ἐπεισαγάγῃ.



ei exprobrabit hæreticus, per quod cum esset ratione destitutus, a Verbo nutritus est? an objiciet paupertatem, quod lectulus defuit fabri filio? Propterea Patre minor Filius, quod tua causa factus est mortuus, ut te a mortalitate liberaret, et cælestis participem vitæ faceret. Velut si quis et medicum accuset, quod demittens se ad morbos, particeps fetoris fiat, ut sanet ægrotantes.

tropolis nostræ insidiati sunt, eamque hæreticis zizaniis complere voluerunt, nunc occasionem nacti, satam multo labore in hominum animis pietatem **141** pravis suis doctrinis eradicent, ejusque scindant unitatem: quod et in multis Ecclesiis factitarunt. Postquam autem et cleri litteræ ad nos venerunt, exhortantes ut ne ejusmodi tempore despiciamus; circumspiciens quoque versum, recordatus sum vestræ charitatis rectæque fidei, et studii quod semper in Ecclesias Dei adhibetis. Atque ea de causa nisi dilectum Eustathium condiaconum, qui vestram gravitatem adhortetur, exoretque ut exantlatis omnibus pro Ecclesiis laboribus hunc quoque addatis, simulque senium meum vestro recreetis congressu, ac percelebrem sanæ Ecclesiæ pietatem instauretis, præficientes ei una nobiscum (simodo digni habeamur, qui vobiscum opus bonum adjuvemus) pastorem secundum Domini voluntatem, qui possit ipsius populum gubernare. Habemus enim ob oculos virum, nec vobis ignotum: quem si obtinere possumus, scio acquisituros nos magnam apud Deum fiduciam, atque in populum, qui nos advocavit, beneficium maximum collaturos. Sed iterum atque sæpius rogo, ut omni deposita segnitie occurratis et hiemis difficultates antevertatis.

τῆσαι καὶ προλαβεῖν τὰ ἐκ τοῦ χειμῶνος δυσχερῆ.

EPISTOLA XLVIII\*.

*Hiemem excusat Basilius cur non scripserit. Mittit epistolas Antiochia allatas. Narrat de Demophilo simulacrum pietatis et rectæ fidei præ se ferente, et de episcoporum, post egressum Eusebii, adventu et schismatico animo. Rogat ut se revisat vere ineunte.*

*Eusebio, episcopo Samosatorum.*

Vix nacti sumus qui litteras ad tuam pietatem deferret, siquidem nostri homines ita hiemem exhorrescunt, ut ne paululum quidem ex ædibus prospicere velint. Nam tanta nivium copia abluti sumus, ut cum ipsis ædibus cooperti jam duos menses in speluncis latitemus. Prorsus itaque nobis ignosces,

Alias CCLIV. Scripta initio episcopatus.

(2) Ἐρεθρεύοντες. Indicat Gregorius structas ab Arianis insidias Ecclesiæ Cæsariensi anno 365, cum Valens in hanc urbem venit cum suo Arianorum episcoporum comitatu. Tunc Basilius, qui se in solitudinem pacis tuendæ causa receperat, ad succurrendum episcopo suo advolavit, omnibus rebus Ecclesiæ utilitati posthabitis, ac præclarum illum triumphum reportavit, de quo Gregorius orat. 40, p. 39.

(3) Ἐχομεν γὰρ. Sic quatuor antiqui codices et editio Haganoensis. Editi ἔχομεν μὲν.

(4) Ἀλλὰ παρακάλῳ, etc. Minime mirum quod Eusebius in remotam provinciam ad electionem episcopi vocetur. Nam, cum unus sit episcopatus, et unus grex, sæpe incidunt tempora ejusmodi, ut curam suam et sollicitudinem episcopi exteris Ecclesiis debeant. Ut hæream in exemplo Eusebii Samosatensis, nemini sanctus ille martyr in hoc genere concessit, ac in variis Ecclesiis presbyteros et diaconos, atque etiam episcopos magno Ecclesiæ commodo ordinavit, ut testatur Theodoretus *Hist.* lib. iv, c. 13. Ex hac autem epistola et nonnullis aliis ejusdem Gregorii, et ex laboribus, quos

ἔλαβεν οὐ μικρός, μήποτε οἱ ποτὲ ἐρεθρεύοντες (2) τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς μητροπόλεως ἡμῶν, καὶ βουλόμενοι αὐτὴν αἰρετικῶν ζιζανίων πληρῶσαι, καιροῦ νῦν λαθόμενοι, τὴν πολλῶν καμᾶτῳ κατασπαρεῖσαν ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων εὐσεβειαν ταῖς παρ' ἐαυτῶν πονηραῖς διδασκαλίαις ἐκριζώσωσι, καὶ ταύτης τὴν ἐνότητα κατατέμωσιν· ὅπερ καὶ ἐπὶ πολλῶν Ἐκκλησιῶν πεποιθήκασι. Ἐπειδὴ δὲ καὶ γράμματα πρὸς ἡμᾶς ἀφίκετο τοῦ κλήρου, παρακαλοῦντα μὴ παροφθῆναι ἐν καιρῷ τοιοῦτῳ, περιβλεψάμενος ἐν κύκλῳ ἐμνησθῆν τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τοῦ ζήλου ὃν ἔχετε αἰεὶ ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ. Καὶ τούτου ἕνεκεν ἀπέστειλα τὸν ἀγαπητὸν Εὐστάθιον τὸν συνδιάκονον, παρακαλέσαι ὑμῶν τὴν σεμνοπρέπειαν, καὶ δυσωπῆσαι πᾶσι τοῖς ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν καμᾶτοις καὶ τὸν παρόντα ἐπιθεῖναι· κάμου τε τὸ γῆρας τῆ συντυχία ἀναπαῦσαι· καὶ τῇ ὀρθῇ Ἐκκλησίᾳ τὴν περιβόητον εὐσεβειαν διορθώσασθαι, δόντας αὐτῇ μεθ' ἡμῶν (εἰ ἄρα καταξιωθῆμεν συναντιλαβέσθαι ὑμῖν τοῦ ἀγαθοῦ ἔργου) ποιμένα κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Κυρίου, δυνάμενον διευθῆναι τὸν λαόν αὐτοῦ. Ἐχομεν γὰρ (3) πρὸ ὀφθαλμῶν ἀνδρα ὃν οὐδὲ αὐτοὶ ἀγνοεῖτε· οὐ εἰ καταξιωθῆμεν ἐπιτυχεῖν, οἶδα ὅτι μεγάλην παρῶρησίαν πρὸς τὸν Θεὸν κτησόμεθα, καὶ τῷ ἐπικαλεσαμένῳ ἡμᾶς λαῶν μεγίστην εὐεργεσίαν καταθησόμεθα. Ἀλλὰ παρακάλῳ (4) καὶ πάλιν καὶ πολλάκις, πάντα ὄκνον ὑπερθεμένους ἀπαν-

EPISTOLA MH.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

Μόλις ἡμῖν ὑπῆρξεν ἐπιτυχεῖν διακόνου γραμμάτων πρὸς τὴν σὴν θεοσεβειαν· ἐπεὶ οἷγε παρ' ἡμῖν οὕτω κατέπτεξεν τὸν χειμῶνα, ὡς μηδὲ τὸ μικρότατον προκύπτειν τῶν θωματίων ἀνέχεσθαι. Καὶ γὰρ τοσοῦτῳ πλήθει χιόνων κατενέφημεν, ὡς αὐτοῖς οἰκοῖς, καταχωσθέντες (5) δύο μῆνας ἤδη ταῖς κατα-

a patre Basilius causa susceptos narrat in orationibus 19 et 26, facile perspicimus episcopos electionum otiosos spectatores non fuisse, sed plurimas earum partes conciliando et adhortando sustinuisse. Quin etiam electio interdum penes episcopos erat; et cum varia essent plebis ac cleri studia, ut in Basilius electione contigit, tunc ea pars vincebat cui major favebat episcoporum numerus. Hinc eum ad canonicam Basilius electionem deesset unius episcopi suffragium, Gregorius Nazianzi episcopus, quamvis senio ac morbo confectus, Cæsaream advolavit, ut electionem calculo suo adjuvaret, βοηθήσων τῇ ψήφῳ, Greg. Naz., orat. 19, p. 311, et 20, p. 343.

(5) Καταχωσθέντες. Ita mss. sex. Editi et tres vetustissimi codices Harl., Med. et Coisl. primus habent καταχωσθέντας. Quod quidem mirari subit. Nam sæpe alias in ejusmodi locis codices recentiores accusativum, vetustissimi nominativum habent. Quare satius visum est eam scripturam retinere, cui sex codices hoc loco, tres vetustissimi in aliis locis suffragantur. Paulo ante in tribus vetustissimis codicibus legitur τῶν θωματίων.



δύσειν ἐμφωλεύειν. Συγγνώση οὖν παντὸς ἡμῖν, τὸ τε ἄτολμον τῶν Καππαδοκικῶν (6) ἠθῶν, καὶ τὸ τῶν σωμάτων δυσκίνητον ἐπιστάμενος, εἰ μὴ θάττον ἐπεστείλαμεν, μὴδ' εἰς γνῶσιν ἠγάγομεν τῆ τιμιότητι σου τὰ ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας, ἃ πάντως μὲν γνωρίζεις σοι ἔωλόν ἐστι καὶ ψυχρὸν, πάλαι μεμαθηκότι, ὡς τὸ εἶκός· πλὴν ἄλλ' οὐδὲν ἠγούμενοι πρᾶγμα καὶ τὰ ἐγνωσμένα σημαίνειν, ἀπεστείλαμεν τὰς διὰ τοῦ ἀναγνωστοῦ κομισθείσας ἐπιστολάς. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Ἡ δὲ Κωνσταντινούπολις ἔχει τὸν Δημόφιλον πολὺν ἤδη χρόνον (7), ὡς καὶ αὐτοὶ οὗτοι ἀπαγγελοῦσι, καὶ προκεκλήρυκται πάντως τῆ ὁσιότητι σου. Καὶ τι περὶ αὐτὸν πλάσμα ὀρθότητος καὶ εὐλαθείας παρὰ πάντων συμφώνως τῶν ἀφικνουμένων θρυλλεῖται, ὡς καὶ τὰ διεστῶτα τῆς πόλεως μέρη εἰς ταυτὸν συνελθεῖν, καὶ τῶν πλησιοχώρων τινὰς ἐπισκόπων τὴν ἔνωσιν καταδέξασθαι. Οἱ δὲ ἡμέτεροι οὐδὲν ἀμείνους ἐφάνησαν τῶν ἐλπίδων. Ἐπιστάντες γὰρ εὐθὺς κατὰ πόδας τῆς ὑμετέρας ἐξόδου, πολλὰ μὲν εἶπον λυπηρὰ, πολλὰ δὲ ἐποίησαν, καὶ τέλος ἀνεχώρησαν, βεβαιώσαντες ἡμῖν τὸ σχίσμα. Εἰ μὲν οὖν τι γενήσεται βέλτιον, καὶ εἰ παύσονται τῆς κακίας, ἄδηλον παντὶ πλὴν ἢ τῷ Θεῷ (8). Τὰ μὲν οὖν παρόντα τοιαῦτα. Ἡ δὲ λοιπὴ Ἐκκλησία εὐσταθεῖ τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτι, καὶ εὐχεται ὁμοῦ τῷ ἡρι ἰδεῖν σε πάλιν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας, καὶ ἀνανεωθῆναι διὰ τῆς ἀγαθῆς σου διδασκαλίας. Κάμοι δὲ τὸ σῶμα οὐδὲν ἀμείνον τῆς συνηθείας ἔχει.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΘ'.

*Basiliius gratias agit Arcadio, qui conceptam a se de eo spem significaverat. Promittit ei Basiliius martyrum reliquias, ad ecclesiam ab ipso constructam, si quas reperire possit.*

Ἄρχαδίῳ ἐπισκόπῳ.

Ἡ χάριστησα τῷ ἁγίῳ Θεῷ, γράμμασιν ἐντυχῶν τῆς εὐλαθείας ὑμῶν, καὶ εὐχομαι αὐτός τε τῆς ἐλπίδος, ἣν ἔχετε ἐφ' ἡμῖν, ἄξιός εἶναι, καὶ ὑμᾶς τὸν ἐπὶ τῆ τιμῇ ἡμῶν, ἣν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τιμάτε ἡμᾶς, μισθὸν τέλειον κομίσασθαι. Ὑπερήσθημεν δὲ, ὅτι καὶ, μέριμναν πρέπουσαν Χριστιανῶ ἀναλαβόντες, εἰς δόξαν τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ οἶκον ἠγείρατε, καὶ ἠγαπήσατε τῷ ὄντι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, εὐπρέπειαν οἴκου Κυρίου, εὐτρεπίσαντες ἑαυτοῖς τὴν οὐράνιον (9) μονὴν τὴν ἠτοιμασμένην ἐν τῇ ἀναπαύσει τοῖς ἀγαπῶσι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. Ἐάν δὲ δυναθῶμεν περινοῆσαι λείψανα μαρτύρων, εὐχόμεθα καὶ αὐτοὶ συμβαλέσθαι ἡμῶν τῆ σπουδῇ. Εἰ γὰρ εἰς μνημόσυνον αἰώνιον ἔσται δίκαιος, κοινωνοὶ (10) ἐσόμεθα, δηλονότι τῆς ἀγαθῆς μνήμης τῆς δοθησομένης ὑμῖν παρὰ τοῦ ἁγίου.

<sup>90</sup> Psal. xxv, 8. <sup>90\*</sup> Psal. cxl, 7.

(6) Καππαδοκικῶν. Ita Harl., Coisl. primus, Reg. primus, Clarom. et Bigot. alter. Editi Καππαδοκικῶν.

(7) Πολὺν ἤδη χρόνον. Harl. et Med. cum duob. aliis πολὺς ἤδη χρόνος. Paulo post legitur ἀπαγγελοῦσι in codicibus Harl. et Coisl. primo.

(8) Πλὴν ἢ τῷ Θεῷ. Coisl. uterque et unus ex Regiis πλὴν εἰ τῷ Θεῷ.

A cum et Cappadocum animi timiditatem, et corporum torporem noveris, si citius non scripsimus, neque fecimus præstantiam tuam eorum quæ Antiochia allata sunt certiolem: quæ quidem omnino tibi nota facere rancidum est et frigidum, ut qui dudum didiceris, ut verisimile est; sed tamen nihil incommodi esse existimantes, etiam cognita significare, misimus allatas per lectorem epistolas. Ac de his quidem hactenus. Constantinopolis autem jamdudum habet Demophilum, ut et illi ipsi narrabunt, atque ut procul dubio jam prius sanctitati tuæ nuntiatum est. Ac de illo quidem simulacrum quoddam rectæ fidei et pietatis ab omnibus adventibus, **142** summo consensu jactatur, adeo ut etiam dissidentes civitatis partes coaluerint in unum, atque ex vicinis episcopis nonnulli conjunctionem amplexi sint. Nostri autem spe et expectatione non exstiterē meliores. Nam cum statim post egressum tuum advenissent, multa quidem tristitia dixere, multa etiam fecere, ac tandem discesserunt firmato nobis schismate. Utrum autem melius aliquid futurum sit, atque utrum ab improbitate discessuri sint, nemini nisi Deo compertum est. Itaque res præsentēs sunt ejusmodi. Ecclesia autem reliqua per Dei gratiam præclare stat, teque exoptat, simul ac ver prodierit, iterum apud nos videre, et per bonam tuam doctrinam renovari. Mihi autem corpus solito melius non se habet.

## EPISTOLA XLIX\*.

C

Arcadio episcopo.

Gratias egi Deo sancto lectis pietatis tuæ litteris, precorque ut et ego ea spe, quam de me concepisti, dignus sim, et tu honoris, quem mihi habes in nomine Domini Jesu Christi, mercedem perfectam referas. Valde autem lætatus sum, quod curam Christiano dignam suscipiens, domum ad gloriam nominis Christi construxeris, ac vere dilexeris, sicut scriptum est<sup>90</sup>, decorem domus Domini: tibi ipsi præparans cœlestem mansionem, destinatam in requie diligentibus nomen Christi. Quod si reliquias martyrum investigare possim, cupio et ipse studii tui adjutor esse. Nam si in memoria æterna erit justus<sup>90\*</sup>, profecto bonæ illius memoriæ, quam tibi sanctus impertiet, erimus participes.

D

(9) Οὐράνιον. Sic Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi οὐρανίαν.

(10) Κοινωνοί. Ante hanc vocem editi addunt καὶ, sed hæc conjunctio abest ab omnibus mss. quos in hanc epistolam habuimus, nempe a Med., Coisl. utroque, Vat. et Reg. secundo.

\* Alias CCCCVIII. Scripta initio episcopatus.



## EPISTOLA L\*.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ν\*.

*Basiliius gratias agit episcopo cuidam ætate et virtute venerando, qui prior ad eum scripserat adhortandi causa.*

*Innocentio episcopo.*

Eccui alii conveniebat et timidis fiduciam addere, et dormientes excitare, nisi tuæ domini mei pietati : qui tuam in omnibus rebus perfectionem in hoc quoque declarasti, quod te etiam ad nos humiles demittere volueris, ut germanus discipulus illius qui dixit : *Illic sum in medio vestri*, non tanquam recumbens, sed *tanquam ministrans*<sup>91</sup>. Nam et ipse dignatus es nobis ministrare spiritualem tuam lætitiã, atque venerandis tuis litteris animos nostros recreare, et velut puerorum infantiam ulnis tuæ magnitudinis amplecti. Precare igitur (bonum tuum animum rogamus), ut digni simus qui a **143** vobis magnis viris adjuvemur, et os ac sapientiam accipiamus, ut vobis audeamus Spiritum sanctum ducem habentibus succinere : B  
cujus te amicum ac glorificatorem esse audientes, magnas ob illam tuam firmam ac stabilem in Deum dilectionem gratias agimus, orantes ut pars nostra cum veris adoratoribus inveniatur, inter quos et tuam perfectionem reperiri persuasum habemus, et magnum illum et verum episcopum, qui totum orbem suis miraculis complevit, Dominum rogamus.

## EPISTOLA LI\*\*.

*Refellit Basilius affictam sibi calumniam, quod Dianium Cæsariensem anathematizasset. Fatetur se doluisse, quod is formulæ Constantinopoli a Georgio allatæ subscripsisset; sed tamen ad ejus communionem accessisse, postquam ab illo ægrotante accersitus, nihil eum contra Nicænam fidem sibi proposuisse cognovit.*

*Bosporio episcopo.*

1. Quomodo putas animum meum vulneratum fuisse auditione illius calumniæ, qua me aspererunt nonnulli ex hominibus non metuentibus Judicem perditurum omnes, qui loquuntur mendacium<sup>92</sup>? Ita ut noctem totam ob dilectionis tuæ verba pene insomnem transegerim : adeo medium cor meum tetigerat mæror. Revera enim secundum Salomonem<sup>93</sup>, calumnia virum humiliat : nec quisquam ita obduruit et percalluit, ut animo non moveatur, et humi non sternatur, si in ora incidat ad mendacium proclivia. At enim necesse est om-

<sup>91</sup> Luc. xxii, 27. <sup>92</sup> Psal. v, 7. <sup>93</sup> Eccle. vii, 8.

\* Alias CCCIX. Scripta initio episcopatus.

\*\* Alias LXXXVI. Scripta initio episcopatus.

(11) Ἰννοκεντίῳ ἐπισκόπῳ. Editi addunt Ῥωμης, D  
nec aliter in omnibus nostris codicibus mss., in quo manifestus est error librariorum, cum constat Damasum, non Innocentium tunc Romæ præfuisse. Sed hoc erratum alio absurdiorē emendat Combeffisius, qui hanc epistolam ad Innocentium tunc Ecclesiæ Romanæ presbyterum suspicatur scriptam fuisse, et *magnum illum et verum episcopum, qui totum orbem suis miraculis complevit*, Damasum interpretatur. Videtur illuisse librariis cum Innocentii nomen, quo nomine appellatum sciebant celeberrimum Romæ episcopum; tum etiam quod idem Innocentius in epistola 81 dicitur magnæ urbi præfuisse. Sæpe enim Roma apud

A Ἰννοκεντίῳ ἐπισκόπῳ (11).

Καὶ τίνι ἄλλῳ ἔπρεπε καὶ δειλοῖς θάρσος ἐμποιεῖν, καὶ καθεύδοντας διυπνίζειν, ἢ τῇ σῇ τοῦ ἡμετέρου δεσπότου θεοσεβείᾳ, ὅς τὴν ἐν πᾶσι σεαυτοῦ τελειότητα καὶ ἐν τούτῳ ἐγνώρισας, τῷ καταδέξασθαι καὶ ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς συγκαταβῆναι, ὡς ἀληθινὸς μαθητῆς τοῦ εἰπόντος, ὅτι Ἐκεῖ εἶμι ἐν μέσῳ ὑμῶν, οὐχ ὡς ὁ ἀνακείμενος, ἀλλ' ὡς ὁ διακονῶν. Κατηξίωσας γὰρ καὶ αὐτὸς διακονῆσαι ἡμῖν τὴν σὴν πνευματικὴν εὐφροσύνην, καὶ τοῖς τιμίῳις (12) ἑαυτοῦ γράμμασιν ἀναλαβεῖν ἡμῶν τὰς ψυχὰς, καὶ ὡσπερ παιδῶν νηπιότητα τῷ ἑαυτοῦ μεγέθει προσαγαλίσασθαι. Εὐχου οὖν (θεόμειθά σου τῆς ἀγαθῆς ψυχῆς) ἀξίους ἡμᾶς εἶναι καὶ ὑποδέχεσθαι τὰς παρὰ τῶν μεγάλων ὑμῶν ὠφελείας, καὶ λαμβάνειν στόμα καὶ σοφίαν εἰς τὸ τολμᾶν ἀντιφθέγεσθαι ὑμῖν, τοῖς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀγομένοις : οὐ φίλον σε εἶναι καὶ δοξαστῆρα ἀληθινῶν ἀκούοντες, μεγάλην ἐπὶ τῇ στερόρᾳ σου καὶ ἀκλίνοι περὶ τὸν Θεὸν ἀγάπη τὴν χάριν ὁμολογοῦμεν. εὐχόμενοι (13) μετὰ τῶν ἀληθινῶν προσκυνητῶν εὐρεθῆναι ἡμῶν τὸ μέρος, ἐν οἷς πεπεῖσμεθα εἶναι καὶ τὴν σὴν τελειότητά, καὶ τοῦ μεγάλου καὶ ἀληθινοῦ ἐπισκόπου πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τοῦ ἰδίου πληρώσαντος θαύματος, τοῦ Κυρίου θεόμεθα.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΝΑ'.

Βοσπορίῳ ἐπισκόπῳ.

C 1 Πῶς μου, οἶσι, τὴν ψυχὴν ὠδύνησεν ἡ ἀκοὴ τῆς συκοφαντίας ἐκείνης, ἢ κατέχεόν μου (14) τινὲς τῶν μὴ φοβουμένων τὸν Κριτὴν ὅς ἀπολεῖ πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος; Ἵσπερ πᾶσαν τὴν νύκτα ἐπὶ τοῖς ῥήμασι τῆς ἀγάπης σου, ὀλίγου δεῖν, αὐπνος (15) διαμεῖναι : οὕτω μέσης ἡψατό μου τῆς καρδίας ἡ λύπη. Οὕτως γὰρ, κατὰ τὸν Σολομώντα, συκοφαντία ἄνδρα ταπεινοῖ : καὶ οὐδεὶς οὕτως ἀνάληγτος, ὡς μὴ παθεῖν τὴν ψυχὴν, καὶ κατακαμψθῆναι εἰς γῆν, στόμασι πρὸς ψευθολογίαν εὐκόλοισ παραπεσῶν (16). Ἀλλὰ γὰρ ἀνάγκη πάντα στέγειν,

antiquos μεγαλόπολις, magna urbs, vocatur.

(12) Καὶ τοῖς τιμίῳις. Editi ἦν καὶ τοῖς τιμίῳις. Sed hæc vocula non reperitur in mss.

(13) Εὐχόμενοι. Ita mss. quinque, nempe Med., Coisl. uterque et duo Regii. Plures in hanc epistolam non habuimus. Editi εὐχόμεθα.

(14) Κατέχεόν μου. Ita Med., Harl. et Coisl. primus. Editi κατέχεάν μου.

(15) Ἄυπνος. Sic Medicæus cod. et prima manu Harlæanus; quæ scriptura satis congruit stylo Basilii, ac forte hoc loco a librariis nimio grammaticæ studio mutata est. In hac ipsa epistola ὡστε ἀγνοεῖν αὐτὸς. Editi αὐπνον.

(16) Παραπεσῶν. Reg. secundus et Coisl. secundus περιπεσῶν. Ibidem editi στόμασιν εἰς ψευθολογίαν. Tres antiquissimi codices ut in textu.



πάντα ὑπομένειν, τὴν ὑπὲρ ἑαυτῶν ἐκδίκησιν ἐπι-  
τρέψαντες (17) τῷ Κυρίῳ, ὃς οὐ περιόψεται ἡμᾶς·  
διότι Ὁ συκοφαντῶν πένητα παροξύνει τὸν  
ποιήσαντα αὐτόν. Οἱ μέντοι τὸ καινὸν τοῦτο δρᾶμα  
τῆς καθ' ἡμῶν βλασφημίας συνθέντες εἰκόασιν παν-  
τελῶς ἀπιστεῖν τῷ Κυρίῳ, ὃς καὶ περὶ (18) ἀργοῦ  
ρήματος δώσειν ἡμᾶς λόγον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρί-  
σεως ἀπεφάνητο. Ἐγὼ δὲ, εἶπέ μοι, τὸν μακαριώ-  
τατον Διάνιον (19) ἀνεθεμάτισα; Τοῦτο γὰρ ἡμῶν  
κατήγγειλαν (20). Ποῦ ἢ πότε; τίνων παρόντων;  
ἐπὶ ποίᾳ προφάσει; ψιλοῖς ῥήμασιν ἢ ἐγγράφοις;  
ἐτέροις ἀκολουθῶν, ἢ αὐτὸς κατάρχων καὶ αὐθεντῶν  
τοῦ τολμήματος; Ὡς τῆς ἀναιδεΐας τῶν πάντα φθει-  
γομένων ῥαδίως! Ὡς τῆς καταφρονήσεως τῶν τοῦ  
Θεοῦ κριμάτων! Πλὴν εἰ μὴ ἄρα τῷ πλάσματι αὐ-  
τῶν καὶ τοῦτο προστραγωδήσουσιν (21), ὅτι ἐγενόμην  
καὶ ἐκφρων ποτέ, ὥστε ἀγνοεῖν αὐτὸς τὰ ἑαυτοῦ ῥή-  
ματα. Ἐπὶ γὰρ τῶν λογισμῶν ὑπάρχων τῶν ἑμαυ-  
τοῦ, οὐδὲν οἶδα ποιήσας τοιοῦτον, οὐδὲ προσελόμενος  
τὴν ἀρχὴν. Ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον ἑμαυτῷ συνεπίστα-  
μαι, ὅτι ἐκ πρώτης ἡλικίας συνετρέφην τῷ περὶ  
αὐτὸν φίλτρῳ, καὶ ἀπέβλεπον πρὸς τὸν ἄνδρα, ὡς  
μὲν γενεῆς ἰδεῖν, ὡς δὲ μεγαλοπρεπῆς, ὅσον δὲ  
ἔχων τὸ ἱεροπρεπὲς ἐν τῷ εἶδει. Ἐπεὶ δὲ μοι λοιπὸν  
καὶ ὁ λόγος παρήν, τότε θῆ καὶ ἀπὸ τῶν τῆς ψυχῆς  
ἀγαθῶν αὐτὸν ἐπεγίνωσκον· καὶ ἔχαιρον αὐτοῦ τῇ  
συνουσίᾳ, τὸ ἀπλοῦν καὶ γενναῖον καὶ ἐλευθέριον (22)  
τῶν τρόπων καταμακθάνων, καὶ ὅσα ἄλλα (23) τοῦ  
ἀνδρός, ἰδία, ἢ τῆς ψυχῆς ἡμερότης, τὸ μεγαλοφυῆς  
τε ὁμοῦ καὶ πρᾶον, τὸ εὐπρεπὲς, τὸ ἀόργητον, τὸ  
φαιδρὸν καὶ εὐπρόσιτον τῇ σεμνότητι κεκραμένον.  
Ὡστε αὐτὸν ἐναριθμῶν εἶχον τοῖς περιφανεστάτοις  
κατ' ἀρετὴν.

2. Περὶ μὲντοι τὰ τελευταῖα τοῦ βίου (οὐ γὰρ ἀπο-  
κρύψομαι τὰληθές) ἐλυπήθην ἐπ' αὐτῷ λύπην οὐκ  
ἀνεκτὴν μετὰ πολλῶν τῶν ἐν τῇ πατρίδι φοβουμένων  
τὸν Κύριον, ἐπὶ τῇ ὑπογραφῇ τῆς πίστεως τῆς ὑπὸ  
τὴν περὶ Γεώργιον (24) ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως  
κομισθείσης. Εἶτα, οἷος ἐκεῖνος πραότητι τρόπου  
καὶ ἐπιεικείᾳ πάντος πληροφορεῖν ἐν σπλάγχνοις  
πατρικοῖς ἀνεχόμενος, ἔδην καταπεσὼν εἰς τὴν ἀρ-  
ρώστιαν, ὑφ' ἧς καὶ μετέθληεν ἀπὸ τοῦ βίου, προσκα-  
λεσάμενος ἡμᾶς ἔφη, ὑπὸ μάρτυρι τῷ Κυρίῳ ἐν  
ἀπλότῃ καρδίᾳ συντεθεῖσθαι μὲν τῷ ἀπὸ τῆς  
Κωνσταντινουπόλεως γραμματεῖω, μηδὲν δὲ ἐπ'  
ἀθετήσει τῆς κατὰ Νικαίαν ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων  
ἐκτεθείσης πίστεως προσελέσθαι· μηδὲ ἄλλως ἔχειν  
ἐν τῇ καρδίᾳ, ἢ ὡς παρέλαβεν ἐξ ἀρχῆς· ἀλλὰ καὶ

nia perferre, omnia sustinere, nostram ipsorum  
ultionem permittentes Domino, qui nos non de-  
spiciet, *Nam qui calumniatur pauperem, irritat  
ipsius Conditorem*<sup>94</sup>. Cæterum qui novam illam  
blasphemiam fabulam adversum nos concinnarunt,  
videntur omnino non credere Domino qui rationem  
nos in die iudicii vel de otioso verbo reddituros  
pronuntiavit<sup>95</sup>. Dic autem, quæso, egone beatissi-  
mum Dianium anathematizavi? Hoc enim de nobis  
dictitarunt. Ubi? vel quando? coram quibus? quo  
prætextu? nudis verbis, an scripto? alios duces  
sequens, an ipse inceptor et auctor facinoris? O  
impudentiam hominum omnia facile loquentium!  
O contemptum iudiciorum Dei! Nisi forte com-  
mento suo hanc etiam tragædiam adjicient, factum  
me esse aliquando ita dementem, ut mea ipsius  
verba non noscerem. Nihil enim ejusmodi, dum  
rationis compos fui, aut fecisse me scio, aut om-  
nino facere voluisse. Sed potius mihi hujus rei  
consciussum, me ab ineunte ætate educatum fuisse  
in illius amore, et intuendo considerasse quam  
esset ille vir aspectu venerabilis, quanta majestate  
præditus, quantum dignitatis sacerdotalis ore præ-  
ferens. Postquam autem mihi deinceps et ratio  
adfuit, tum vero et ex animæ bonis eum noveram  
ipsiusque **144** delectabar consuetudine, simpli-  
citatem et ingenuitatem ac liberalitatem morum  
perspiciens, et quæcunque alia propria erant viri  
ornamenta, animi mansuetudo, magnanimitas si-  
mul et lenitas, decori studium, animus iræ expers  
hilaritas et affabilitas gravitate permista. Quare  
ipsum inter homines virtute spectatissimos nume-  
rabam.

2. Sed tamen circa extremum vitæ tempus (non  
enim celabo veritatem) dolui de illo inconsola-  
biliter cum pluribus in patria Dominum timentibus,  
quod subscripsisset fidei a Georgio Constantino-  
poli allatæ. Deinde, ut ille pro sua morum lenitate  
et mansuetudine non gravabatur omnibus paterno  
pectore satisfacere, cum jam in morbum, ex quo  
etiam e vita discessit, incidisset; nobis accersitis,  
dixit, Domino teste, se scripto Constantinopoli  
allato in simplicitate cordis assensisse, sed nihil  
ad fidei Nicææ a sanctis Patribus expositæ ever-  
sionem sibi proposuisse, neque aliud in corde  
habere, quam quod ab initio traditum acceperat:  
imo etiam precari se, ut ne separaretur a sorte bea-  
torum trecentorum decem et octo episcoporum,

<sup>94</sup> Prov. xiv, 31. <sup>95</sup> Matth. xii, 36.

(17) Ἐπιτρέψαντες. Sic Med., Harl. et Reg. primus. Editi et alii mss. ἐπιτρέψαντες. Sed scriptura quam sequimur, Basili stylo aptior, ut vide est in epist. 126, 289.

(18) Ὡς καὶ περὶ. Conjunctio addita ex quinque mss.

(19) Διάνιον. Ita omnes mss. Editi Διάνοιον.

(20) Κατήγγειλαν. Tres codices non antiquissimi κατήγγειλαν, hoc crimen nobis intulerunt.

(21) Προστραγωδήσουσιν. Ita tres vetustissimi

codices cum pluribus aliis. Editi προστραγωδήσουσιν.

(22) Ἐλευθέριον. Reg. secundus et Coisl. secundus ἐλεύθερον. Paulo post ex antiquis codicibus addita vocula post μεγαλοφυῆς.

(23) Ὅσα ἄλλα. Editi addunt ἣν quod deest in tribus vetustissimis codicibus.

(24) Γεώργιον. Reg. secundus et Coisl. Γεώργιον.



qui piam illam doctrinam orbi annuntiarunt. Quare A  
omni cordis dubitatione ob hanc asseverationem  
soluta, ad ejus communionem, ut tumet etiam  
nosti accessimus, et mœrere desiimus. Igitur quæ  
nobis cum hoc viro intercessere, ejusmodi sunt.  
Quod si quis dicat se nefariæ alicujus in illum  
contumeliæ conscius nobis esse, is non in angulo  
susurret serviliter, sed in apertam lucem prodiens,  
libere arguat.

## EPISTOLA LII.

*Cum rumores iniqui de Canonicis ad Basilium, de Basilio ad canonicas perlatis fuissent, utrosque de-  
docuit Bosphorius. Multa de Consubstantiali disserit Basilius, quod a nonnullis rejici, a patribus  
Antiochenis vituperatum fatetur aptissimum tamen esse contendit adversus hæreses Arii et Sabellii.  
Refellit eos qui Spiritum sanctum Filio aut Patri præponebant.*

## Ad canonicas

1. Quantum nobis antea doloris attulit molestus  
rumor, quo aures nostræ circumsonuerunt, tanta  
affecit lætitia religiosissimus episcopus frater noster  
Bosphorius, meliora de vestra pietate narrans. Dixit  
enim, Dei gratia omnes illos rumores hominum  
esse commenta non accurate veritatem rerum  
vestrarum cognitam habentium. Addebat autem se  
et calumnias invenisse apud vos de nobis nefandas,  
qualesque protulerint, qui non exspectant se vel  
otiosi verbi rationem reddituros Judici in die justo  
retributionis illius. Quare gratias egi Domino, cum  
ipse sanatus ex noxia de vobis opinione, quam,  
ut verisimile est, ex hominum calumnia suscep-  
eram; tum etiam vos audiens deposuisse falsas de  
me suspiciones, ubi audistis **145** quæ frater  
noster asseveravit: qui quidem vobis suam ipsius  
sententiam dum exposuit, omnino et nostram simul  
declaravit. Una enim in utroque nostrum de fide sen-  
tentia: siquidem et eorundem Patrum hæredes  
sumus, qui quondam Nicææ magnum pietatis præ-  
conium promulgarunt: cujus reliquæ quidem par-  
tes calumniæ nulli obnoxie sunt; sed vocem Con-  
substantialis male a nonnullis acceptam, sunt qui  
nondum receperint: quos quis et jure reprehen-  
derit, ac rursus venia dignos judicavit. Nam Pa-  
tram vestigiis non insistere, nec sua sententia  
vocem illorum potiore ducere, res est reprehen-  
sione digna, ut plena arrogantiae. Rursus autem  
vituperatam ab aliis vocem, suspectam habere,

Alias CCC. Scripta initio episcopatus.

(25) Δεκαοκτώ. Harl. cum duobus aliis δέκα και  
όκτώ.

(26) Ὡς και αυτός ἐπίστασαι. Hæc addidimus  
ex tribus perantiquis codicibus Med., Harl. et  
Coisl.

(27) Λέγοι. Ita Harl., Coisl. Uterque et Reg. se-  
cundus. Editi λέγει.

(28) Περὶ τῆς. Deest præpositio in octo veteribus  
libris, non tamen in Coislino primo.

(29) Προσπετίθει. Sic septem mss. codices. Editi  
προσεπέθει.

(30) Τῆ δικαία. Ita Harl., Med., Coisl. primus et  
Reg. secundus. Editi τῆς δικαίας.

εὐχεσθαι μὴ χωρισθῆναι τῆς μερίδος τῶν μακαρίων  
ἐκείνων ἐπισκόπων τῶν τριακοσίων δεκαοκτώ (25),  
τῶν τὸ εὐσεβὲς κήρυγμα διαγγειλάντων τῇ οἰκου-  
μένῃ· ὥστε ἡμᾶς, ἐπὶ τῇ πληροφορίᾳ ταύτῃ λύσαν-  
τας πᾶσαν τῶν καρδιῶν τὴν διάκρισιν, ὡς και αὐ-  
τὸς ἐπίστασαι (26), προσελεῖν τῇ κοινωνίᾳ, και  
λυπούμενους παύσασθαι. Τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα πρὸς  
τὸν ἄνδρα τοιαῦτα. Εἰ δέ τις λέγοι (27) τινὰ βλασφη-  
μίαν ἀθέμιτον εἰς αὐτὸν ἡμῖν συνεγνωκέναι, μὴ κατὰ  
γωνίαν θρυλλεῖτω δουλοπρεπῶς, ἀλλ' εἰς τὸ φανερὸν  
ἀντικαταστάς, διελεγχέτω μετὰ παύρησίας.

## EPISTOLA NB.

## Κανονικαῖς.

B

1. Ὅσον ἠνίασεν ἡμᾶς πρότερον φήμη λυπηρὰ τὰς  
ἀκοὰς ἡμῶν περιηγήσασα, τοσούτον εὐφρανεν ἡμᾶς  
ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν Βοσπό-  
ριος, τὰ χρηστοτερα περὶ τῆς (28) εὐλαβείας ὑμῶν  
διηγησάμενος. Ἐφη γάρ, τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, πάν-  
τα ἐκεῖνα τὰ θρυλληθέντα ἀνθρώπων εἶναι κατα-  
σκευάσματα, οὐκ ἀκριβῶς τὴν καθ' ὑμᾶς ἐπισταμέ-  
νων ἀλήθειαν. Προσπετίθει (29) δὲ, ὅτι και διαβολὰς  
εὖρε παρ' ὑμῶν καθ' ἡμῶν ἀνοσίας, και τοιαύτας  
οἷας ἂν εἴποιεν οἱ μὴ ἐκδεχόμενοι και περὶ ἀργοῦ  
ρήματος θῶσαι λόγον τῷ Κυρίῳ ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἀντα-  
ποδόσεως αὐτοῦ τῇ δικαίᾳ (30). Ὡστε ἡ χάριστησα  
τῷ Κυρίῳ, αὐτὸς τε ἰαθεῖς τὴν ἐφ' ὑμῶν βλάβην, ἣν,  
ὡς εἰκεν, ἐκ συκοφαντίας ἀνθρώπων ἡμῖν παρα-  
δεξιόμενος, ὑμᾶς τε ἀκούσας ἀποτεθεῖσθαι τὰς ψευ-  
δεῖς περὶ ἡμῶν ὑπολήψεις, ἐξ ὧν ἠκούσατε τοῦ  
ἀδελφοῦ ἡμῶν διαβεβαιωσαμένου (31)· ὅς ἐν οἷς τὸ  
καθ' ἑαυτὸν (32) ὑμῖν παρέστησε, συναπέδειξε πάν-  
τως και τὸ ἡμέτερον. Ἐν γάρ ἐν ἀμφοτέροις ἡμῖν  
τὸ τῆς πίστεως φρόνημα, ἐπειδὴ και τῶν αὐτῶν  
Πατέρων κληρονόμοι τῶν κατὰ τὴν Νικαίαν ποτὲ τὸ  
μέγα τῆς εὐσεβείας ἐξαγγειλάντων κήρυγμα· οὐ τὰ  
μὲν ἀλλὰ παντάπασιν ἐστὶν (33) ἀσυκοφάντητα, τὴν  
δὲ τοῦ ὁμοουσίου φωνὴν, κακῶς παρά τινων ἐκλη-  
φθεῖσαν, εἰσὶ τινες οἱ μήπω παραδεξιόμενοι· οὗς  
και μέμψαιτο ἂν τις δικαίως, και πάλιν μέντοι συγ-  
γνώμης αὐτοῦς ἀξιώσειεν. Τὸ μὲν γάρ Πατράσι μὴ  
ἀκολουθεῖν, και τὴν ἐκείνων φωνὴν (34) κυριωτέραν  
τίθεσθαι τῆς ἑαυτῶν γνώμης, ἐγκλήματος ἄξιον, ὡς

(31) Διαβεβαιωσαμένου. Quinque mss. non anti-  
quissimi βεβαιωσαμένου.

(32) Τὸ καθ' ἑαυτὸν. Harl. et unus ex Regiis τὰ  
καθ' ἑαυτὸν.

(33) Ἔστιν. Hanc vocem, quæ deest in editis,  
habent mss. decem, quorum in quatuor legitur  
πάντα μαθεῖν ἐστίν.

(34) Τὴν ἐκείνων φωνὴν. Sic codices omnes mss.  
et paulo post τῆς ἑαυτῶν γνώμης. Contra editi  
τῆς ἐκείνων φωνῆς κυριωτέραν τίθεσθαι τὴν ἑαυτῶν  
γνώμην. Eorum voci propriam sententiam præ-  
ponere. Non animadverterunt qui hunc locum  
mutavere, negationem, quæ præcessit, hic quo-  
que subintelligi.



ἀσθεαίως (35) γέμον· τὸ δὲ πάλιν ὑφ' ἑτέρων δια-  
βληθεῖσαν αὐτὴν ὑποπτον ἔχειν, τοῦτο πως δοκεῖ  
τοῦ ἐγκλήματος αὐτοῦς μετρίως ἐλευθεροῦν. Καὶ γὰρ  
τῷ ὄντι (36), οἱ ἐπὶ Παύλῳ τῷ Σαμοσατεῖ συνελ-  
θόντες, διέβαλον τὴν λέξιν ὡς οὐκ εὐήχον. Ἐφασαν  
γὰρ ἐκεῖνοι τὴν τοῦ ὁμοουσίου φωνὴν παριστᾶν ἐν-  
νοικαν οὐσίας τε καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς· ὥστε καταμε-  
ρισθεῖσαν τὴν οὐσίαν παρέχειν τοῦ ὁμοουσίου τὴν  
προσηγορίαν τοῖς εἰς ἃ διηρέθη. Τοῦτο δὲ ἐπὶ χαλκοῦ  
μὲν καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ νομισμάτων ἔχει τινὰ λόγον  
τὸ διανόημα· ἐπὶ δὲ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ Υἱοῦ  
οὐκ οὐσία πρεσβύτερα, οὐδ' ὑπερκειμένη ἀμφοῖν  
θεωρεῖται· ἀσθεαίως γὰρ ἐπέκεινα τοῦτο καὶ νοῆσαι  
καὶ φθιγγασθαι. Τί γὰρ ἂν γένοιτο τοῦ ἀγεννήτου πρε-  
σβύτερον; Ἀναίρεται δὲ ἐκ τῆς βλασφημίας ταύτης  
καὶ ἡ εἰς τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν πίστις· ἀδελφὰ γὰρ  
ἀλλήλοις τὰ ἐξ ἑνὸς ὑφιστάμενα.

2. Καὶ ἐπειδὴ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρῆχθαι τὸν  
Υἱὸν ἔτι τότε ἦσαν οἱ λέγοντες, ἵνα καὶ ταύτην ἐκτέ-  
μωσι τὴν ἀσθεαίως, τὸ ὁμοουσίον προσειρήκασιν.  
Ἄχρονος γὰρ καὶ ἀδιάστατος ἡ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν  
Πατέρα συνάφεια. Δηλοῖ δὲ καὶ τὰ προλαβόντα ῥή-  
ματα ταύτην εἶναι τῶν ἀνδρῶν τὴν διάνοικαν. Εἰπόν-  
τες γὰρ φῶς ἐκ φωτός, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς  
τὸν Υἱὸν γεγενῆσθαι, οὐχὶ δὲ πεποιῆσθαι, ἐπήγαγον  
τούτοις τὸ ὁμοουσίον· παραδεικνύοντες, ὅτι ὄνπερ ἂν  
τις ἀποθῶ φῶς λόγον ἐπὶ Πατρὸς, οὗτος ἀρμόσει  
καὶ ἐπὶ Υἱοῦ. Φῶς γὰρ ἀληθινὸν πρὸς φῶς ἀληθινόν,  
κατ' αὐτὴν τοῦ φωτός τὴν ἔννοιαν, οὐδεμίαν εἴξει  
παράλλαξιν. Ἐπεὶ οὖν ἐστὶν ἀναρχον φῶς ὁ Πατήρ,  
γεννητὸν δὲ φῶς ὁ Υἱός, φῶς δὲ καὶ φῶς ἐκάτε-  
ρος (37), ὁμοουσίον εἶπαν δικαίως, ἵνα τὸ τῆς φύσεως  
ὁμοίωμα παραστήσωσιν. Οὐ γὰρ τὰ ἀδελφὰ ἀλλήλοις  
ὁμοουσία (38) λέγεται, ὅπερ τινὲς ὑπελήφασιν· ἀλλ'  
ὅταν καὶ τὸ αἷτιον καὶ τὸ ἐκ τοῦ αἰτίου τὴν ὑπαρξίν  
ἔχον τῆς αὐτῆς ὑπάρχει φύσεως, ὁμοουσία λέγεται.

3. Αὕτη δὲ ἡ φωνὴ καὶ τὸ τοῦ Σαβελλίου κακὸν  
ἐπανορθοῦται· ἀναίρει γὰρ τὴν ταυτότητα τῆς ὑπο-  
στάσεως, καὶ εἰσάγει τελείαν τῶν προσώπων τὴν  
ἐννοιαν. Οὐ γὰρ αὐτὸ τί ἐστὶν ἑαυτῷ ὁμοουσίον, ἀλλ'  
ἕτερον ἑτέρῳ· ὥστε καλῶς ἔχει καὶ εὐσεβῶς, τῶν τε  
ὑποστάσεων τὴν ιδιότητα διορίζουσα, καὶ τῆς φύσεως  
τὸ ἀπαράλλακτον παριστάμενα (39). Ὅταν δὲ ἐκ τῆς  
οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν εἶναι διδασκόμεθα, καὶ  
γεννηθέντα, ἀλλ' οὐχὶ ποιηθέντα, μὴ καταπίπτωμεν

A videtur id quodam modo mediocrem illis excusa-  
tionis veniam conciliare. Nam revera qui in Pauli  
Samosatensis causa convenerant, vocem hanc quasi  
male sonantem culparunt. Dixerunt enim consub-  
stantialis voce exhiberi notionem substantiæ et  
eorum quæ ex substantia; adeo ut divisa substan-  
tia appellationem consubstantialis conciliet iis in  
quæ divisa est. Quæ quidem cogitatio locum ali-  
quem habet in aere et in conflatis ex eo numisma-  
tibus: at in Deo Patre et in Deo Filio substantia  
non est antiquior, neque utrique superposita in-  
telligitur: hoc enim cogitare, aut dicere, omnem  
impietatis modum excedit. Quid enim ingenito  
antiquius sit? Tollitur etiam hac blasphemia fides  
in Patrem et Filium: nam inter se fratrum ratio-  
B nem habent quæ ex uno subsistunt.

2. Et quia Filium ex nihilo produetum adhuc  
tunc erant qui dicerent; ut hanc quoque præci-  
derent impietatem, consubstantiale usurparunt.  
Nam sine tempore est et sine intervallo Filii cum  
Patre conjunctio. Demonstrant autem et superiora  
verba hanc illorum esse mentem. Postquam enim  
dixerunt lumen de lumine, atque Filium ex Patris  
substantia genitum esse, non vero factum; his  
consubstantiale subjunxerunt: indicantes, quam  
quis luminis rationem in Patre reddiderit, eam et  
Filio aptam et congruentem futuram: siquidem  
lumen verum cum vero lumine, secundum ipsam  
luminis notionem, dissimilitudinem nullam habe-  
bit. Cum igitur Pater lumen sit principii expers,  
C Filius vero lumen genitum, ac uterque lumen et  
lumen, jure consubstantialem dixerunt, ut naturæ  
æqualem dignitatem demonstrarent. Non enim quæ  
fratrum inter se rationem habent, dicuntur con-  
substantialia, id quod quidam existimant; sed cum  
et causa, et id quod ex causa existentiam habet,  
ejusdem sunt naturæ, consubstantialia dicuntur.

3. 146 Cæterum vox eadem Sabellii quoque  
pravitatem corrigit: tollit enim hypostasis identita-  
tem, et perfectam personarum notionem inducit.  
Neque enim quidquam sibiipsi consubstantiale est,  
sed alterum alteri: quare præclare ac pie se habet  
illa vox, et hypostaseōn proprietatem definiens,  
et naturæ sine ullo discrimine similitudinem de-  
monstrans. Cum autem ex Patris substantia Filium  
D esse dicimus, eumque genitum, non autem factum;

(35) Ὡς ἀσθεαίως. Duo mss. καὶ ἀσθεαίως.

(36) Τῷ ὄντι. Ex hoc Basilii testimonio Curcel-  
læus, Quatern, dissert. 1, p. 138, et Clericus Bi-  
blioth., tom. X, p. 403, ansam carpendæ synodi  
Nicænæ arripiunt, quod rejectam ab alia synodo  
vocem adoptaverit; sed consuli potest *Dissertatio  
de Semiarianis in qua nova Cyrilli Hierosolymi-  
tani operum editio defenditur*. Ibi probatur, cap.  
7, opinatum illud synodi Antiochenæ decretum,  
et iis repugnare quæ paulo ante synodum inter  
utrumque Dionysium gesta sunt, et omnibus  
prorsus, ne Arianis quidem exceptis, ignotum  
fuisse usque ad annum 358; nec ullo prorsus tes-  
timonio niti, nisi Semiarianorum. Nam Basilius

pugnat adversa fronte cum Athanasio, qui in libro  
*De synodis*, n. 45, consubstantiale non a synodo  
Antiochena, sed a Paulo Samosateno exagitatum  
fuisse dicit.

(37) Ἐκάτερος. Quatuor codices mss. ἐκάτερον. Ibi-  
dem codices non pauci εἶποι ἂν δικαίως. Coisl. pri-  
mus εἶποιεν ἂν δικαίως.

(38) Ὁμοουσία. Post hanc vocem editi addunt  
ἀλλήλοις, quod abest ab omnibus antiquis  
codicibus. Hanc autem Basilii de consubstantiali  
sententiam, quæ variis conjecturis materiam de-  
dit, explanare in Præfatione conamur.

(39) Παριστώσα. Sic omnes antiqui codices, me-  
lius quam in prima editione Paris. περιστώσα.



ne prolabamur in corporales perpersionum cogitationes. Non enim divisa est substantia a Patre in Filium: neque fluendo dilapsa generavit, neque proferens, quemadmodum arbores fructus proferunt: sed inenarrabilis et indeprehensus cogitationibus hominum divinæ generationis modus. Humilis enim revera et carnalis est mentis, caducis ac temporalibus assimilare æterna, ac existimare, quemadmodum corporalia, ita et Deum pari modo generare; cum oporteat sumptis ex contrario argumentis ad pietatem concludere, quia mortalia sic, immortalem non sic. Neque igitur neganda generatio divina, nec corporeis cogitationibus contaminanda mens.

4. Sanctus autem Spiritus cum Patre quidem et Filio numeratur, quia et supra rem creatam est; sed eo ordine numeratur, quem in Evangelio didicimus a Domino dicente: *Euntes baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*<sup>95\*</sup>. Qui autem præponit Filio, aut Patre dicit antiquiorem, resistit Dei ordinationi et a sana fide alienus est: acceptum glorificationis modum non servans, sed sibi ipsi vocem novitatem, ut placeat hominibus, excogitans. Si enim Deo est superior, ex Deo non est. Scriptum est enim: *Spiritus autem ex Deo est*<sup>96</sup>. Si autem ex Deo, qui fieri potest, ut eo ex quo est, antiquior sit? Jam vero quæ insania, cum unus sit ingenuus, aliquid aliud dicere ingenuito superius? Sed neque prior est Unigenito; quippe cum inter Filium et Patrem nihil medium sit. Si autem non est ex Deo, est vero per Christum; omnino non est. Quare illa circa ordinem novitas ipsius existentie habet eversionem, et fidei totius negatio est. Æque igitur impium est, et eum ad rem creatam deducere, et aut supra Filium aut supra Patrem ponere, sive secundum tempus, sive secundum ordinem. Atque hæc quidem sunt, quæ a vestra pietate audivimus requiri: quod si Dominus dederit, ut in unum veniamus, fortassis de his fusius disceptabimus, ac nobis, quibus de rebus certiores fieri cupimus, aliquid quod satisfaciat et persuadeat a vobis exhibebitur.

#### 147 EPISTOLA LIII\*.

*Demonstrat Basilius chorepiscopis, sive episcopis sibi subditis, quorum nonnulli pretio manus imponere ferebantur, quanta sit hujus facti turpitudine; ac declarat ab altaribus recessurum, si quis post hanc acceptam epistolam tale quidpiam designaverit.*

*Chorepiscopis.*

1. Rei turpitudine, de qua scribo, hoc ipso quod<sup>95\*</sup> Matth. xxviii, 19. <sup>96</sup> I Cor. ii, 12.

\* Alias LXXVI. Scripta initio episcopatus.

(40) Προτιθείς Υιού. Sic plerique antiqui codices, quorum tamen nonnulli habent του Υιού, unus προθείς Υιού, editi προτιθείς τοῦτο του Υιού. Habent iidem editi λέγων εἶναι: sed verbum illud posterius abest a plerisque mss. Valde autem dubito an aliqui existerint, qui Spiritum Patri et Filio præponerent. Verisimilius est Pneumatomachos hunc errorem adversariis suis affinxisse. Certe Basilius ipse postea hujus erroris nomine accusatus a nonnullis fuit, ut videre est in epist. 231.

(41) Καινοφωνίαν. Sic Med., Coisl., primus et Clarom. Editi κενοφωνίας, septem mss. κενόφωνίαν.

A ἐπὶ τὰς σωματικὰς τῶν παθῶν ἐννοίας. Οὐ γὰρ ἐμερίσθη ἡ οὐσία ἀπὸ Πατρὸς εἰς Υἱόν· οὐδὲ ῥυεῖσα ἐγέννησεν, οὐδὲ προβαλοῦσα, ὡς τὰ φυτὰ τοὺς καρπούς, ἀλλ' ἀρρήτος καὶ ἀνεπινόητος λογισμοῖς ἀνθρώπων τῆς θείας γεννήσεως ὁ τρόπος. Ταπεινῆς γὰρ τῶ ὄντι καὶ σαρκίνης ἐστὶ διανοίας τοῖς φθαρτοῖς καὶ προσκαιροῖς ἀφομοιοῦν τὰ αἰδία, καὶ οἶεσθαι, ὅτι, ὡς τὰ σωματικὰ, οὕτω γεννᾷ καὶ ὁ Θεὸς ὁμοίως· θεὸν ἐκ τῶν ἐναντίων λαμβάνειν τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν εὐσεβειαν· ὅτι, ἐπειδὴ τὰ θνητὰ οὕτως, ὁ ἀθάνατος οὐχ οὕτως. Οὕτε οὖν ἀρνεῖσθαι δεῖ τὴν θείαν γέννησιν, οὕτε σωματικαῖς ἐννοίαις καταρροῦπουν ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν.

4. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πατρὶ μὲν καὶ Υἱῷ συναριθμεῖται, διότι καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἐστὶ· τέτακται δὲ, ὡς ἐν Εὐαγγελίῳ δεδιδάγμεθα παρὰ τοῦ Κυρίου εἰπόντος· Πορευθέντες βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὁ δὲ προτιθείς Υἱοῦ (40), ἡ πρεσβύτερον λέγων Πατρός, οὗτος ἀνθίσταται μὲν τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ, ἀλλότριος δὲ τῆς ὑγιαίνουσας πίστεως, μὴ ὄν παρελθετρόπον δοξολογίας φυλάττων, ἀλλ' ἑαυτῷ καινοφωνίαν (41), εἰς ἀρέσκειαν ἀνθρώπων, ἐπινοῶν. Εἰ γὰρ ἀνώτερον Θεοῦ, οὐκ ἐκ τοῦ Θεοῦ. Γέγραπται γὰρ, Τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ, πῶς πρεσβύτερον ἐστὶ τοῦ ἐξ οὗ ἐστὶ; Τίς δὲ καὶ ἡ παράνοια (42), ἐνός ὄντος τοῦ ἀγεννήτου, ἄλλο τι λέγειν τοῦ ἀγεννήτου ἀνώτερον; Ἄλλ' οὐδὲ τοῦ Μονογενοῦς πρότερον· οὐδὲν γὰρ μέσον Υἱοῦ καὶ Πατρὸς. Εἰ δὲ μὴ ἐστὶν ἐκ Θεοῦ, διὰ Χριστοῦ δὲ ἐστὶν, οὐδέ ἐστὶ τὸ παράπαν. Ὡστε ἡ περὶ τὴν τάξιν καινοτομία αὐτῆς τῆς ὑπάρξεως ἀθέτησιν ἔχει, καὶ ὅλης τῆς πίστεως ἐστὶν ἄρνησις. Ὁμοίως οὖν ἐστὶν ἀσεβείας, καὶ ἐπὶ τὴν κτίσιν καταγαγεῖν (43), καὶ ὑπερτιθέσθαι αὐτὸ ἢ Υἱοῦ ἢ Πατρὸς, ἢ κατὰ τὸν χρόνον, ἢ κατὰ τὴν τάξιν. Ἄ μὲν οὖν ἤκουσα ἐπιζητεῖσθαι παρὰ τῆς εὐλαθείας ὑμῶν, ταῦτά ἐστιν· ἐὰν δὲ δῶ ὁ Κύριος καὶ εἰς ταυτὸν ἡμᾶς ἀλλήλοις γενέσθαι, τάχα ἂν τι καὶ περὶ τούτων πλεονεῖποιμεν, καὶ αὐτοὶ δ' ἂν περὶ ὧν ἐπιζητοῦμεν εὐροισμέντινα παρ' ὑμῶν πληροφώραν.

#### EPISTOLA IV.

*Χωρεπισκόποις (44).*

Τὸ τοῦ πράγματος ἄτοπον (45), περὶ οὗ γραφώ

Illud, ἐπινοῶν, excogitans, melius congruit vocum novitati.

(42) Παράνοια. Sic octo mss. Editi παροινία.

(43) Ἐπὶ τὴν κτίσιν καταγαγεῖν. Sic. mss. octo. Editi εἰς τὴν κτίσιν Πνεῦμα κατὰγειν.

(44) Χωρεπισκόποις. Ita vetustissimi codices, Harl., Coisl. et Med. Editi et tres mss. πρὸς τοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἐπισκόπους, ὥστε μὴ χειροτονεῖν ἐπὶ χρήματι

(45) Τό... ἄτοπον. Hac voce interdum turpe aliquod tacinus apud Basilium designatur, velut in epist. sequenti.



διότι μὲν (46) ὅλως ὑποπεύθη καὶ ἐλαλήθη, ὁδύνης ἂν ἐπλήρωσέ μου τὴν ψυχὴν· τέως δὲ ἐφάνη μοι ἀπιστοῦν. Τὸ οὖν περὶ αὐτοῦ γράμμα ὁ μὲν συνεγνωκῶς ἑαυτῷ δεξιᾶσθω ὡς ἴαμα, ὁ δὲ μὴ συνεγνωκῶς ὡς προφυλακτήριον· ὁ δὲ ἀδιάφορος, ὅπερ ἀπεύχομαι ἐφ' ὑμῖν εὐρεθῆναι, ὡς διαμαρτυρίαν. Τί δὲ ἐστὶν ὁ λέγω; Φασὶ τινὰς (47) ὑμῶν παρὰ τῶν χειροτονουμένων λαμβάνειν χρήματα· ἐπισκιάζειν δὲ ὀνόματι εὐσεβείας. Τοῦτο δὲ χεῖρόν ἐστιν. Ἐὰν γὰρ τις τὸ κακὸν ἐν προσχήματι τοῦ ἀγαθοῦ ποιῇ, διπλασίονος τιμωρίας ἐστὶν ἄξιος· διότι αὐτὸ τε τὸ οὐκ ἀγαθὸν ἐργάζεται, καὶ κέχρηται εἰς τὸ τελέσαι τὴν ἁμαρτίαν, ὡς ἂν εἴποι τις, τῷ καλῷ (48) συνεργῷ. Ταῦτα εἰ οὕτως ἔχει, τοῦ λοιποῦ μὴ γενέσθω, ἀλλὰ διοργανθῆτω· ἐπεὶ ἀνάγκη λέγειν πρὸς τὸν δεχόμενον τὸ ἀργύριον, ὅπερ ἐρρήθη παρὰ τῶν ἀποστόλων πρὸς τὸν θέλοντα δοῦναι, ἵνα Πνεύματος ἁγίου μετουσίαν ὠνήσῃται· τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἶη εἰς ἀπώλειαν. Κουφότερος γὰρ ὁ δι' ἀπειρίαν ὠνήσασθαι θέλων ἢ ὁ πιπράσκων τὴν τοῦ Θεοῦ δωρεάν· Πράξις γὰρ ἐγένετο καὶ ὁ σὺ δωρεάν ἔλαβες, ἐὰν πωλῆς, ὡσανεὶ (49) πεπραμένος τῷ Σατανᾷ, ἀφαιρηθῆς τοῦ χαρίσματος. Καπηλείαν γὰρ ἐπεισάγεις τοῖς πνευματικοῖς, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐνθα πεπιστεύμεθα σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ. Ταῦτα οὕτω γίνεσθαι οὐ χρή. Ὁ δὲ ἐστὶ τέχνασμα (50), λέγω. Νομίζουσι μὴ ἁμαρτάνειν τῷ μὴ προλαμβάνειν, ἀλλὰ μετὰ τὴν χειροτονίαν λαμβάνειν. Λαβεῖν δὲ ἐστὶν ὅτε δὴ ποτε τὸ λαβεῖν.

2. Παρακαλῶ οὖν ταύτην τὴν πρόσοδον, μᾶλλον δὲ τὴν προσαγωγὴν τὴν ἐπὶ γέενναν ἀπόθεσθε· καὶ μὴ, τὰς χεῖρας μολύναντες τοιοῦτοις λήμμασιν, ἑαυτοὺς ἀναξιούς ποιήσητε τοῦ ἐπιτελεῖν ἄγνᾶ (51) μυστήρια. Σύγγνωτε δὲ μοι. Πρῶτον μὲν ὡς ἀπιστήσας (52), εἶτα ὡς πεισθεῖς ἀπειλῶ. Εἴ τις μετὰ ταύτην μου τὴν ἐπιστολὴν πράξειέ τι τοιοῦτον, τῶν μὲν ἐνταῦθα θυσιαστηρίων ἀναχωρήσει (53)· ζητήσῃ δὲ ἐνθα τὴν

Act. viii. 20.

ματι. *Ad episcopos sibi subditos, ne pretio manus imponant.* Liqueet Basilium agere de episcopis sibi subditis. Nam qui proprie dicebantur chorepiscopi, manus non imponebant, sed clero inferiores ministros ascribebant, ut videre est in epist. sequenti. Sed tamen ipsi etiam episcopi, qui Ecclesias metropoli subjectas regebant, interdum vocabantur chorepiscopi. Queritur enim Gregorius Naz. in Carmine *De vita sua*, quod a Basilio, qui quinquaginta chorepiscopos sub se habebat, vilissimi oppiduli constilutus episcopus fuisset.

Τούτοις μ' ὁ πεντήκοντα χωρεπισκόποις  
στενούμενος δέδωκεν.

*His quinques me chorepiscopis decem  
Donavit arctus.*

Hoc exemplo confirmatur vetustissimorum codicum scriptura quam secuti sumus.

(46) Διὰ τι μὲν. Sic mss. et editiones Hag. et 1 Basil. Aliæ διότι μὲν, quod restituimus. Paulo post Coisl. primus τὸ γοῦν περὶ et ὡς φυλακτήριον. Subinde tres mss. ἐν ὑμῖν εὐρεθῆναι.

(47) Φασὶ τινὰς. Ita Med. et prima manu Harl. cum duobus aliis. Editi φασὶ τινὲς τινὰς. Aliquanto

A in suspicionem omnino venit ac sermonem, dolore animum meum implevit; hactenus sane visa est mihi incredibilis. Quod ergo de illa scribo, qui sibi ipse conscius est, accipiat ut medelam; qui autem non conscius, ut præmunitionem; indifferens vero, quod quidem deprecor ne in vobis reperiat, ut obtestationem. Quid autem est, quod dico? Dicuntur nonnulli ex vobis ab iis qui ordinantur, pecunias accipere, idque pietatis nomine inumbrare. Hoc autem pejus est. Etenim si quis malum sub specie boni perficit, pœna duplici dignus est: quandoquidem et quod non bonum est facit, et utitur ad peccatum committendum bono, ut ita dicam, adjutore. Hæc si ita se habent, deinceps non fiant, sed emendentur; siquidem necesse et dicere argentum accipienti, quod ab apostolis dictum est ei, qui dare volebat, ut Spiritus sancti participationem emeret: *Pecunia tua tecum sit in perditionem*<sup>97</sup>. Nam levius delinquit qui præ incitia emere vult, quam qui Dei donum vendit. Venditio enim facta est; et quod tu gratis accepisti, id si vendideris, tanquam Satanæ venditus gratia privabere. Nam cauponariam introducis in res spirituales, et in ipsam Ecclesiam, ubi corpus et sanguis Christi concredita nobis sunt. Hæc ita fieri non oportet. Quale autem sit artificium, dicam. Putant se ideo non peccare, quod non ante accipiant, sed post ordinationem accipiant. Accipere autem est quodocumque accipere.

2. Rogo itaque, reditum illum, imo potius viam in gehennam ducentem relinquire, nec manus ejusmodi muneribus contaminantes, indignos vos efficiatis, qui mysteria sancta celebretis. Ignoscite autem mihi. Primum quidem tanquam non credens, deinde tanquam fidem adhibens, interminor. Si quis post hanc meam epistolam tale aliquid admiserit, ab his quidem quæ hic sunt altaribus sæ-

post unus ex Regiis codicibus διπλασίονος ἄξιος τιμωρίας ἐστὶ διπλασιάζων τὸ κακὸν, καὶ οὐκ. *Duplici pœna dignus est, duplum malum admittens.* Sed hoc scholii instar existimari debet.

(48) Τῷ καλῷ. Coisl. primus τῷ ἀγαθῷ. Paulo post editi ἀπὸ γενέσθω. Quatuor mss. ut in textu.

(49) ὡσανεὶ. Editi addunt ὡς, sed deest in mss. Non multo post editi γενέσθαι, mss. sex γίνεσθαι.

(50) Τέχνασμα. Editi τὸ τέχνασμα, sed deest articulus in Coisl. primo, Med. et Harl. Paulo post unus ex Regiis τῷ μὴ ἅμα λαμβάνειν. Alius itidem Regius τῷ μὴ ἅμα προλαμβάνειν.

(51) Ἄγνᾶ. Sic Med., Harl. et Coisl. primus: alii et editi ἄγια. Paulo ante Med. et Harl. ἀποθέσθαι.

(52) Ἀπιστήσας. Reg. secundus et Coisl. secundus addunt παρακαλῶ. *Primum quidem, ut non credens, adhortor.* Sed necesse non videtur contextum immutare.

(53) Ἀναχωρήσει. Ambigi possit an non illa ab altaribus secessio excommunicationem simul cum depositione includat. Non tamen videtur Basilius graviolem depositionem pœnam intentare. Hæc enim verba, *gratia privabere, quæret autem ubi Dei donum emens denuo divendere queat, nihil aliud desi-*



det : quæret autem ubi Dei donum emens denuo A  
divendere queat. **148** Nos enim ac Dei Ecclesiæ  
consuetudinem talem non habemus. Cæterum uno  
addito desinam. Propter avaritiam ista fiunt. Ava-  
ritia autem et radix malorum omnium est, et vo-  
catur idololatria <sup>98</sup>. Nolite igitur Christo præferre  
simulacra ob modicum argentum ; nec rursus Ju-  
dam imitari, quæstus causa iterum tradentes eum,  
qui semel pro nobis crucifixus est. Alioquin et  
agri et manus eorum, qui hos fructus percipiunt,  
Aceldama vocabuntur.

## EPISTOLA LIV\*.

*Renovat Basilius antiquas Ecclesiæ leges de clericorum in pagis electione, et pravas novitates, quæ  
obrepserant, abrogat.*

*Chorepiscopis.*

Permolestum mihi est, quod jam canones Patrum  
defecerint, ac disciplina omnis Ecclesiis abacta  
sit ; et timeo, ne paulatim, hac indifferentia progrediente,  
res ecclesiasticæ in summam confusionem delabantur.  
Observata olim in Dei Ecclesiis consuetudo Ecclesiæ ministros omni diligentia probatos  
admittebat ; ac in omnem eorum vitam sedulo inquirebatur : an non essent maledici, an non  
ebriosi, an non prompti ad pugnas, an juventutem suam frenarent, ita ut sanctimoniam, sine qua  
Deum nemo videbit <sup>99</sup>, exercere possent. Atque hoc examinabant quidem presbyteri et diaconi,  
qui una cum ipsis habitabant ; referebant autem ad chorepiscopos, qui cum suffragia testium veracium  
accepissent, ac episcopum admonuissent, sic sacratorum numero ministrum ascribebant. Nunc  
autem primum quidem nos excludentes, ac ne referre quidem ad nos dignati, omnem in vosmetip-  
sos auctoritatem transtulistis : deinde rem negligentes, presbyteris et diaconis permisistis, ut quos vel-  
lent, vita non examinata, secundum animi affectionem, aut ex consanguinitate ortam, aut ex alia ali-  
qua amicitia, in Ecclesiam indignos introducerent. Quapropter multi quidem ministri in unoquoque  
pago numerantur : sed dignus ministerio altarium

<sup>98</sup> Col. iii, 5, <sup>99</sup> Hebr. xii, 14.

gnant nisi abrogationem ministerii, quo nonnulli  
ad turpem quæstum abutebantur. Præterea in Ca-  
nonibus apostolicis, quos sæpe Basilius sequitur,  
ut infra videbimus, sola depositio infligitur ei qui  
pretio ordinavit : qui autem sic ordinatus est,  
etiam a communione segregatur, can. 92.

Alias CLXXXI. Scripta initio episcopatus.

(54) Πρὸ τοῦ Χριστοῦ. Sic vetustissimi codices  
Harl., Coisl. et Med. Editi τοῦ Χριστοῦ προτιμῆσετε.  
Tres eosdem codices secuti legimus infra προδι-  
δόντες et καρπούς τούτων pro eo quod erat in editis  
προδιδόντες et καρπούς τούτους.

(55) Ἀκελδάμα. Sic mss. et edit. Hag. et Basil,  
utraque. Aliæ Ἀκελδαῖα.

(56) Τῶν ἱερατικῶν. Ministros, sive subdiaconos,  
sacratorum ordini ascribit Basilius. Synodus Lao-  
dicena inferiores clericos sacratorum numero non  
comprehendit, sed numerat sacratos a presbyteris  
usque ad diaconos, ἀπὸ πρεσβυτέρων ἕως διακόνων,  
can. 24. Distinguit canone 27, ἱερατικούς, ἢ κληρι-  
κούς, ἢ λαϊκοὺς sive sacratos, sive clericos, sive

τοῦ Θεοῦ δωρεῶν ἀγοράζων μεταπωλεῖν δύναται.  
Ἡμεῖς γὰρ καὶ αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ τοιαύτην  
συνήθειαν οὐκ ἔχομεν. Ἐν δὲ προσθεῖς παύσομαι.  
Διὰ φιλαργυρίαν γίνεται ταῦτα. Ἡ δὲ φιλαργυρία  
καὶ ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστὶ, καὶ ὀνομάζεται  
εἰδωλολατρεία. Μὴ οὖν πρὸ τοῦ Χριστοῦ (54) τιμή-  
σητε τὰ εἰδωλα διὰ μικρὸν ἀργύριον· μηδὲ πάλιν  
τὸν Ἰούδαν μιμήσησθε, λήμματα παραδιδόντες δεύ-  
τερον τὸν ἄπαξ ὑπὲρ ἡμῶν σταυρωθέντα. Ἐπεὶ καὶ  
τὰ χωρία καὶ αἱ χεῖρες τῶν τοῦς καρπούς τούτων  
δεχομένων Ἀκελδάμα (55) κληθήσονται.

## EPISTOLA LV.

## Χωρεπισκόποις.

Πάνυ με λυπεῖ, ὅτι ἐπιδεδότασι λοιπὸν οἱ τῶν  
Πατέρων κανόνες, καὶ πάντα ἀκριβεία τῶν Ἐκκλη-  
σιῶν ἀπελήλαται, καὶ φοβοῦμαι μὴ κατὰ μικρὸν,  
τῆς ἀδικητικῆς ταύτης ὁδῶ προιούσης, εἰς παντελῆ  
σύγχυσιν ἔλθῃ τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα. Τοῦς  
ὑπηρετοῦντας τῇ Ἐκκλησίᾳ ἢ πάλαι ταῖς τοῦ Θεοῦ  
Ἐκκλησίαις ἐμπολιτευομένη συνήθειαν μετὰ πάσης  
ἀκριβείας δοκιμάζουσα παρεδέχετο· καὶ ἐπολυ-  
πραγμονεῖτο πάντα αὐτῶν ἢ ἀναστροφή, εἰ μὴ λοι-  
δοροί εἰσιν, εἰ μὴ μέθυσοι, εἰ μὴ πρόχειροι πρὸς  
τάς μάχας, εἰ παιδαγωγούσιν ἑαυτῶν τὴν νεότητα,  
ὥστε κατορθοῦν δύνασθαι τὸν ἀγιασμόν, οὗ χωρὶς  
οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. Καὶ τοῦτο ἐξήταζον μὲν  
πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι συνοικοῦντες αὐτοῖς, ἐπ-  
C ἀνέφερον δὲ τοῖς χωρεπισκόποις, οἱ, τὰς παρὰ τῶν  
ἀληθινῶς μαρτυρούντων δεξιόμενοι ψήφους, καὶ  
ὑπομνήσαντες τὸν ἐπίσκοπον, οὕτως ἐνηοίθουν τὸν  
ὑπερέτην τῷ τάγματι τῶν ἱερατικῶν (56). Νῦν δὲ  
πρῶτον μὲν, ἡμᾶς παρωσάμενοι, καὶ μηδὲ ἐπανα-  
φέρειν ἡμῖν καταδεχόμενοι, εἰς ἑαυτοὺς τὴν ὅλην  
περιστήσατε ἀθηντίαν· ἔπειτα, καταρρόφουσαν  
τοῦ πράγματος, πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις ἐπιτρέ-  
ψατε, οὓς ἂν ἐθέλωσιν ἀπὸ ἀνεξετάστου βίου, κατὰ  
προσπάθειαν, ἢ τὴν ἀπὸ συγγενείας, ἢ τὴν ἐξ ἄλλης  
τινὸς φιλίας, ἐπεισάγειν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦς ἀναξίους.

D laicos. Et can. 30 : "Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικόν,  
ἢ ἀσκητὴν ἐν βάλανείῳ μετὰ γυναικῶν ἀπολούεσθαι,  
μηδὲ πάντα Χριστιανὸν ἢ λαϊκόν. Non oportet sa-  
cratum vel clericum aut ascetam in balneo cum  
mulieribus lavari, sed nec ullum Christianum  
aut laicum. Non sequuntur hujus synodi morem  
ecclesiastici scriptores. Basilius, epist. 287, ex-  
communicato omne cum sacratis commercium  
intercludit. Et in epist. 198 ἱερατεῖον intelligit cœ-  
tum clericorum, eique ascribit clericos qui epis-  
tolas episcopi perferebant. Athanasius ad Rufinia-  
num scribens, rogat eum ut epistolam legat ἱερα-  
τεῖον et populo. Gregorius Nazianzenus lectores sa-  
cri ordinis, ἱεροῦ τάγματος, partem esse agnoscit  
in epist. 43. Notandus etiam canon 8 apostolicus,  
εἰ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ  
ἱερατικοῦ καταλόγου, etc. Si quis episcopus vel pres-  
byter vel diaconus, vel ex sacro ordine. Hæc visa  
sunt observanda, quia pluribus Basili locis, quæ  
2. Τούτων δὲ αἴτιον ἐκεῖνο, ὃ πάλαι μὲν παρεκάλουν μὴ γίνεσθαι, νῦν δὲ ἀπαγορεύσας σιωπῶ, τὸ μὴ συντυγχάνειν ἡμᾶς ἀλλήλοις. Εἰ γὰρ κατὰ τὰς ἀρχαίας συνθήκας, καὶ κατὰ τὴν ὀφειλομένην νῦν ταῖς Ἐκκλησίαις παρ' ἡμῶν ἐπιμέλειαν, τὰ πολλὰ τοῦ ἐνικουτοῦ μετ' ἀλλήλων διεήγομεν, οὐκ ἂν ἐδώκαμεν πάροδον τοῖς διαβάλλουσι. Σὺ δὲ (87), εἰ δοκεῖ, τούτους μὲν εἶα χαίρειν· αὐτὸς δὲ παρακλήθητι συγκαμνεῖν ἡμῖν εἰς τὸν προκείμενον ἀγῶνα, καὶ συντυχεῖν μεθ' ἡμῶν τῷ καθ' ἡμῶν στρατευομένῳ. Εἰ γὰρ ὀφθῆς μόνον, ἐφέξει αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν, καὶ τοὺς συγκροτούμενους ἐπὶ τῷ καταστρέφασθαι τὰ τῆς πατρίδος πράγματα διαλύσει, γνώριμον αὐτοῖς καταστήσας, ὅτι οὐτὸς τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτι τοῦ καθ' ἡμᾶς συλλόγου κατάρχης (88)· καὶ φράξεις πᾶν ἄδικον στόμα τῶν λαλούντων κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀνομίαν. Ἄν ταῦτα γένηται, αὐτὰ τὰ πράγματα δεῖξει, τίς μὲν ὁ κατακολληθῶν σοι ἐπὶ τὰ κατὰ, τίς δὲ ὁ μετοκλάζων καὶ προδιδοὺς δειλιά τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Ἐὰν δὲ τὰ τῆς Ἐκκλησίας προδιδόμενα ἦ, ὀλίγος (89) μοι λόγος διὰ ῥημάτων πείθειν τοὺς τοσούτου μετιθεμένους ἄξιον, ὅσον ἂν τιμήσονται ἄνθρωποι οὐπω ἑαυτοὺς μετρῶν δεδιδραγμένοι. Μετ' οὐ πολὺ γὰρ, τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτι διὰ τῶν ἔργων ἀπόδειξις τῆς συκοφαντίας ἐλέγξει· διότι προσδοκῶμεν ὑπὲρ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας τάχα μὲν τι καὶ μείζον πείσεσθαι· εἰ δὲ μὴ, πάντως γε τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν

(85) Τὸν διδάσκοντα. Editi addunt τοιοῦτους δὲ τοὺς ἀνεχομένους, *si mirum esset tales esse eos qui hunc tolerant*. Sed hæc desunt in antiquissimo codice Coisliniano, ac præterea pugnant cum Basilii sententia, qui paulo ante dixit mirum esse quod tales ille auditores haberet: delendæ ergo hæc voces visæ sunt. Paulo post editi μὴ πρὸς μηδέν. Quinque mss. ut in textu. Mox legimus τὰ τούτων, articulo addito ex codicibus Mediceo, Coisliniano primo et Vaticano.

(86) Αἰρέσεως. Harl., Vat. et Clar. προαιρέσεως.

A si ille, qui nunc primum sese ad vitam Christianorum emergere profitetur, ac sibi honori alicui futurum putat, nobiscum conflictari, ea effingit quæ non audivit, et narrat quæ non intellexit; nihil mirum. Sed illud mirandum et ab opinione abhorrens, quod ejusmodi rerum auditores habet germanissimos mihi apud vos fratres; nec auditores modo, sed et discipulos, ut videtur. Quod si alioqui mirum esset, talem esse eum qui docet, meque eum esse cui maledicatur; certe temporum infelix status nihil nos ægre ferre docuit. Nam jamdudum majores his contumeliæ familiares nobis factæ sunt ob nostra peccata. Ego igitur, si necdum istius fratribus meæ de Deo sententiæ experimentum dedi, ne nunc quidem habeo quod respondeam. Quibus enim longum tempus non persuasit, quomodo brevis epistola persuadeat? Sin illa satis sunt, nugæ existimentur quæ proficiscuntur a calumniatoribus. Sed tamen, si permiserimus effrenatis linguis et expertibus disciplinæ cordibus, de quibus voluerint loqui, auresque ad suscipiendum paratas habuerimus, non nos solum res aliorum secus accipiemus, sed nostras etiam alii.

2. His autem illud in causa est, quod pridem hortabar ne fieret, nunc autem defessus sileo quod non una conveniamus. Nam si ex veteri pacto et pro debita nunc Ecclesiis a nobis cura, magnam anni partem simul traduceremus, aditum non dedissemus calumniantibus. Tu autem, si videtur, his quidem vale dicito; ipse vero exorari te sine, ut nobiscum ad propositum certamen allabores, ac nobiscum occuras ei qui bellum nobis infert. Si enim tantum appareas, supprimes ipsius impetum, eosque, qui ad patriæ res evertendas conspiciant, dissipabis, ubi ipsis notum feceris te, Dei gratia, cætus nostri ducem esse, ac omne os loquentium contra Deum iniquitatem obturabis. Hæc si fiant, res ipsa declarabit quis tui ad præclara facinora sectator, et quis claudicans ac veritatis doctrinæ ignavus proditor. Quod si res Ecclesiæ proditæ sunt, parum mihi curæ fuerit eos verbis convincere, qui tanti me faciunt, quanti facere possint qui nondum suo se modulo metiri didicerunt. Enimvero brevi, Deo largiente, ipsis operum testimoniis calumniæ arguentur; si quidem expectamus pro veritatis doctrina forte etiam nos majus aliquid passuros; sin minus, saltem omnino ex ecclesiis et patria ejectum iri. **166** Sed, si nihil evenerit eorum quæ speramus, non procul abest Christi judicium. Quare si congressum ob ecclesias

(87) Σὺ δὲ. Ita Med., Reg. primus, Vat., Clarom. Editi Σοὶ δὲ. Paulo post editi παρόντα ἀγῶνα. Tres antiquissimi codices et Reg. primus ut in textu.

(88) Κατάρχης. Ita Med., Harl. et Coisl. primus. Editi κατάρχης.

(89) Ὀλίγος. Coisl. primus οὐδείς. Paulo post editi τοσούτου σε. Sed multo melius in edit. Hagan. et tribus vetustissimis codicibus et Clarom., quos secuti sumus. Ibidem editi τιμήσονται. Tres supra dicti codices ut in textu.



exposcis, paratus sum, quocunque advocaveris, A  
accurrere; sin autem, ut calumnias diluam, de his  
respondere nunc mihi non vaeat.

τὰς ἐκκλησίας ἐπιζητεῖς, ἕτοιμος συνδραμεῖν ὅπουπερ ἂν προκαλῆ (90) · εἰ δὲ, ἵνα τὰς συκοφαντίας  
διαλύσω, οὐ σχολή μοι νῦν ἀποκρίνασθαι περὶ τούτων.

## EPISTOLA LXXII\*.

*Hesychium rogat Basilius, ut sibi in placando Callisthene operam navet.*

*Hesychio*

Novi et amorem in me tuum, et rerum optima-  
rum studium. Quare cum mihi placandus sit de-  
sideratissimus filius Callisthenes, existimavi, si te  
socium caperem sollicitudinis, facilius me perfec-  
turum quod cupio. Succenset ille vir disertissimo  
Eustochio, nec immerito succenset. Servorum ip-  
sius in se audaciam ac furorem incusat. Hunc ro-  
gamus exorari se sinat, ut eo timore contentus,  
quem et temerariis illis et eorum heris incussit,  
contentionem, venia data, dissolvat. Nam hoc pac-  
to utrumque consequetur, et honestam speciem  
apud homines, et laudem apud Deum, si modo  
terrori velit patientiam admiscere. Tu igitur, si qua  
tibi cum illo viro intercedit amicitia ac familiari-  
tas, ab eo id beneficii postula: et quos noris in  
civitate idoneos ad eum flectendum, socios adhibe  
sollicitudinis, dicens eis rem mihi gratissimam  
fore. Quin et diaconum sic dimitte, ut quarum  
rerum causa missus est, his perfectis redeat. Nam  
pudet me homines, qui ad me confugiunt, nihil  
juvare posse.

## EPISTOLA LXXIII\*\*.

*Laudat Callisthenem Basilius quod Eustochii servis iratus rei arbitrium sibi permiserit. Petenti ut in lo-  
cum, ubi injuriam fecerant, abducantur, demonstrat multa inde consequi incommoda. Concedit ut Sasima  
eos ad panam secundum leges, contentus sit pœna quam Ecclesiæ leges imponunt, et militem, quem mi-  
serat, cito revocet.*

*Callistheni.*

1. Gratias egi Deo lectis tuæ gravitatis litteris,  
primum, quod hominis honorem libenter mihi  
habentis veniret ad me salutatio: siquidem vivo-  
rum præstantissimorum colloquium plurimi facio;  
alterum voluptati fuit, recordationem bonam con-  
sequi. Signum autem recordationis litteræ, quas  
ubi accepi, ac earum sensum intellexi, miratus sum

\* Alias CCCL. Scripta circa an. 371.

\*\* Alias CCCLXXXVIII. Scripta circa an. 371.

(90) Προκαλῆ. Ita Coisl. primus et Med. cum alio.  
Editi προκαλῆ. Paulo post Coisl. primus ἀποκρι-  
νεσθαι.

(91) Τὴν πρὸς ἡμᾶς. Ita Coisl. primus et Med.  
Editi τὴν περὶ ἡμᾶς.

(92) Παρακληθῆναι, ἀρεσθῆντα. Med. et Coisl. pri-  
mus ἀρεσθῆναι παρακληθῆντα. Statim mss. αὐτοῦς  
τε, vocula aberat ab editis.

(93) Ὑπάρξει. Harlæanus codex cum recentio-  
ribus aliis quatuor ὑπάρξει. Paulo post duo mss.  
τὸ μακρόθυμον ἀναδείξει.

(94) Εἰ τίς σοι. Ultima vocula ex mss. quinque  
addita.

κατρίδων ἀπελαθήσεσθαι. Ἐὰν δὲ καὶ μηδὲν τῶν  
ἐλπίζομένων γένηται, οὐ μακρὸν ἔστι τὸ τοῦ Χρι-  
στοῦ δικαστήριον. Ὡστε, εἰ μὲν τὴν συντυχίαν διὰ  
προκαλῆ (90) · εἰ δὲ, ἵνα τὰς συκοφαντίας

## EPISTOLA OB'

*Ἡσυχίῳ.*

Οἶδά σου καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς (91) ἀγαπῶν, καὶ τὴν  
περὶ τὰ καλὰ σπουδῶν. Διόπερ χρήζων δυσωπῆσαι  
τὸν ποθεινότατον υἱὸν Καλλισθένην, ἠγασάμην, εἰ  
κοινωνόν σε λάβοιμι τῆς φροντίδος, ῥᾶσον κατορθώ-  
σειν τὸ σπουδαζόμενον. Λελύπηται ὁ ἀνὴρ κατὰ τοῦ  
λογιωτάτου Εὐστοχίου · καὶ λελύπηται δικαίαν λύ-  
πην. Ἐγκαλεῖ οὗτοῦ τοῖς οἰκέταις θράσος κατ' αὐ-  
τοῦ καὶ ἀπόνοιαν. Τοῦτον ἀξιούμεν παρακληθῆναι,  
ἀρεσθῆντα (92) τῷ φόβῳ, ὃν ἐφόβησεν αὐτοῦς τε  
τοὺς θρασυνημένους καὶ τοὺς τούτων δεσπότας, κατα-  
λύσαι τὴν φιλονεικίαν, δόντα τὴν χάριν. Οὕτω γὰρ  
ἀμρότερα ὑπάρξει (93) · καὶ τὸ παρὰ ἀνθρώποις σε-  
μνόν, καὶ τὸ παρὰ Θεῷ εὐδόκιμον, ἐὰν τῷ φόβῳ θε-  
λήσῃ τὸ μακρόθυμον ἀναμίξει. Αὐτὸς τε οὖν, εἴ  
τις σοι (94) προὔπαρχει φιλία πρὸς τὸν ἀνδρα καὶ  
συνήθεια, αἴτησον παρ' αὐτοῦ τὴν χάριν ταύτην ·  
καὶ οὗς ἐὰν γνῶς ἐν τῇ πόλει θυμαμένους αὐτὸν δυσ-  
ωπῆσαι, κοινωνοὺς λάβε τῆς φροντίδος, εἰπὼν αὐ-  
τοῖς, ὅτι τὸ γινόμενον ἐμοὶ μάλιστα κεχαρισμένον  
ἔσται. Καὶ ἀπόπεμψαι τὸν συνδιάκονον πράξαντα (95)  
ὃν ἔνεκεν ἀπεστάλη. Αἰσχύνομαι γὰρ, καταφυγόν-  
των πρὸς με τῶν ἀνθρώπων, μὴ δυναθῆναι αὐτοῖς  
γενέσθαι τι χρήσιμον (96).

## EPISTOLA OI'.

*Καλλισθένει.*

1. Πύχαριστήσα τῷ Θεῷ (97) τοῖς γράμμασιν ἐν-  
τυχὼν τῆς εὐγενείας σου · πρῶτον μὲν, ὅτι ἀνδρὸς  
τιμῶν ἡμᾶς προαιρουμένου ἀφικετό μοι προσταγήρια ·  
καὶ γὰρ πολλοῦ μὲν ἀξίαν τιθέμεθα τῶν ἀρίστων ἀν-  
δρῶν τὴν συντυχίαν · δεύτερον δὲ εἰς εὐφροσύνην,  
το μνήμας ἀγαθῆς τυγχάνειν. Σύμβολον δὲ μνήμας  
γράμματα, ἅπερ ἐπειδὴ ἐδεξάμην, καὶ κατέμαθον

(95) Πράξαντα. Editi addunt τε, quod deestin Harl.  
Clarom., Paris., Reg. secundo et Coisl. secundo.

(96) Χρήσιμον. Quod non possim esse aliquid  
utile; si verbum verbo reddatur. Utitur Basilius  
hac loquendi ratione in epist. 74, n. 3: Ἡ γὰρ  
γενήσῃ τι ὄφελος τοῖς κοινοῖς. Vel enim eris aliqua  
utilitas communibus rebus. Et n. 4: οὐχ ὡς τι ὄφε-  
λος ἔσομένους τοῖς πράγμασιν. Librarii. cum minus  
essent in stylo Basilius perspicendo versati, po-  
suerunt hoc loco γενέσθαι τι χρήσιμος, quæ scrip-  
tura reperitur in tribus recentioribus mss.

(97) Τῷ Θεῷ. Editi addunt τῷ ἀγίῳ, sed hæc de-  
sunt in omnibus mss. quos quidem vidimus.  
Paulo post plures mss. πολλοῦ μοι ἀξίαν τίθεμαι.  
Coisl. primus πολλοῦ ἀξίαν.



τὸν ἐν αὐτοῖς νοῦν, ἐθαύμασα ὅπως τῷ ὄντι κατὰ τὴν A πάντων υπολήψιν, πατρικὴν ἀπένειμε (98) τὴν αἰδῶ. Τὸ γὰρ φλεγμαινόντα καὶ ὠργισμένον, καὶ ὀρμήσαντα πρὸς τὴν τῶν λελυπηκότων ἄμυναν, παραλύσαι μὲν τὸ πολὺ τῆς σφοδρότητος, ἡμᾶς δὲ τοῦ πράγματος κυρίου ποιήσασθαι, ἔδωκεν ἡμῖν εὐφρανθῆναι ὡς ἐπὶ τέκνῳ πνευματικῷ. Ἀντὶ οὖν τούτων τί ἄλλο λειπόμενον ἐστὶν ἢ εὐχεσθαι σοὶ τὰ ἀγαθὰ; φίλοις μὲν σε ἡδίστον εἶναι, ἐχθροῖς δὲ φοβερὸν, πᾶσι δὲ ὁμοίως αἰδέσιμον, ἵνα καὶ οἱ τῶν προσηκόντων τι ἐλλειπότες, αἰσθησιν λαβόντες τῆς ἐν σοὶ πραότητος, ἐαυτῶν καθάψωνται, ὅτι εἰς τοιοῦτον (99) σε ὄντα ἐξήμαρτον.

2. Ἐπειδὴ οὖν (1) προσέταξας τοὺς οἰκετας ἐπὶ τὸν τύπον ἐν ᾧ τὴν ἀταξίαν ἐπεδείξαντο διαχθῆναι, ἀξιῶ τὸν σκοπὸν μαθεῖν, καθ' ὃν ἐπιζητεῖ τούτο ἡ χρηστότης σου. Εἰ μὲν γὰρ αὐτὸς παρέσθῃ, καὶ αὐτὸς εἰσπράξῃ (2) τῶν τετολημμένων τὴν δίκην, παρέσονται μὲν οἱ παῖδες· τί γὰρ ἄλλο δεῖ γενέσθαι, εἰ τοῦτό σοι κέκριται; πλὴν ἄλλ' ἡμεῖς οὐκ οἶδαμεν ποίαν ἔτι χάριν εὐληφότες ἐσόμεθα, ἐάν περ μὴ ἐξαρκέσωμεν (3) ἐξελέσθαι τοὺς παῖδας τῆς τιμωρίας. Εἰ δὲ αὐτὸν σε ἡ ἐπὶ τῆς λειψόρου ἀσχολία καθέξει, τίς ὁ ὑποδεχόμενος ἐκεῖ τοὺς ἀνθρώπους; τίς δὲ ὁ μέλλον αὐτοὺς ἀντὶ σοῦ ἀμύνεσθαι; Ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοὶ ἐλθεῖν αὐτοὺς εἰς ὄψιν, καὶ τοῦτο πάντως κέκριται· μέχρι Σασιμῶν κελυσον γενέσθαι αὐτῶν τὴν παράστασιν, καὶ αὐτοῦ δείξον σεαυτοῦ τὸ πρᾶον τοῦ ἡθους καὶ μεγαλόθυμον. Λαθῶν γὰρ ὑποχειρίους τοὺς παροξύνοντας, καὶ ἐν τούτῳ τὸ εὐκαταφρόνητον τῆς σεαυτοῦ (4) ἀξίας ἐπιδείξάμενος, ἄφες αὐτοὺς ἀβλαβεῖς, ὡς ἐν τοῖς προτέροις γράμμασι παρεκαλέσαμεν, ἡμῖν μὲν διδοὺς τὴν χάριν, παρὰ δὲ Θεοῦ τὴν ἐφ' οἷς C ποιεῖς ἀντίδοσιν ἐκδεχόμενος.

3. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ὡς οὕτως ὀφείλοντος τελεσθῆναι τοῦ πράγματος, ἀλλὰ συνενθιδούς τῇ ὀρμῇ σου, καὶ φοβούμενος μὴ τι ὑπολείπηται ἀπειπτον τοῦ θυμοῦ, καὶ ὡσπερ ἐπὶ τῶν φλεγμαινόντων ὀφθαλμῶν καὶ τὰ ἀπαλώτατα τῶν βοηθημάτων ὀδυνηρὰ φαίνεται, οὕτω καὶ νῦν ὁ ἡμέτερος λόγος ἐξαγριάνῃ σε μᾶλλον ἢ καταστείλῃ. Ἐπεὶ τὸ εὐπρεπέστατον ἦν, καὶ σοὶ μέγιστον κόσμον ἐνεγκεῖν δυνάμενον, καὶ ἐμοὶ ἀρκοῦν πρὸς τοὺς ἐμαυτοῦ φίλους καὶ ἡλικιώτας εἰς σεμνολόγημα, τὸ ἡμῖν ἐπιτραπῆναι τὴν ἐκδίκησιν. Πάντως δὲ εἰ καὶ ὁμώμοσται σοὶ δοῦναι αὐτοὺς εἰς τιμωρίαν κατὰ τοὺς νόμους, οὕτε ἢ παρ' ἡμῶν ἐπιτίμησις ἐλάττων ἐστὶν εἰς ἐκδίκησιν, οὕτε ὁ θεῖος νόμος ἀτιμότερος τῶν ἐμπολιτευομένων τῷ βίῳ νομίμων. Ἀλλ' ἦν δυνατὸν αὐτοὺς, ἐνταῦθα ἐπιτραπέντας τοῖς ἡμετέροις νομίμοις, ἐν οἷς καὶ αὐτὸς τὴν ἐλπίδα ἔχεις (5) τῆς σωτηρίας, καὶ σὲ τῆς ἐπὶ τῷ ὄρκῳ ἀνάγκης ἐλευθερώσαι, καὶ αὐτοὺς σύμμετρον τοῖς

(98) Ἀπένειμε. Editi ἡμῖν απενειμεις. Tres mss. recentiores ἀπένειμεις. Harl., Coisl. primus et Med. ut in textu, nisi quod in variis Medicæi lectionibus non observata fuit secundæ vocis varietas.

(99) Τοιοῦτον. Sic mss. sex. Editi τοσοῦτον.

(1) Ἐπειδὴ οὖν. Ita Harl., Med. et Coisl. primus. Editi Ἐπειδὴ δέ.

(2) Εἰσπράξῃ. Ita mss. sex. Editi εἰσπράξεις.

(3) Ἐξαρκέσωμεν. Ita mss. septem. Editi ἐξαρκέσωμεν.

quomodo vere, ut omnium erat opinio, paternam mihi reverentiam exhibuerint. Quod enim æstuans **167** et iratus et ad ulciscendos molestiæ auctores paratus, multum remisisti de impetu, nosque rei dominos fecisti; id mihi locum dedit in te tanquam in filio spirituali lætandi. Pro his igitur quid aliud superest, nisi ut tibi bona precemur? ut amicis quidem sis gratissimus, inimicis vero formidandus, et omnibus pariter reverendus, ut et qui aliqua in re officio suo defuerint, cognita tua lenitate culpent se ipsi, quod in te virum talem deliquerint.

2. Sed quia jussisti famulos in locum, ubi turbam ac tumultum excitarunt, abduci, scire velim quid tuæ bonitati id requirenti propositum sit. Si enim aderis ipse, et facinoris pœnas ipse repetes, aderunt pueri: quid enim aliud faciendum, si id tibi statutum est? Sed nescio ego quid jam beneficii accepero, si pueros ex supplicio eruere non valeam. Quod si te negotia per viam detinuerint, quis homines illic suscipiet? quis pro te illos ulciscetur? Quod si videtur ut tibi in conspectum prodeant, idque omnino statutum, jube Sasimos usque sistantur, ac ibi ostende lenitatem morum tuorum et magnanimitatem. Postquam enim in potestatem acceperis eos qui offenderunt, et hoc pacto demonstraveris non contemptui habendam esse tuam dignitatem, illæsos dimitte, quemadmodum prioribus litteris rogavimus, gratiam a nobis iniens, et a Deo facti mercedem exspectans.

3. Hæc autem dico, non quod res ita perfici debeat, sed cedens commotioni tuæ, ac metuens, ne quid iracundiæ minus coctum resideat, et quemadmodum oculis inflammatis vel mollissima medicamenta dolorem ferunt, ita et nunc oratio mea accendat te magis quam compescat. Illud enim maxime decorum foret, ac tibi maximum ornamentum afferre posset, mihi que non parvam apud amicos et æquales meos gloriæ materiam, si vindicta mihi permitteretur. Omnino autem etiam si juraveris traditurum te eos ad supplicium secundum leges; neque animadversio nostra minor est ad vindictam, neque divina lex ignobilior observatis in sæculo legibus. Sed fieri poterat, ut hic ex legibus nostris, in quibus et ipse spem salutis positam habes, puniti, et te jurisjurandi necessitate solverent, et ipsi parem peccatis pœnam

κέρσωμεν. Non multo post editi ἀμύνασθαι. Octo mss. ut in textu.

(4) Τῆς σεαυτοῦ. Ita mss. octo. Editi τῆς σῆς. Aliquanto infra editi συνθιδούς. Mss. sex ut in textu. Mox edit. ὑπολείπηται. Harl. et Med. cum tribus aliis ὑπολείπηται.

(5) Ἔχεις. Ita veteres libri summo consensu. Male in editis ἔχους. Paulo post editi καὶ αὐτοῖς. Harl. et Coisl. primus et alii nonnulli ut in textu.



explerent. Sed rursus epistolam longius produco. Nam dum hæc tibi persuadere vehementer studeo, nihil eorum quæ in mentem veniunt, præterire possum; veritus scilicet ne ideo irrita sit mea precatio, quod aliquid in docendo prætermiserim. At enim, colendissime ac germane Ecclesiæ fili, confirma spes meas, quas in te nunc positas habeo, et consentientia **168** omnium de tua animi moderatione et lenitate testimonia; ac militi scribe ut a nobis cito discedat. Is enim hactenus nihil odii aut contumeliæ omisit: quippe cum malit te molestia non afficere, quam omnes nos familiares ac amicos habere.

## EPISTOLA LXXIV\*.

*Basilii malorum patriæ descriptione Martinianum adducere conatur, ut imperatorem adeat, et quanta ex divisione Cappadociæ consequantur incommoda demonstrat, vel saltem scribendo opem ferat in tanta calamitate.*

## Martiniano

1. Quanti me arbitraris, quanti æstimaturum, ut in unum aliquando inter nos veniamus, tecumque diutius verser, adeo ut omnibus bonis quibus ornatus es, perfruar? Si enim plurimum valet ad eruditionis testimonium, multorum hominum vidisse urbes, et mores nosse; id existimo brevi tempore tuum congressum præstare. Quid enim refert utrum multos sigillatim videas, an unum qui omnium simul experientiam adeptus sit? Imo vero maxime præstare dixerim, quæcunque rerum optimarum cognitionem sine labore conciliant, et puram ab omni vitii permistione scientiam virtutis colligunt. Enimvero sive facinus præclarissimum, sive sententia memoratu digna, sive virorum alios superantium instituta, omnia in animi tui thesauro reconduntur. Quare non annum tantum, sicut Alcinous Ulysses, sed per totam vitam meam audire te exoptarim, eamque longam hac de causa fleri, quamvis mihi gravis sit et molesta. Sed quid ego nunc scribo, cum adesse oporteret? Quia me afflictata patria festinanter ad se vocat. Qualia autem patiat, non ignoras, vir optime. Eam enim, veluti Pentheum, vere Mænades quidam, dæmones, discerpere: siquidem eam secant atque resecant, vulnera, imperitorum medicorum more, per inscientiam suam reddentes graviora. Itaque, cum laboret dissecta, reliquum est ut ei tanquam ægrotanti medeamur. Scripserunt igitur ac nos urgent cives, atque

\*Alias CCCLXXIX. Scripta anno 371.

(6) Τιμιώτατον. Tres mss. recentiores τιμιώτατε. Paulo post duo mss. πάντων συμφώνους.

(7) Τὸν πάντων. Sic Coisl. primus et Reg. secundus: editi τῶν πάντων. Paulo post ejusdem Coisl. niani codicis ope emendavimus quod prave in editis legebatur ὅσω ἀταλαίπωρον.

(8) Πολιτεῖαι. Coisl. primus πολιτεία. Paulo post eodem codice nixi et Harl. et Med., mutavimus quod erat in editis πάντα σου τῶ.

(9) Ἀλκίνοος. Ita Harl. cum duobus aliis: editi Ἀλκίνοος. Paulo post editi δυσχερῶς πρὸς αὐτόν.

ἡμαρτημένοις ἐκπληρῶσαι τὴν δίκην. Ἄλλὰ πάλιν μακρὸν ποιῶ τὴν ἐπιστολήν. Ὑπὸ γὰρ τοῦ σφόδρα σπουδάζειν πιθανὸς σοι γενέσθαι, οὐδὲν τῶν εἰς διάνοιαν ἐρχομένων ἀποσιωπῆσαι ἀνέχομαι· φοβούμενος μὴ παρὰ τοῦτο ἀπρακτὸς μοι ἢ αἰτήσεις γένηται, ἐλλιπῶς μου τὴν διδασκαλίαν ποιησαμένου. Ἄλλ', ὦ τιμιώτατον (6) καὶ γνήσιον θρέμμα τῆς Ἐκκλησίας, βεβαίωσον καὶ ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας, ἃς ἔχω νῦν ἐπὶ σοί, καὶ τὰς πάντων συμφώνως περὶ τῆς σῆς ἐμμελείας καὶ πραότητος παρτυρίας, καὶ ἐπίστειλον τῷ στρατιώτῃ ἀπαλλαγῆναι ἡμῶν ἐν τάχει, ὅς νῦν γε οὐδὲν ἐπαχθείας, οὐδὲ ὕβρειως ἐλλέλοιπε, μᾶλλον αἰρούμενός σε μὴ λυπῆσαι ἢ πάντας ἡμᾶς οἰκείους ἔχειν καὶ φίλους.

## EPISTOLA OΔ'.

## Μαρτινιανῶ.

1. Ἐμὲ τί οἶσι, πόσον ποτ' ἂν τιμῆσασθαι τὸ εἰς ταυτὸν ποθ' ἡμᾶς ἀλλήλοις ἐλθεῖν, καὶ ἐπὶ πλείον σοι συγγενέσθαι, ὥστε πάντων ἀπολαῦσαι τῶν ἐν σοὶ καλῶν; Καὶ γὰρ εἰ μέγα πρὸς μαρτυρίαν παιδείσεως τὸ πολλῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν ἄστυα, καὶ νόον γνῶναι· τοῦτο οἶμαι δι' ὀλίγου χαρίζεσθαι τὴν σὴν ὀμιλίαν. Τί γὰρ διαφέρει πολλοὺς ἰδεῖν κατὰ μέρος, ἢ ἓνα τὸν πάντων (7) ὁμοῦ τὴν πείραν ἀναδεξάμενον; Μᾶλλον δὲ ἐγὼ καὶ πλείστον ἂν ἔχειν εἶποιμι τὸ διάφορον, ὅσα ἀταλαίπωρον τὴν γνῶσιν τῶν καλῶν προξενεῖ, καὶ καθαρὰν τῆς πρὸς τὸ χεῖρον ἐπιμιξίας συναγεί τὴν ἱστορίαν τῆς ἀρετῆς. Εἴτε γὰρ πράξις ἀρίστη, εἴτε λόγος μνήμης ἄξιος, εἴτε πολιτεῖαι (8) ἀνδρῶν ὑπερπεφυκότων τοὺς ἄλλους· πάντα τῷ σώταμιεῖ τῆς ψυχῆς ἐναπόκειται. Ὡστε οὐκ εἰς ἐνιαυτὸν μόνον, ὡς ὁ Ἀλκίνοος (9) τοῦ Ὀδυσσεύς, ἀλλ' εἰς πάντα μου τὸν βίον εὐξαίμην ἂν σου ἀκούειν, καὶ μακρὸν ἂν μοι γενέσθαι τούτου γε ἕνεκα τοῦτον, καὶ ταῦτα δυσκόλως πρὸς αὐτὸν διακείμενος. Τί δή ποτ' οὐκ ἐπιστέλλω νῦν, παρεῖναι δέον; Ὅτι με (10) κάμνουσα ἢ πατρὶς ἐπέιγει πρὸς ἑαυτήν. Οἶα γὰρ πέπονθεν, οὐκ ἄγνωστὸς ὦ ἀρίστε· ὅτι Πενθίως τρόπον Μαινάδες ὄντως τινές, δαίμονες (11), αὐτὴν διεσπάσαντο. Διαιροῦσι γὰρ αὐτὴν καὶ ἐπιδιαροῦσιν· ὡσπερ οἱ κακοὶ τῶν ἰατρῶν, χαλεπώτερα τὰ εἴλη ποιούντες τῇ παρ' ἑαυτῶν ἀπειρία. Ἐπεὶ οὖν κέκμηκε κατατεμνομένη, λείπεται αὐτὴν θεραπεύειν, ὡς ἀρόωστοῦσαν. Ἐπέστειλον οὖν ἐπείγοντες ἡμᾶς οἱ πολῖται· καὶ ἀνάγκη ἀπαντᾶν, οὐχ ὡς τι ὄφελος

D

Coisl. primus cum aliis nonnullis ut in textu. Sic etiam Harl. prima manu.

(10) Ὅτι με. Sic mss. Male in editione 1 Paris. ὅτι μὴ. Tres antiquissimi codices Med. et Coisl. habent ὅτι καμῆ.

(11) Δαίμονες. Quamvis hanc vocem habeant omnes veteres libri, videtur tamen e margine in contextum irrepsisse. Erit enim multo præclarior Basilii sententia, si homines quidam, vere Mænades, patriam discerpisse dicantur. Hanc autem observationem debeo doctissimo Antonio Mariæ Salviniō, qui codicem Medicæum erudita sua manu contulit



ἔσομένους τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς ἀπολείψεως μέμψιν ἐκκλίνοντας. Οἴσθα γάρ, ὡς εὐκολοὶ μὲν ελπίσαι οἱ ἀμηχανοῦντες, εὐκολοὶ δὲ πού καὶ καταμémψασθαι, ἐπὶ τὸ παρεθὲν αἰ τρέποντες τὰς αἰτίας.

2. Καίτοι ἔγωγε καὶ αὐτοῦ τούτου ἐνεκεν ἐδεόμην σοὶ συνελθεῖν, καὶ δοῦναι γνώμην· μάλλον δὲ παρακαλέσαι ἐνθυμηθῆναι τι νεανικὸν καὶ πρέπου τῷ σεαυτοῦ φρονήματι, καὶ εἰς γόνυ κλιθεῖσαν τὴν πατρίδα ἡμῶν μὴ περιιδεῖν, ἀλλὰ καταλαβόντα τὸ στρατόπεδον, εἰπεῖν μετὰ παύρησίας τῆς σῆς μήτοι νομίζειν αὐτούς δύο κεκτηθῆσθαι ἀντὶ μιᾶς ἐπαρχίας. Οὐ γὰρ ἐξ ἄλλης τινὸς οἰκουμένης ἐπεισῆγαγον τὴν ἑτέραν· ἀλλὰ παραπλήσιόν τι πεποιήκασιν, ὡσπερ ἂν εἴ τις (12) ἵππον ἢ βοῦν κεκτημένος, εἶτα διχῆ διελών, δύο νομίζοι ἔχειν ἑνὸς ἀντὶ· οὔτε γὰρ δύο ἐποίησε, καὶ τὸν ἕνα διέφθειρεν· εἰπεῖν δὲ καὶ τοῖς παραδυναστεύουσι, μὴ τοῦτον ἀΐξειν τὸν τρόπον τὴν βασιλείαν, οὐ γὰρ ἐν ἀριθμῷ εἶναι τὴν δύναμιν, ἀλλ' ἐν ταῖς πράγμασιν· ἐπεὶ νῦν γε ἡγοῦμεθα τοὺς μὲν ἀγνοῖα τῆς ἀληθείας ἴσως, τοὺς δὲ τῷ μὴ βούλεσθαι λυπεῖν τοῖς ῥήμασι, τοὺς δὲ καὶ οὐ μέλου αὐτοῖς, περιορᾶν τὰ γινόμενα. Εἰ μὲν οὖν ἦν δυνατὸν αὐτὸν ἐλθεῖν πρὸς βασιλέα, τοῦτο κράτιστον μὲν τοῖς πράγμασι, πρέπον δὲ σοὶ τῇ καλῇ (13) τοῦ βίου προαιρέσει. Εἰ δὲ βαρὺ ἄλλως καὶ διὰ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν, ὡς αὐτὸς ἔφη, σύντροφον ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ τὸν ὄκνον· ἀλλὰ τὸ γε (14) ἐπιστεῖλαι πόνος οὐδαίς. Ὡστε, τὴν ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοήθειαν χαριζόμενος τῇ πατρίδι, πρῶτον μὲν σαυτῷ συνειδήσεις, μηδὲν τῶν εἰς δύναμιν ἡκόντων ἐλλελοπότι· ἐπειτα μέντοι καὶ τοῖς κάμνουσιν, αὐτῷ τῷ φαίνεσθαι συναλγῶν, ἀρκοῦσαν δῶσεις παραμυθίαν. Ἀλλ' εἴθε γὰρ ἦν οἶόν τε, αὐτὸν ἐπιστάντα τοῖς πράγμασιν, ὄψει λαθεῖν αὐτὰ τὰ σκυθρωπά. Οὕτω γὰρ ἂν ἴσως, ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐναργείας τῶν ὀρωμένων συγκινηθεὶς, ἀφῆκός τινα φωνὴν πρέπουσαν καὶ τῇ σῇ μεγαλονοίᾳ, καὶ τῇ κατηφείᾳ τῆς πόλεως. Σὺ δὲ ἄλλ' ἡμῖν διηγούμενοις μὴ ἀπιστήσης· ἢ ὅτι Σιμωνίδου ὄντως, ἢ τινος τοιοῦτου μελοποιοῦ ἐδεόμεθα, ἐναργῶς εἰδότες ἐπιστενάζειν τοῖς πάθεσι. Καίτοι τί λέγω Σιμωνίδην; δῖον Αἰσχύλου εἰπεῖν, ἢ εἰ δὴ τις ἕτερος, παραπλησίως ἐκείνῳ συμφορᾶς μέγεθος ἐναργῶς διαθέμενος, μεγαλοφώνως ὠθύρατο.

3. Σύλλογοι μὲν γὰρ ἐκεῖνοι, καὶ λόγοι, αἱ κατ' ἀγορὰν συντυχίαι τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν, καὶ ὅσα πρότερον ἐποίησε τὴν ἡμετέραν ὀνομαστήν πόλιν (15) ἡμᾶς ἐπιλελοίπασιν· ὥστε τῶν περὶ παιδείαν καὶ λόγους ἤττον ἂν φανείη νῦν τις ἐμβαλὼν τῇ ἀγορᾷ ἢ Ἀθήνησι πρότερον οἱ ἀτιμίαν καταγεγνωσμένοι, ἢ τὰς χεῖρας ὄντες μὴ καθαροί. Ἀντεισῆκται δὲ τούτοις

(12) Ἄν εἴ τις. Deest secunda vocula in multis codicibus, in quibus etiam paulo post legitur *δίχα*.

(13) Τῇ καλῇ. Ita Coisl. primus, Med., Harl., Clarom. Editi τῇ ὀλῃ. Paulo post editi καὶ βαρὺ, sed deest conjunctio in mss.

(14) Τὸ γε..... χαριζόμενος. Ita vetustissimi tres

A accedere necesse est, non quod rebus aliquid allaturi simus auxilii, sed ut, derelictionis exprobrationem effugiamus. Nosti enim proclives esse ad sperandum qui in angustiis sunt, proclives et ad conquerendum, semper in id quod prætermisum est, culpam conferentes.

2. Equidem et ejus rei gratia convenire te debebam, ac consilium dare; vel potius obsecrare ut strenuum quiddam ac prudentia tua dignum excogites, nec patriam nostram in genua prolapsam despicias: sed in aulam proficiscens ac libertate tua utens denunties eis, ne sibi videantur duas ex una possidere provincias: neque enim ex alia quadam terra alteram harum **169** inducere: sed idem fere egerunt, ac si quis equum aut bovem possidens, deinde duas in partes dividens, duos pro uno habere sibi videatur; non enim effecit duos, sed unum e medio sustulit; ac demonstrat etiam iis qui plurimum possunt, imperium non hoc pacto adaugeri, neque enim robur in numero, sed in ipsis rebus positum esse: siquidem nunc arbitramur alios quidem fortasse veritatis ignoratione, alios vero eo quod nolint verbis molesti esse, alios parvipendentes, ea quæ fiunt negligere. Si igitur imperatorem ipsum adire posses, id et rebus commodissimum foret et præclaro vitæ tuæ instituto decorum. Sin autem hoc aliqui grave est tum ob anni tempestatem, tum ob ætatem quæ, uti tu ipse dicis, comitem habet pigritiam; at saltem scribendi nullus labor. Quamobrem, si litterarum præsidium patriæ impertias primum quidem conscius tibi metipsi eris, nihil quod in tua potestate situm esset, a te fuisse omisum; deinde afflictis etiam, ipsa commiserationis specie, satis magnum afferes solatium. Sed utinam fieri posset, ut interesses ipsis rebus, ac oculis tuis mæstitiam videres. Sic enim forte ex rerum conspectarum evidentia commotus, vocem aliquam et animi tui magnitudine et civitatis afflictione dignam emitteres. Sed tamen narrantibus nobis fidem ne deroges. Revera Simonide, aut aliquo simili poeta indigeremus, evidenter scient calamitates lugere. Sed quid dico Simonidem? Æschylum dicere oportuit, aut si quis alius ei similis, calamitatis magnitudinem clare exponens, voce alta lamentatus est.

D 3. Nam cœtus illi, sermonesque et eruditorum virorum in foro colloquia, ac quæcunque civitati nostræ antea nomen et famam pepererant, nos deseruere. Quare eruditorum et eloquentium hominum rarius nunc quisquam ad forum accedere deprehendatur, quam olim Athenis infamiae notis inusti, aut manibus non puri. Introducta est au-

mss. et paulo post iidem habent *ἐλλελοίποτι*. Edit. τότε..... χαρισάμενος et *ἐκλελοίποτι*. Ibidem ἡκόντων deest in Bigot. et Reg. primo, nec necessarium est.

(15) Πόλιν. Ita mss. Editi *πάλαι*. Iidem editi paulo post habent *ἐμβαλλων* et *ἀτιμίας*. Mss. ut in textu.



tem horum loco Scytharum quorundam aut Mas-  
sagetarum inscitia. Una autem vox est exactorum,  
et eorum a quibus exigitur, quique flagellis ca-  
duntur. Porticus utrinque lugubre quiddam per-  
sonantes, velut propriam videntur vocem edere,  
de his quæ fiunt ingementes. Occlusa autem gy-  
mnasia et noctes non illustratas non sinit aliquo  
nos in numero habere ipsa de vita sollicitudo.  
Non enim leve periculum est, ne amotis optima-  
tibus, velut fulcris corruentibus, simul evertan-  
tur omnia. Ecquis autem sermo exprimendis no-  
stris malis par fuerit? Alii abierunt fugientes,  
pars senatus nostri, non ignobilior, perpetuum  
exsilium Podando præferentes. Cum autem Po-  
dandum dico, Ceadem me Laconicum dicere puta;  
aut sicubi naturale barathrum vidisti; quæ loca  
nonnulli Charonia, nomine sua sponte occurrenti,  
appellarunt, **170** exitiosam auram exhalantia.  
Ejusmodi loco persimile existima Podandi malum.  
Ex tribus igitur partibus, alii cum uxoribus ac fo-  
cis fugiunt, alii abducuntur ut captivi, maxima  
pars optimatum civitatis, miserandum amicis spe-  
ctaculum, inimicorum vota explentes; si quis ta-  
men omnino exstitit, qui nobis tantum mali im-  
precaretur. Tertia jam relicta pars est. Hi autem  
amicorum ac familiarium non ferentes secessum,  
simulque infirmiores quam ut rebus necessariis  
provideant, vitam ipsam oderunt. Hæc hortamur  
ut nota omnibus facias, tua ipsius voce ac justa  
dicendi libertate, quam tibi vita conciliat; clare  
illud prædicens, nisi cito consilium mutent, non  
habituos in quibus humanitatem ostendant. Vel  
enim aliquid auxilii laturus es communibus re-  
bus, vel saltem idem facturus, quod Solon, qui,  
cum cives derelictos defendere non posset, arce  
jam occupata, armatus ante fores sedebat, hoc  
ipso habitu declarans, se his quæ fiebant non as-  
sentiri. Hoc autem pro certo scio, etiam si quis  
nunc sententiam tuam non probet, paulo post

(16) Ἐπηχοῦσαι. Med. ἀπηχοῦσαι. Paulo post editi  
νύκτες ἀλαμπείς. Quinque mss. ut in textu. Erant  
hæ nocturnæ lucernæ inter ornamenta civitatum,  
sed in luctu publico intermitti solebant. Unde Li-  
banius in Orat. ad Antiochenos de Imperatoris  
ira, suadet civibus, ut has lucernas tantisper sepo-  
nant, vel rariores accendant. Vide Ammianum, lib.  
xiv, c. 1, et notam Valesii, ex qua hæc deliba-  
vimus.

(17) Περὶ τοῦ ζῆν. Ita Med., Harl., Vat. et Coisl.  
secundus; editi περὶ τὸ ζῆν. Ibidem οὐδὲν deest  
ante λογίζεσθαι in eodem Bigot.

(18) Κεάδαν..... Λακωνικόν. Sic vocabatur apud  
Lacedæmonios horrendum illud barathrum, in  
quod maximorum criminum reos deicere solebant  
teste Pausania, lib. iv, p. 250.

(9) Νοσοποιόν. Ita tres vetustissimi codices;  
editi φθοροποιόν. Julius Pollux et Suidas docent  
Charoniam vocatam fuisse Athenis unam carceris  
januam, per quam rei ad mortem ducebantur.

(20) Τῶν συλήθων. Med. τῶν συνοίκων, et paulo  
post ἀποβουλεύσονται. Utrumque Harleianus sic  
videtur habuisse.

A Σκυθῶν τινῶν ἢ Μασσαγетῶν ἀμουσία· μία δὲ φωνὴ  
ἀπαιτουμένων, καὶ ἀπαιτουμένων, καὶ ξινομένων  
ταῖς μάστιγι. Στοὰ δ' ἐκατέρωθεν σκυθρωπὸν ἐπ-  
ηχοῦσαι (16), οἶον οἰκείαν δοκοῦσιν ἀφιέναι φωνὴν  
τοῖς γινομένοις ἐπιστενάζουσαι. Γυμνάσια δὲ κε-  
κλεισμένα καὶ νύκτας ἀλαμπεῖς οὐκ ἐξ ἡμᾶς οὐδὲν  
λογίζεσθαι ἢ περὶ τοῦ ζῆν (17) ἀγωνία. Κίνδυνος  
γὰρ οὐχ ὁ τυχῶν, τῶν κρατούντων ὑφαιρεθέντων,  
ὡσπερ ἐρείσμασι πεσοῦσι, συγκατενεχθῆναι τὰ πάντα.  
Καὶ τίς ἂν λόγος τῶν κακῶν τῶν ἡμέτερων ἐφίκοιτο;  
Οἱ μὲν οἴχονται φεύγοντες, μέρος τῆς βουλῆς ἡμῶν,  
οὐ τὸ φαυλότατον, τὴν ἀειφυγίαν Ποδανδοῦ προτιμή-  
σαντες. Ὅταν δὲ Ποδανδὸν εἶπω, τὸν Κεάδαν με-  
οἶον λέγειν τὸν Λακωνικόν (18), ἢ εἰ που τῆς οἰκου-  
μένης εἶδες βάραθρον αὐτοφυές, ἃ δὴ καὶ Χαρώνειά  
τισι προσαγορεύειν αὐτομάτως ἐπῆλθεν, ἀέρα νοσο-  
ποιόν (19) ἀναπνέοντα. Τοιοῦτον τινὲ ἐοικὸς νόμισον  
καὶ τὸ Ποδανδοῦ κακόν· Τριῶν τοίνυν μοιρῶν, οἱ μὲν  
φεύγουσιν αὐταῖς γυναίξι καὶ ἐστίασι ἀπαναστάντες·  
οἱ δὲ ἀπάγονται ὡσπερ αἰχμάλωτοι, οἱ πλείστοι τῶν  
ἐν τῇ πόλει ἄριστοι, εἰσιων φίλοις θεάμα, ἐχθροῖς  
δὲ εὐχὴν ἐκπληροῦντες· εἰ δὴ τις γέγονεν ὅλως τοσοῦ-  
τον ἡμῖν ἐπαρασάμενος. Τριτάτη δὲ που μοῖρα λέ-  
λειπται. Οὗτοι δὲ, τὴν τε ἀπόλειψιν τῶν συλήθων (20)  
οὐ φέροντες, καὶ ἅμα τῆς χρείας ἀτονώτεροι ἀπειλεγ-  
χόμενοι, πρὸς αὐτὸ τὸ ζῆν ἀπειρήκασιν. Ταῦτά σε  
φανερὰ ποιῆσαι πᾶσι παρακαλοῦμεν τῇ σεαυτοῦ φωνῇ  
καὶ τῇ σεαυτοῦ παρρησίᾳ τῇ δικαίᾳ, ἣν ἔχεις ἀπὸ  
τοῦ βίου· ἐκεῖνο σαφῶς προειπόντα, ὅτι, εἴν μὴ  
ταχὺ μεταβουλεύσονται, οὐδ' ἔξουσιν εἰς οὓς τὴν φι-  
λανθρωπίαν ἐνδείξονται (21). Ἡ γὰρ γενήσῃ τι ὄφε-  
λος τοῖς κοινοῖς, ἢ τὸ γε τοῦ Σόλωνος πεποιηκῶς ἔση,  
ὅς τοῖς ἀπολειφθεῖσι τῶν πολιτῶν ἀμύνειν (22) οὐκ  
ἔχων, τῆς ἀκροπόλεως ἡδὴ κατεχομένης, τὰ ὄπλα  
ἐνδὺς πρὸ τῶν θυρῶν (23) ἐκαθέζετο, εὐδῆλος ὢν τῷ  
σχήματι, τοῖς γινομένοις οὐ συντιθέμενος. Ἐκεῖνο  
δ' ἀκριβῶς οἶδα, ὅτι, καὶ εἰ τίς σου νῦν τὴν γνώμην  
μὴ ἀποδέχοιτο, μικρὸν ὑστερόν σοι (24) εὐνοίας τε  
ὁμοῦ καὶ συνέσεως τὴν μεγίστην δόξαν προσθήσει

(21) Ἐνδείξονται. Ita tres vetustissimi codices  
cum duobus aliis: editi ἐνδείξονται. Paulo post  
quinque codices, sed non antiquissimi. Ἡ γὰρ  
ἔγενου.

(22) Ἀμύνειν. Addunt editi τῆς ἐλευθερίας. Duo  
mss. τῇ ἐλευθερίᾳ, sed hæc in aliis desunt.

(23) Πρὸ τῶν θυρῶν. Tres antiquissimi codices  
habent πρὸ τῶν πυλῶν, quod cum de urbis portis  
intelligatur, minus huic loco convenit. Id enim  
Solonem pro foribus domus suæ fecisse discimus  
ex Plutarcho, qui rem paulo aliter narrat ac Ba-  
silius, in libro, *An seni gerenda sit respublica*.  
Ait enim, ubi deprehensum fuit Pisistratum, gra-  
tiam popularem captando, tyrannidem moliri:  
nemine resistere audente, Solonem sua arma  
extulisse, et ante domum proposuisse, αὐτὸς ἐξενεγ-  
κόμενος τὰ ὄπλα, καὶ πρὸ τῆς οἰκίας θέμενος, ac cives  
ad defensionem hortatum esse: cumque ad eum  
misset Pisistratus, qui rogarent quam re  
fretus hæc faceret, eum respondisse, senectute  
fretum se esse.

(24) Ὑστερόν σοι. Deerat pronomen in editis,  
additum ex codicibus Harl. et Med.



ὅταν ἴδῃ τὰ πράγματα κατὰ τὴν πρόρρησιν ἀπαντή-  
σαντα.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΟΕ'

*Aburgium monet Basilius quid patriæ debeat, eumque illius malorum pictura permovere conatur, ut auctoritate sua utatur ad opem civibus ferendam.*

Ἀβουργίῳ (25).

Πολλῶν οὕτων ἂ τὸ σὸν ἦθος ὑπὲρ τοὺς ἄλλους εἶναι πεποιήκεν, οὐδὲν οὕτως ἰδίον ἐστὶ σὸν, ὡς ἡ περὶ τὴν πατρίδα σπουδὴ· δικαίας αὐτῇ ἀποδιδόντος σου τὰς ἀμοιβάς, ἐξ ἧς ὀρμηθεὶς τοσοῦτος ἐγένου, ὥστε διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης γνώριμον εἶναι σου τὴν περιφάνειαν. Αὕτη τοίνυν ἡ πατρίς, ἡ σὲ ἐνεγκοῦσα καὶ θρεψαμένη, εἰς τὴν τῶν παλαιῶν διηγη-  
μάτων ἀπιστίαν περιελήλυθε (26)· καὶ οὐκ ἂν τις ἐπιστάς ἡμῶν τῇ πόλει, οὐδὲ τῶν πάντων συγγήτων, αὐτὴν (27) γνωρίσειεν. Οὕτως εἰς πᾶσαν ἐρημίαν ἀθρόως μετεσκεύασται, πολλῶν μὲν καὶ πρότερον αὐτῆς ἀφαιρεθέντων τῶν πολιτευομένων, νῦν δὲ σχεδὸν ἀπάντων εἰς τὴν Ποδανδῶν μετοικισθέντων. Ὡν ἀκρωτηριασθέντες οἱ λειπόμενοι, καὶ αὐτοὶ εἰς πᾶσαν ἀπόγνωσιν μεταπεπτώκασι (28), καὶ πᾶσι τοσοῦτον ἐνεποιήσαν τῆς ἀθυρίας τὸν ὄγκον, ὥστε σπανίζειν λοιπὸν καὶ τῶν οἰκητόρων τὴν πόλιν, καὶ γεγενῆσθαι τὰ τῆδε ἐρημίαν δεινὴν, ἐλεινὸν μὲν φίλοις θέαμα, πολλὴν δὲ χαρὰν καὶ εὐθυμίαν φέρου τοῖς πάλαι ἐφειδρεύουσιν ἡμῶν τῷ πτώματι. Τίνος οὖν ἐστὶ χεῖρα ἡμῖν ὀρέξαι; ἢ τίνος συμπαθεὶς ἐφ' ἡμῖν (29) ἀφεῖναι δάκρυον, ἀλλ' οὐχὶ τῆς σῆς ἡμεροτατος, ὅς καὶ ἄλλοτρίᾳ συμπαθεὶς πόλει τοιαῦτα καμνούσῃ, μὴ ὅτι γε τῇ σὲ παραγαγούσῃ εἰς τὸν βίον; Εἴ τις οὖν δύναμις, ταύτην νῦν ἐπὶ τῆς παρούσης χρείας ἡμῖν ἐπίδειξαι. Πάντως δὲ μεγάλην ἔχεις τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥοπὴν, ὅς ἐπ' οὐδενὸς καιροῦ καταλείποι σε, καὶ πολλὰς ἔδωκέ σοι τῆς παρ' ἑαυτοῦ (30) εὐμενείας τὰς ἀποδείξεις· μόνον ἐὰν θελήσης ὅλως διαναστῆναι πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν ἡμῶν, καὶ τῇ προσούσῃ σοι δυνάμει χρῆσασθαι εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν πολιτῶν βοήθειαν.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΟΣ'

*Corporis infirma valetudine et Ecclesiarum cura detinetur Basilius, quominus in aulam proficiscatur. Sed interim per litteras confugit ad Sophronium in summo patriæ communis exitio.*

Σωφρονίῳ μαγίστρω.

Τὸ μὲν μέγεθος τῶν καταλαβουσῶν συμφορῶν τὴν πατρίδα ἡμῶν αὐτὸν ἐμὲ ἠνάγκαζε (31), καταλαβόντα τὸ στρατόπεδον, τῇ τε σῇ μεγαλοφυίᾳ διεγῆσασθαι τὴν κατέχουσαν ἡμῶν τὴν πόλιν κατῆφειαν, καὶ τοῖς

(25) Ἀβουργίῳ. Sic vocatur ille vir in omnibus nostris codicibus, Harl., Med., Coisl. utroque, Reg. utroque, Vat., Clarom., Paris., Bigot. et Combefis. Editi Ἀβουργίῳ.

(26) Περιελήλυθε. Tres mss. ἐλήλυθε.

(27) Αὐτῆν. Med. et Coisl. primus αὐτῆ. Paulo infra αὐτῆς deest post πρότερον in eodem Coisl.

(28) Μεταπεπτώκασι. Ita tres vetustissimi codices: editi καταπεπτώκασι. Non multo post duo ex his codicibus καὶ γεγενῆσθαι τὰ τῆδε.

(29) Συμπαθεὶς ἐφ' ἡμῖν. Ita sex mss. Harl. συμπαθεὶς ἡμῖν. Corruptissime editio prima Paris. συμ-

A benevolentiae simul et prudentiae maximam laudem tibi daturum, cum res viderit ita, ut praedictae fuerant, evenire.

## EPISTOLA LXXV\*

Aburgio.

Cum multa sint, quibus indoles tua super alios eminent; nihil tamen tibi tam proprium est, quam patriæ amor, rependente te justas illi vices, ex qua ortus talis evasisti, ut claritas tua per totum orbem terrarum celebretur. Itaque illa ipsa patria, quæ te progenuit ac enutrivit, in veterum historiarum incredibilem statum devenit; nec quisquam in urbem nostram adveniens, etiamsi sit ex iis quibus maxime nota est, illam agnoscat. Adeo in omnem solitudinem subito transmutata est; pluribus quidem jam antea magistratibus ei ablati, nunc autem fere omnibus Podandum translatis. Ab his avulsi qui residui sunt, in omnem et ipsi desperationem inciderunt, ac omnium animos ita infregerunt, ut jam rari sint etiam incolæ in civitate, atque hic ingens facta sit solitudo, miserandum quidem amicis spectaculum, valde autem jucundum et gratum insidiantibus dudum nostro casui. Cujus est igitur manum nobis **171** porrigere? aut ejus lacrymas commiserationis nostra causa profundere nisi clementiæ tuæ, quem etiam alienæ civitatis similiter afflictæ mala tangerent, non modo illius, quæ te in lucem edidit? Itaque si qua polles potentia, eam in præsens tempus nobis ostende. Magna profecto habes a Deo adjumenta, qui te nullo tempore dereliquit, tibi que multa dedit benevolentiae suæ argumenta: tantum velis omnino ad curam nostri suscipiendam exurgere, atque auctoritatem qua vales, ad opem civibus ferendam adhibere.

## EPISTOLA LXXVI\*\*.

Sophronio magistro.

Magnitudo quidem calamitatum, quæ patriæ nostræ acciderunt, memetipsum in aulam proficisci cogeret, et magnanimitati tuæ mœrorem, quo civitas nostra afficitur, exponere, cæterisque quicun-

παθεὶς ἐφ' ἑαυτοῦ. Secunda editio συμπαθεὶς ἐπαφεῖναι Paulo post editi συμπαθεῖς. Plerique mss. συμπαθοῖς.

(30) Παρ' ἑαυτοῦ. Ita Harl., Coisl. primus Reg. primus et Bigot. Editi παρ' αὐτοῦ. Paulo post editi καὶ τῇ παρούσῃ. Tres vestustissimi codices ut in textu.

(31) ἠνάγκαζε. Editi post hanc vocem addunt ἂν sed hæc vocula deest in utroque Coisl., Harl., Med., Reg. secundo et Bigot utroque.

\* Alias CCCXXI. Scripta anno 371.

\*\* Alias CCCXXXI. Scripta anno 371.



que plurimum in rebus potestis. Sed quia et corporis infirma valetudo, et Ecclesiarum me cura detinet, interim per epistolam lamentari apud tuam magnitudinem festinavi; declarans nec naviculam in mari vehementibus ventis immersam ita velociter ex oculis unquam evanuisse, neque urbem ullam terræ motibus excussam aut aquis submersam ita subito periisse, ut civitas nostra hac nova rerum administratione absorpta in exitum funditus incidit. Atque adeo nostra in fabulam cessere. Actum est enim de civitatis ordine; omnis autem civilis cœtus ob ea, quæ magistratibus acciderunt, animo concidens, urbanis ædibus desertis, per agros et rura divagatur. Jam deficit rerum necessariorum tractatio: ac omnino spectaculum fœdissimum facta est, quæ prius, tum de litteratis viris, tum de reliquis bonis, quibus opulentæ urbes abundant, gloriabatur. Unum autem duximus, ut in malis, solatium, calamitates nostras apud tuam clementiam deflere, ac obsecrare, si quid potest ut civitati in genua provolutæ porrigas manum. Modum vero quo rebus opportune subvenias, equidem ipse indicare non possum. Sed tibi omnino et invenire ob prudentiam facile, et uti inventis ob datam tibi a Deo potestatem non difficile.

## 172 EPISTOLA LXXVII.

*Videtur hanc epistolam Basilius ad Elpidium præsidis Therasii assessorem scripsisse. Hortatur ut a præside non discedat, sed tantas curas, quæ ex divisione Cappadociæ supervenerant, cum eo partiat*

*Sine inscriptione de Therasio.*

Illud etiam ex bona præfectura magui percepimus Therasii, quod facundia tua crebro apud nos venerit. Verum hoc ipsum amisimus præside privati. Sed quia quæ nobis semel a Deo concessa sunt, firma manent, atque in nostris invicem animis per memoriam insident, etiamsi corpore disjungamur, saltem frequenter scribamus, et inter nos de necessariis rebus loquamur: maxime autem præsentis tempore, quo hiems hasce inducias brevissimas nobiscum fecit. Spero autem te non discessurum a viro in primis admirando Therasio, decere existimantem cum eo tantas curas partiri, ne-

\* Alias CCXXVI. Scripta anno 371.

(32) Εἰς ἀθρόον, etc. Editi sic habent hunc locum: Εἰς ἀπόλειον ἐχώρησε παντελῶς οὕτως ὡς ἡ ἡμετέρα... εἰς ἀθρόον ἦλθεν ἀφανισμόν. Tres vetustissimi codices ut in textu: quos quidem eo libentius secutus sum, quod hæc loquendi ratio, παντελῶς οὕτως, ὡς, minus visa est Basilii stylo congruere. Legitur εἰς ἀπόλειον ἐχώρησε παντελῆ in aliis sex codicibus mss.

(33) Τὸ πολίτευμα. De civitatis ordine, id est de curia, quæ ordo vocari solet. Unde illud Ammiani de Gallo Cæsare, lib. iv, c. 7. *Antiochensis ordinis vertices sub uno elogio jussit occidi.* Vide *Cod. Theod.* t. IV, p. 336.

(34) Πολιτικόν. Vat. πολιτών. Paulo post editi καταλιπόν. Coisl. primus, Harl., Reg. secundus et Clarom. καταλιπόντες, quæ scriptura non parum arridet.

λοιποῖς ὅσοι ἐπὶ μεγίστης ἐστὶ δυνάμει τῶν πραγμάτων· ἐπειδὴ δὲ ἡ τε τοῦ σώματος ἀρρώστια, καὶ ἡ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπιμέλεια κατέχει με, τέως, διὰ γράμματος ἀποδύρασθαι πρὸς τὴν σὴν μεγαλόνοιαν ἐπέιχθην· γνωρίζων, ὅτι οὔτε σκάφος ἐν πελάγει πνεύμασι βιαίοις καταβαπτισθὲν οὕτως ἀθρόως ἠφανίσθη ποτὲ, οὐ σεισμαῖς ἐκτριβεῖσα πόλις, οὐχ ὕδασι ἐπικλυσθεῖσα εἰς ἀθρόον (32) ἀφανισμόν ἐχώρησε οὕτως, ὡς ἡ ἡμετέρα τῇ καινῇ ταύτῃ τῶν πραγμάτων οἰκονομίᾳ καταποθεῖσα εἰς ἀπόλειον ἐχώρησε παντελῆ. Καὶ μῦθος γέγονε τὰ ἡμέτερα. Οἴχεται μὲν γὰρ τὸ πολίτευμα· (33) πᾶν δὲ τὸ πολιτικόν (34) σύνταγμα, τῇ περὶ τοὺς κρατοῦντας ἀθυμίᾳ καταλιπόν τὴν ἐν τῇ πόλει οἰκησιν, διὰ τῆς ἀγροικίας πλανᾶται. (35) Ἐπιέλοιπε δὲ λοιπόν καὶ ἡ τῶν ἀναγκαίων διάθεσις, καὶ ὅλως ἀωρότατον θέαμα γηγένηται ἢ πρότερον ἀνδράσι τε λογίοις ἐπαγαλλομένη καὶ τοῖς λοιποῖς, οἷς εὐθηνοῦνται πόλεις ἀνευδεῶς διαύγουσαι. Μίαν δὲ ἐνομίσαμεν ὡς ἐν δεινοῖς παραμυθίαν εἶναι, τὸ ἐπιστενάξαι τοῖς πάθεσιν ἡμῶν πρὸς τὴν σὴν ἡμερότητα, καὶ παρακαλέσαι, εἰ τις δύναμις, χεῖρα ὀρέξαι τῇ πόλει ἡμῶν εἰς γόνυ κλιθείη. Τὸν δὲ τρόπον δὲ οὐ ἂν γένοιτο ἐν καιρῷ (36) τοῖς πράγμασιν, αὐτὸς μὲν εἰσηγεῖσθαι οὐκ ἔχων· σοὶ δὲ πάντως καὶ εὐρεῖν διὰ τὴν σύνεσιν ῥαδίον, καὶ χρῆσασθαι (37) τοῖς εὐρεθείσι, διὰ τὴν παρὰ Θεοῦ σοὶ δεδομένην δύναμιν, οὐ χαλεπόν.

## EPISTOLA OZ

C Ἀνεπίγραφος περὶ Θηρασίου.

Ἐν αὐτῷ (38) τῆς ἀγαθῆς ἀρχῆς τοῦ μεγάλου ἀπηλαύσαμεν Θηρασίου, τῆς σῆς λογιότητος τὴν ἐπιδημίαν συνεχῶς ἡμῖν γινομένην. Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐζημιώθημεν στερηθέντες τοῦ ἄρχοντος. Ἄλλ' ἐπειδὴ τὰ ἅπασι ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα μένει βέβαια, καὶ ταῖς ψυχαῖς ἀλλήλων ἐνοικούμενα διὰ τῆς μνήμης, εἰ καὶ τοῖς σώμασι διωρίσμεθα, γράφωμεν (39) γοῦν συνεχῶς, καὶ φθεγγόμεθα πρὸς ἀλλήλους τὰ ἀναγκαῖα· καὶ μάλιστα νῦν, ὅτε ὁ χειρῶν τὴν ὀλιγοχρόνιον ταύτην ἐκχειρίαν ἐσπείσατο. Ἐλπίζομεν δὲ μὴ ἀπολείψεσθαι σε τοῦ θαυμασιωτάτου ἀνδρὸς Θηρασίου, πρέπον εἶναι κρίναντα κοινωνεῖν

(35) Vide Addenda.

(36) Ἐν καιρῷ. Frustra editi addunt, σωτήρ, quod deest in utroque Reg., utroque Coisl., Med. et utroque Bigot., nec in Harl. legitur nisi alia manu. Eadem loquendi ratione utitur Basilius in epistola 216: Γένοιτο δὲ πάντα ἐν καιρῷ περὶ τὴν... Ἐκκλησίαν τὴν Ἰκονίου. *Omnia prospere cedant... Ecclesiae Iconiensi.*

(37) Χρῆσασθαι. Ita Harl., uterque Coisl. et Reg. secundus et Bigot. alter. Editi χρῆσθαι.

(38) Καὶ τοῦτο. Conjunctio addita ex sex mss. Ibidem Coisl. secundus et Reg. secundus μεγάλου ἀπονάμεθα. Ibidem Clarom. τῆς σῆς τελειότητος, et ad marginem vulgata lectio.

(39) Γράφωμεν. Ope Reg. secundi et Coisl. secundi hoc verbum et sequens φθεγγόμεθα reposuimus, cum autea legerentur in indicativo. Editio Parisiensis secunda habet φθεγγόμεθα.



τῷ ἀνδρὶ τοιοῦτων φροντίδων, ἡγούμενον (40) καὶ μάτην A  
πρόφασιν ἀσμενίζοντα παρέχουσάν σοι (41) ἰδεῖν τε  
τοὺς φίλους, καὶ παρ' αὐτῶν θεαθῆναι. Πολλὰ δὲ ἔχων  
εἰπεῖν καὶ περὶ πολλῶν, εἰς τὴν συντυχίαν ὑπερεθέμην,  
οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι ἡγούμενος ἐπιστολαῖς τὰ τοιαῦτα  
καταπιστεύειν.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΟΗ'.

*Rogat Basilius ut Elpidius vir maxime idoneus qui Cappadociæ afflictis rebus succurrat, remanere in hac  
provincia jubeatur.*

Ἀνεπίγραφος ὑπὲρ Ἐλπίδιου.

Οὐκ ἔλαθεν ἡμᾶς ἡ ἀγαθὴ σου σπουδὴ περὶ τὸν  
αἰδεσιμώτατον ἐταῖρον ἡμῶν Ἐλπίδιον· ὅπως τῇ  
συνήθει σεαυτοῦ συνέσει ἔδωκας καιρὸν φιλανθρω-  
πίας τῷ ἄρχοντι. Ταύτην οὖν τὴν χάριν νῦν σε τε-  
λειῶσαι παρακαλοῦμεν (42) διὰ τοῦ γράμματος, καὶ  
ὑπομῆσαι τὸν ἄρχοντα οἰκείῳ προστάγματι ἐπὶ τῆς  
πατρίδος ἡμῶν καταστῆναι τὸν ἄνδρα πᾶσαν σχεδὸν B  
τὴν φροντίδα τῶν δημοσίων ἐξηρητημένον. Ὡστε πολ-  
λὰς ἐξεις καὶ εὐπροσώπους ὑποβάλλειν προφάσεις τῷ  
ἄρχοντι, ἐξ ὧν ἀναγκαίως ἐπιμένειν αὐτὸν τῇ πατρίδι  
ἡμῶν προστάξει. Οἷα δὲ τὰ ἐνταῦθα, καὶ ὅσου ἀξίος  
τοῖς πράγμασι ὁ ἄνθρωπος, πάντως οὐδὲν δεήσει παρ'  
ἡμῶν διδαχθῆναι, αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ συνέσει ἀκριβῶς  
ἐπιστάμενος.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΟΘ'.

*Gratias agit Eustathio Basilius, quod ad se certamini expositum scripserit, et Eleusinium optimum commili-  
tonem miserit. Narrat se cum præfecto et cubiculi præposito jam pugnassee.*

Εὐσταθίῳ (43), ἐπισκόπῳ Σεβαστείας.

Καὶ πρὸ τοῦ δεχέσθαι τὰ γράμματα, ἤθελον τὸν  
πόνον ὃν ἔχεις ὑπὲρ πάσης ψυχῆς, ἐξαιρέτως δὲ ὑπὲρ  
τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως, διὰ τὸ προβεβληθῆσθαι ἐν τῷ  
ἀγῶνι τούτῳ· καὶ δεξιόμενος (44) παρὰ τοῦ αἰδεσιμω-  
τάτου Ἐλευσινίου τὰ γράμματα, καὶ αὐτὴν αὐτοῦ τὴν  
παρουσίαν θεασάμενος, ἐδόξασα τὸν Θεόν, τὸ τοιοῦτον  
παραστάτην καὶ συνασπιστήν, διὰ τῆς πνευματικῆς  
βοηθείας ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσι χαρισάμενον  
ἡμῖν. Γνωσκέτω δὲ ἡ ἀνυπέροβητός σου θεοσέβεια  
μέχρι νῦν προσβολὰς μὲν τινὰς παρὰ τῶν μεγάλων  
ἀρχόντων ἡμῖν γεγενῆσθαι, καὶ ταύτας σφοδρὰς, τοῦ τε  
ἐπάρχου (45) καὶ τοῦ περὶ τὸν κοιτῶνα διαλεχθέντων  
ἰδιοπαθῶς ὑπὲρ τῶν (46) ἐναντίων· τέως δὲ ἀτρέπτως D  
ἡμᾶς πᾶσαν προσβολὴν ὑπομῆναι τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ, τῷ  
χαριζομένῳ (47) ἡμῖν τὴν συνεργίαν τοῦ Πνεύματος  
καὶ ἐνδυναμώσαντι ἡμῶν δι' αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν.

(40) Ἠγούμενον. Cum hic locus corruptissimus sit, nec sanando vulnere conducant mss. codices, qui cum editis consentiunt, legendum puto non improbabili conjectura, οὐ μὲν οὖν καὶ μάτην, pro ἡγούμενον καὶ μάτην.

(41) Παρέχουσάν σοι. Ita Clarom., Reg. secundus et Coisl. secundus, melius quam editi et alii codices παρέχουσάν σοι.

(42) Παρακαλοῦμεν. Sic Med. et uterque Coisl. cum aliis nonnullis. Editi παρακαλῶ μὲν.

(43) Εὐσταθίῳ, etc. Hunc titulum excerpimus ex codicibus Med. et Coisl. primo. Harlæanus habet tantum Εὐσταθίῳ.

(44) Δεξιόμενος. Post hanc vocem editi addunt

que etiam frustra occasionem amplectentem, ex qua tibi et amicos videre et ab ipsis videri liceat. Multa autem cum habeam dicenda et de multis, in congressum distuli, non tutum esse existimans epistolis res ejusmodi committere.

## EPISTOLA LXXVIII\*.

*Sine inscriptione pro Elpidio.*

Non me latet bonum illud studium, quo erga colendissimum sodalem nostrum Elpidium afficeris; quomodo pro tua consueta prudentia humanitatis ostendendæ occasionem præfecto subministraveris. Nunc igitur ut hoc beneficium absolvas, per epistolam te rogo, ac præfectum moneas, ut peculiari mandato patriæ nostræ virum hunc præficiat, ex quo tota pene publicorum negotiorum cura dependet. Quamobrem multas poteris ac speciosas suggerere causas præfecto, quibus necessario adducetur, ut illum in nostra patria remanere jubeat. Cæterum quo in statu res nostræ sint, et quam vir sit rebus gerendis idoneus, profecto nihil opus est te a nobis edoceri: cum hoc ipse pro tua prudentia plane intelligas.

## EPISTOLA LXXIX\*\*.

*Eustathio, episcopo Sebastie.*

Et antequam litteras tuas acciperem, haud ignorabam quantum pro quavis anima labores, maxime vero pro nostra humilitate, eo quod huic certamini expositus sim: et postquam **173** reddidit litteras perquam colendus Eleusinius ipsumque præsentem conspexi; Deum laudavi, qui nobis adiutorem talem ac commilitonem per spirituale auxilium in certaminibus pro pietate subeundis concessit. Noscat porro summa tua pietas nobis jam pugnas aliquas cum magnis potestatibus fuisse, easque vehementes; cum et præfectus et cubiculi præpositus ex propria animi affectione pro adversariis nostris disputarent; sed nos hæc haec animo inconcusso assultum omnem sustinuisse miseratione Dei, quæ nobis suppeditavit opem Spiritus, ac per ipsum imbecillitatem nostram corroboravit.

δέ, quæ vocula rectius deest in duobus mss. Harl. et Med.

(45) Ἐπάρχου. Legendum ὑπάρχου. Loquitur enim de præfecto prætorii, ut est apud Gregorium orat. 20, pag. 320.

(46) Ὑπὲρ τῶν. Editi καὶ ὑπὲρ τῶν. Sed hæc conjunctio deest in Harl., in quo tamen secunda manu addita fuit, sed prorsus immerito.

(47) Τῷ χαριζομένῳ. Reg. secundus et Coisl. secundus τοῦ χαριζομένου, et paulo post ἐνδυναμώσαντος. Sed vetustissimi codices hoc loco non discrepant ab editis.

\* Alias CCXV. Scripta anno 371.

\*\* Alias CCCVII. Scripta anno 371.



## EPISTOLA LXXX\*.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ Η'.

*Sperat Basilius Ecclesias Athanasii precibus et consiliis ex tempestate horrenda servari posse. Hortatur ut nec precari cesset, nec scribere. Prætermisam ab eo scribendi occasionem dolet : magnum sibi solatium a Deo accepisse videretur, si Athanasium videre contingeret.*

*Athanasio, Alexandriae episcopo.*

A

Αθανασίω, ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας.

Quo magis Ecclesiarum morbi ingravescent, eo magis omnes ad tuam converlimur præstantiam, unum nobis malorum solatium superesse credentes, tutelam tuam; qui et virtute precum, et rerum optimarum in negotiis suggerendarum scientia, servare nos posse ex hac horrenda tempestate apud omnes pariter, qui vel tantillum aut auditu aut experientia præstantiam tuam noverunt, existimaris. Quare ne cesses et precari pro animabus nostris, et nos per litteras excitare: quarum si scires quanta sit utilitas, nunquam sane oblatam tibi ad nos scribendi occasionem prætermisisses. Quod si precum tuarum ope haberer dignus, qui viderem te, ac iis quæ in te sunt bonis perfruerer, atque ad meæ vitæ historiam congressum cum tuo vere magno et apostolico animo adjicerem; profecto mihi viderer ærumnis, quas in omni mea vita perpessus sum, parem a Dei benignitate consolationem accepisse.

## EPISTOLA LXXXI

*Rogatus ab Innocentio Basilius ut, eo mortuo, ipsius Ecclesie curam suscipiat, tantum onus a se deprecatur. Sed alteri illius petitioni libenter annuens, offert ei presbyterum omni virtutum genere ornatum, ut cum successorem suum designet. Alium petierat Innocentius, bonum illum quidem, sed prædicto viro longe inferiorem*

*Innocentio episcopo.*

C

Ἰννοκεντίῳ ἐπισκόπῳ (51).

2. Notæ autem calamitates nostræ, vel nobis tacentibus: siquidem per totum terrenum orbem **182** jam personuerunt. Contemnuntur Patrum dogmata; nullo numero habentur apostolicæ traditiones; novatorum inventa regnant in Ecclesiis: de cætero homines verborum artifices sunt, non theologi; primas tenet mundi sapientia, expulsa crucis gloriatione. Abactis pastoribus introducuntur lupi graves, qui Christi gregem discerpunt. Domus orationis destitutæ concionatoribus, solitudines lamentantibus refertæ. Seniores lugent, dum antiqua comparant cum præsentibus; juniores miserabiliores sunt, qualibus privati sint, ignorantes. Atque hæc quidem apta ad eorum commiserationem commovendam, qui Christi dilectionem edicti sunt; sed comparatus cum rerum veritate sermo longe ab ipsarum magnitudine abest. Si quod igitur solatium dilectionis, si qua communicatio Spiritus, si qua commiserationis viscera, ad ferendas nobis suppetias concitemini. Arripite studium pietatis: nos ex hac tempestate eripite. Proferatur et apud nos libere bona illa Patrum promulgatio, infamem Arii hæresim evertens, Ecclesias vero in sana doctrina ædificans, in qua Filium Patri consubstantialem confitemur, atque Spiritus sanctus pari honore simul et numeratur, et adoratur; ut quam vobis Dominus dedit pro veritate libertatem, et in divinæ salutarisque Trinitatis confessione gloriationem, hanc et nobis per vestras preces opemque vestram largiatur. Cæterum ille ipse, quem jam dixi, diaconus singula dilectioni vestræ nuntiabit. Omnibus autem quæ canonice a vestra præstantia acta sunt,

(15) Πρὸς συμπάθειαν. Ita tres mss. vetustissimi: editi εἰς συμπάθειαν.

(16) Παρὰ πολὺ. Deest præpositio in utroque Regio et Coisl. secundo. Ibidem editi ἀπολείπεται. Mss. ut in contextu. Paulo post Reg. uterque et Coisl. secundus εἴ τι σπλάγγνον οἰκτιροῦν

(17) Οἰκοδομοῦν. Ita Coisl. primus et Med. cum tribus aliis. Editi στεροῦν. Harl. cum uno ex Regiis οἰκονομοῦν.

(18) Τῆς θείας. Ita septem mss. Editi τῆς ἀληθείας.



assensi sumus, apostolicum vestrum rectæ doctri-  
næ studium laudantes.

κανονικῶς παρὰ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος συνεθέμεθα,  
ἀποδεξάμενοι.

## EPISTOLA XCI\*.

*Valeriani litteris respondet, eumque per Sabinum salutatur, et obtestatur ut oret pro miseris Ecclesiæ  
Orientalis rebus; quibus sanandis necessarium esse docet Occidentis auxilium.*

*Valeriano, Illyricorum episcopo.*

Grates Domino largienti nobis, ut dilectionis ve-  
teris fructum in tua puritate videamus: qui scilicet  
adeo corpore sejunctus, nobis te per epistolam  
conjunxisti, nosque spirituali tuo et sancto deside-  
rio complexus, non enarrabilem quemdam amorem  
animis nostris indidisti. Nam re ipsa vim didicimus  
Proverbii illius: *Ut animæ sitiēti aqua frigida, ita* B  
*nuntius bonus de terra longinqua*<sup>B\*</sup>. Magnam enim  
est apud nos fames charitatis, frater colendissime.  
Causa autem manifesta, nimirum eo quod multipli-  
cata sit iniquitas, multorum refrigit charitas. Eam ob  
causam et litteras tuas plurimifecimus, et vices re-  
pendimus tibi per eundem virum religiosissimum  
condiaconum nostrum **183** et fratrem Sabinum: per  
quem et tibi nosmetnotos facimus, et te obsecramus,  
utin precibus pro nobis invigiles, ut tandem aliquan-  
do rebus nostris Deus sanctus tranquillitatem ac  
quietem impertiat, et ventum hunc ac mare incre-  
pet; ita ut liberemur ex illo æstu et perturbatione in  
qua nunc constituti sumus, summam semper sub-  
mersionem expectantes. Sed in nobis magnifice  
Deus in præsentī indulgit, ut vos audiremus sum-  
mo consensu et unitate inter vos esse conjunctos,  
ac veritatis doctrinam sine impedimento apud vos  
annuntiari: siquidem aliquando (si modo non jam  
conclusum est hujus mundi tempus, sed adhuc vitæ  
humanæ dies supersunt) necesse est, ut fidem re-  
novetis Orienti, et honorum quæ ab eo accepistis,  
remunerationem eidem in tempore persolvatis. Nam  
sana apud nos pars, quæque majorum pietatem  
tuetur, non parum fatiscit; diabolo multis ac va-  
riis artificiorum assultibus pro sua ipsius astutia  
eam concutiente. Utinam autem vestris precibus,  
qui Dominum diligitis, exstinguatur prava illa et  
populorum deceptrix erroris Ariani hæresis; relu-  
ceat autem bona Patrum nostrorum doctrina, qui  
Nicæam convenerunt, adeo ut consentanea salutari  
baptismati glorificatio adimpleatur beatæ Trinitati.  
Πατέρων ἡμῶν διδασκαλία, τῶν συνελθόντων κατὰ τὴν  
δοξολογίαν ἀποπληροῦσθαι τῆ μακαρίᾳ Τριάδι.

<sup>B\*</sup> Prov. xxv, 25.

\* Alias CCCXXIV. Scripta anno 372. Quam dul-  
ce Basilio cum episcopis longe remotis charitate  
conjungi.

19) Τὸ δὲ καθέκαστον. Hæc et, quæ sequuntur de-  
sunt in pluribus mss., non tamen in tribus vetus-  
tissimis.

(20) Ἰλλυριῶν. Harl. et Reg. secundus ac Coisl.  
secundus Ἰλλυρικοῦ. Perspicuum est Aquileiam  
hic designari, cujus episcopus erat Valerianus.

(21) Τῷ Κυρίῳ Codices nonnulli τῷ Θεῷ.

## EPISTOLAI 5A

Ὁυαλεριανῷ, ἐπισκόπῳ Ἰλλυριῶν (20).

Χάρις τῷ Κυρίῳ (21), τῷ δόντι ἡμῖν ἀρχαίας ἀγά-  
πης καρπὸν ἰδεῖν ἐν τῇ σῆ καθαρότητι: ὅς γε το-  
σοῦτον διεστῶς τῷ σώματι, συνηψας ἡμῖν σεαυτὸν  
διὰ γράμματος, καὶ τῷ πνευματικῷ σου καὶ ἀγίῳ  
πόθῳ περιπτυσσάμενος ἡμᾶς, ἀμύθητον τι (22) φι-  
λτρον ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνεποίησας. Ἐργῶ γὰρ ἐμά-  
θομεν τῆς παροιμίας τὴν δύναμιν, ὅτι ὡσπερ ψυχῆ  
διψῶση ψυχρὸν ὕδωρ, οὕτως ἀγγελία ἀγαθὴ ἐκ  
τῆς (23) μακρόθεν. Δεινὸς γὰρ ἐστὶ παρ' ἡμῖν λιμὸς  
ἀγάπης, ἀδελφεῖ τιμιώτατε. Καὶ ἡ αἰτία πρόδηλος,  
ὅτι διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ἐψύγη (24) τῶν  
πολλῶν ἡ ἀγάπη. Διὰ τοῦτο καὶ πολλοῦ ἀξίου ἡμῖν  
ἐφάνη τὸ γράμμα, καὶ ἀμειβόμεθά σε διὰ τοῦ αὐτοῦ  
ἀνδρός τοῦ εὐλαβεστάτου συνδιακόνου ἡμῶν καὶ  
ἀδελφοῦ Σαβίνου: δι' οὗ καὶ γνωρίζομέν σοι ἐαυ-  
τοὺς, καὶ παρακαλοῦμέν σε ἐπαγρυπνεῖν ταῖς ὑπὲρ  
ἡμῶν προσευχαῖς: ἵνα δῶ ποτε ὁ ἅγιος Θεὸς καὶ  
τοῖς ἐνταῦθα πράγμασι γαλήνην καὶ ἡσυχίαν, καὶ  
ἐπιτιμήσῃ τῷ ἀνέμῳ τούτῳ καὶ τῇ θαλάσῃ: ὥστε  
παύσασθαι ἡμᾶς τοῦ σάλου καὶ τῆς ἀνατροπῆς, ἐν  
ᾗ νῦν καθιστήκαμεν, αἰεὶ καταποντισθῆσεσθαι (25)  
παντελῶς ἀναμένοντες. Ἀλλὰ τοῦτο μεγάλως ἐν τοῖς  
C παρούσιν ὁ Κύριος ἡμῖν ἐχαρίσατο, τὸ ὑμᾶς ἀκούειν  
ἐν ἀκριβεῖ συμφωνίᾳ καὶ ἐνότητι εἶναι πρὸς ἀλλή-  
λους, καὶ ἀκωλύτως παρ' ὑμῖν τὸ κήρυγμα τῆς εὐ-  
σεβείας περιαγγέλλεσθαι: ὅτε δὴ ποτε γὰρ (εἴπερ μὴ  
συνκέκλεισται λοιπὸν ὁ χρόνος τοῦ κόσμου τούτου,  
ἀλλ' ἐπὶ ἡμέραι τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ὑπολείπονται)  
ἀνάγκη παρ' ὑμῶν ἀνανεωθῆναι τὴν πίστιν τῇ  
Ἀνατολῇ: καὶ οἷν ἐλάβετε παρ' αὐτῆς ἀγαθῶν, τού-  
των ἐν καιρῷ παρασχέσθαι αὐτῇ τὴν ἀντίδοσιν. Τὸ  
γὰρ ὑγιαῖνον ἐνταῦθα μέρος, καὶ τὴν τῶν πατέρων  
εὐσέβειαν ἐκδικοῦν, ἱκανῶς κέκμηκε, πολλαῖς καὶ  
ποικίλαις μηχανημάτων προσβολαῖς ἐν τῇ εαυτοῦ  
μεθοδείᾳ τοῦ διαβόλου αὐτὸ κατασεΐσαντος. Ἀλλ'  
εὐχαῖς ὑμετέραις τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον,  
D σθεσθεῖα μὲν ἡ πονηρὰ καὶ λαοπλάνος αἵρεσις τῆς  
Ἀρείου κακοδοξίας: ἀναλάμψετε δὲ ἡ ἀγαθὴ τῶν  
Νίκαιαν, ὥστε σύμφωνον τῷ σωτηρίῳ βαπτίσματι τὴν

(22) Ἀμύθητον τι. Coisl. primus et Med. ἀμύ-  
θητον τὸ φίλτρον.

(23) Ἐκ τῆς. Med. et Harl. cum aliis quatuor  
habent ἐκ γῆς.

(24) Ἐψύγη. Tres vetustissimi codices ψυγῆ-  
σεται, *refrigescet*.

(25) Καταποντισθῆσεσθαι... μεγάλως. In vetustis-  
simi tres codices cum duobus aliis. Editi κατα-  
ποντίζεσθαι... μέγας.



## ΕΠΙΣΤΟΛΗ 5B.

## EPISTOLA XCII\*.

*Orientalibus ad scribendum impellit non solum solatium in narrandis ærumnis; sed etiam spes illa, Occidentales tandem auxilio venturos, ubi de rebus Orientis ex Sabino cognoverint. Describunt calamitates Orientis, ut his permoti Occidentales episcopi mittant, qui et hæresis progressus coerceant et pacem inter ipsos catholicos reconcilient.*

Ἡρὸς Ἰταλοῦς καὶ Γάλλους.

A

*Ad Italos et Gallos.*

1. Τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ ὀσιωτάτοις ἀδελφοῖς συλλειτουργοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Γαλλίαν ὁμοφύχοις ἐπισκόποις Μελέτιος, Εὐσέβειος, Βασίλειος, Βάσσος, Γρηγόριος, Πελάγιος, Παῦλος, Ἄνθιμος, Θεοδότος, Βίθος, Ἀβραάμιος, Ἰοβίνος (26) Ζήνων, Θεοδώρητος, Μαρκιανός, Βάραχος, Ἀβραάμιος, Λιβάνιος, Θαλάσσιος, Ἰωσήφ, Βοήθος, Ἰάτριος, Θεόδοτος, Εὐστάθιος, Βαρσοῦμας, Ἰωάννης, Χοσρόης, Ἰωσαάκης, Νάρσης, Μάρης, Γρηγόριος, Δαφνός, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Φέρει μὲν τινα παραμυθίαν ταῖς ὀδυνημέναις ψυχαῖς καὶ στεναγμὸς πολλάκις ἐκ βάθους τῆς καρδίας ἀναπεμπόμενος, καὶ που καὶ δάκρυον ἀποστάξαν τὸ πολὺ τῆς θλίψεως διεφόρησεν· ἡμῖν δὲ οὐχ, ὅσον (27) στεναγμὸς καὶ δάκρυον, παραμυθίαν ἔχει τὸ ἐξεῖπειν ἡμῶν τὰ πάθη πρὸς τὴν ἀγάπην ὑμῶν· ἀλλὰ τις ἡμᾶς καὶ ἐλπίς χρηστοτέρα θάλπει, ὡς τάχα ἂν, εἰ ἐξαγγείλαμεν ὑμῖν τὰ λυπούμενα ἡμᾶς, διαναστήσαιμεν (28) ὑμᾶς πρὸς τὴν ἀντίληψιν ἡμῶν, ἣν πάλαι μὲν προσεδοκῆσαμεν παρ' ὑμῶν ταῖς κατὰ τὴν Ἀνατολὴν Ἐκκλησίαις γενήσεσθαι, οὐδέπω (29) δὲ τετυχηκάμεν, πάντως τοῦ ἐν σοφίᾳ (30) τὰ ἡμέτερα διοικοῦντος Θεοῦ, κατὰ τὰ ἀθεώρητα αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης κρίματα, πλείονι χρόνῳ παράταθῆναι ἡμᾶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς τούτοις οἰκονομήσαντος. Οὐ γὰρ θήπου ἠγνοήσατε τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ὧν ἡ ἀκοή καὶ ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς οἰκουμένης ἐξέδραμεν (31)· οὐδὲ ἀσυμπαθεῖς που ὑμεῖς πρὸς τοὺς ὁμοφύχους τῶν ἀδελφῶν, μαθηταὶ ὑπάρχοντες τοῦ Ἀποστόλου, τοῦ πλήρωμα εἶναι τοῦ νόμου τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην διδάσκοντος. Ἀλλ' ὅπερ εἶπαμεν, ἐπέσχευ ὑμῶν τὴν ὁρμὴν ἢ δικαίαν τοῦ Θεοῦ κρίσιν, ἐκπληρωθῆναι ἡμῖν τὴν διατεταγμένην ἐπὶ ταῖς ἀμαρτίαις ἡμῶν θλίψιν ἐπιμετροῦσα (32). Ἀλλὰ νῦν γοῦν, καὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς ἀλελείας ζῆλον, καὶ τὴν ἡμετέραν συμπάθειαν, διαναστήναι ὑμᾶς παρακαλοῦμεν, πάντα μαθόντας, καὶ ὅσα πρὸ τούτου τὰς ἀκοὰς ὑμῶν διέφυγε, παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου ἀδελφοῦ ἡμῶν τοῦ συνδιακόνου Σαβίνου, ὃς δυνήσεται ὑμῖν καὶ ὅσα τὴν ἐπιστολὴν δια-

(26) Ἰοβίνος. Sic Harlæanus cum utroque Coisl. et Reg. secundo. Vaticanus Ἰουβίνος. Editi Σαβίνος. Paulo post tres codices, nempe Vat., Coisl. secundus et Reg. secundus, habent Ἀτρείος pro Ἰάτριος. Idem Coisl. secundus et Reg. secundus Χουσορόης non Χοσρόης, Ἰσαάκης pro Ἰωσαάκης legitur in Reg. secundo. Ἰσαάκις, in Coisl. secundo. Harl. Ἰωσαάκις. De episcopis, quorum nomina huic epistolæ præscribuntur, agemus in *Vita S. Basilii*. Sed interim observabo post ultimum nomen, quod est Daphnus, male in editis addi καὶ οἱ λοιποί, et reliqui: quibus ex verbis colligit Tillemontius multos alios subscripsisse. Sed hæc desunt in Coisl. utroque, Harl., Reg. secundo et Vat. Leguntur in Regio primo, sed causa in promptu est. Cum enim in hoc codice tria tantum priora nomina recenseantur, monendum fuit alia fuisse prætermissa. Similiter in codice Medicæo post octo episcoporum nomina, additur, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἀδελφοί, et qui cum eis fratres. Hinc perspicitur quomodo error obrepserit. Nam cum vetustæ

1. Religiosissimis ac sanctissimis fratribus coministris in Italia et Gallia unanimis episcopis Meletius, Eusebius, Basilius, Bassus, Gregorius, Pelagius, Paulus, Anthimus, Theodotus, Vitus, Abraamius, Jovinus, Zenon, Theodoretus, Marcianus, Barachus, Abraamius, Libanius, Thalassius, Joseph, Boethus, Iatrius, Theodotus, Eustathius, Barsumas, Joannes, Chosrhoes, Isaacis, Narses, Maris, Gregorius, Daphnus, in Domino salutem. Affert aliquid solatii afflictis animis ipsum suspirium sæpius ex imo corde ductum, ac lacryma erumpens vim afflictionis repellit. Nobis autem non, ut suspirium et lacrymæ, solatium affert mala nostra charitati vestræ narrare: sed præterea nos fovet melior quædam spes, forsitan 184 fore ut, si dolores nostros vobis denuntiaverimus, excitemus vos ad ferendam nobis opem, quam quidem Ecclesiis Orientalibus a vobis adfuturam jampridem speravimus, necdum tamen sumus assecuti; Deo, qui omnia in sapientia moderatur, omnino secundum arcana justitiæ suæ judicia, ut in his tentationibus diutius detineamur, dispensante. Non enim ignorastis, fratres reverendissimi, res nostras, quarum fama ad extremas etiam orbis terrarum partes pervenit: neque certe affectum omnem exuistis erga unanimes fratres, cum discipuli sitis Apostoli, qui proximi dilectionem legis complementum esse docet. Sed, quod jam diximus, inhibuit vestram alacritatem justum Dei judicium, quod constitutam ob peccata nostra afflictionem nobis plene admetitur. Vos tamen adhortamur, ut nunc saltem et ad veritatis studium, et ad nostri commiserationem excitemini, ubi omnia didiceritis, etiam quæcunque antea aures vestras effugere, a religiosissimo fratre nostro condiacono Sabino, qui poterit vobis ea quoque, quæ epistolam prætereunt, per se ipse

editiones tres tantum episcopos numerarent; Parisiensis, quæ lacunam explevit, immerito retinuit, quod in aliis ob vitium, quo carebat ipsa, additum fuerat.

(27) Οὐχ, ὅσον. Regius uterque et Coisl. secundus οὐχ ὅσων. Paulo post Vat., Reg. secundus et Coisl. secundus τῇ ἀγάπῃ ὑμῶν.

(28) Διαναστήσαιμεν. Ita Med. et Coisl. primus. Duo alii διαναστήσωμεν. Harl. διαναστήσαντες. Editi διαναστήσομεν.

(29) Οὐδέπω. Ita mss. sex. Editi οὐδέποτε.

(30) Τοῦ ἐν σοφίᾳ. Editi ποῦ τοῦ τὰ πάντα ἐν σοφίᾳ. Sed deest ποῦ in Harl. et Coisl. primo. Deest etiam τὰ πάντα in Vat., Reg. primo et duobus aliis, et editione Haganoensi.

(31) Ἐπὶ τὰ... ἐξέδραμεν. Ita tres vetustissimi codices, et paulo post ὅπερ εἶπαμεν. Editi εἰς τὰ... διέδραμεν, et ὅπερ. Editio Haganoensis εἶπωμεν.

(32) Ἐπιμετροῦσα. Ita sex mss. Editi ἐπιμετρήσα σα. Hagan. ἐπιμετρήσαι.

\* Alias LXIX. Scripta anno 372.



enarrare : per quem exhortamur vos, ut viscera A induatis miserationis, omnique deposita segnitie laborem dilectionis suscipiatis, et neque viae longitudinem, neque domesticas occupationes, neque aliud quidquam humanum cogitetis.

2. Neque enim Ecclesia una periclitatur; neque duæ aut tres in gravem hanc tempestatem delapsæ. Nam ferme a finibus Illyrici usque ad Thebaidem hæresis malum depascitur. Cujus prava semina prius quidem infamis Arius jecit : altis autem radicibus firmata a pluribus, qui Arium inter et nostram ætatem interjecti impietatem studiose excoluere, nunc exitiosos fructus protulerunt. Nam pietatis eversa sunt dogmata : confusæ Ecclesiæ leges. Hominum Dominum non timentium ambitio in præfecturas insilit, jamque aperte præmium impietatis principatus propositus est, ita ut qui graviores blasphemias ructatus est, dignior habeatur, qui populo episcopus præsit. Perit gravitas sacerdotalis : defecere qui gregem Domini cum scientia pascant : ambitiosis pauperum pecunias in proprios usus et in munerum largitiones semper insumuntibus. Evanuit accurata canonum disciplina; peccandi multa libertas. Nam qui hominum studiis ad principatum devenerunt, in hoc ipso studii gratiam rependunt, quod omnia ad voluptatem indulgeant peccantibus. Perit iudicium æquum: quisque ex sui cordis voluntate ambulat. Nequitia modum nullum habet : exleges populi : deest præpositis dicendi libertas. **185** Servi enim eorum, a quibus collatum beneficium, qui hominum opera sibiipsis dominatum compararunt. Jam quoque et illud mutui belli telum a quibusdam, defensio videlicet doctrinæ sanæ, excogitatum est : et dum privata odia occultant, pro veritate se odisse simulant. Alii vero, dum fugiunt ne turpissimis criminibus arguantur, populis furorem ad mutuam discordiam inspirant, ut communibus malis res suas obumbrant. Quapropter et implacabile est hoc bellum : iis qui mala egere, communem pacem, ut occulta ipsorum dedecora detegentem, metuentibus. Ob hæc rident increduli, fluctuant qui firmiter non credunt : fides est ambigua, offunditur animis ignorantia, eo quod veritatem imitentur, qui doctrinam in malitia adulterant. Silent enim piorum ora ; soluta vero blasphema omnis lingua; profanata sunt sancta ; fugiunt precationis domos populi saniores, ut impietatis scholas, ac in solitudinibus ad Domi-

φεύγει παρ' ἑαυτοῦ διηγήσασθαι· δι' οὗ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς ἐνδύσασθαι σπλάγγνα οἰκτιρμοῦ (33), καὶ ἀποθέσθαι μὲν πάντα ὄκνου, ἀναλαβεῖν δὲ τον κόπον τῆς ἀγάπης· καὶ μήτε ὁδοῦ μήκος, μήτε τὰς κατ' οἶκον ἀσχολίας, (34) μήτ' ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων ὑπολογίσασθαι.

2. Οὗ γὰρ περὶ μιᾶς Ἐκκλησίας ὁ κίνδυνος, οὐδὲ δύο ἢ τρεῖς αἱ τῷ χαλεπῷ τούτῳ χειμῶνι παραπεσοῦσαι (35). Σχεδὸν γὰρ ἀπὸ τῶν ὄρων τοῦ Ἰλλυρικοῦ μέχρι Θηβαίδος τὸ τῆς αἰρέσεως κακὸν ἐπινέμεται. Ἦς τὰ πονηρὰ σπέρματα πρότερον μὲν ὁ δυσώνυμος. Ἄρειος κατεβάλετο· ῥιζωθέντα δὲ διὰ βάρους ὑπὸ πολλῶν τῶν ἐν μέσῳ φιλοπόνως τὴν ἀσεβείαν γεωργησάντων, νῦν τοὺς φθοροποιούς καρποὺς ἐξεβλάστησεν (36). Ἀνατέτραπται μὲν γὰρ τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα, συγκέχυνται δὲ Ἐκκλησίας θείαι. Φιλαρχίαι δὲ τῶν μὴ φοβουμένων τὸν Κύριον ταῖς προστασίαις ἐπιπηθῶσι· καὶ ἐκ τοῦ προφανοῦς λοιπὸν ἄλλοι δυσσεβείας ἢ προεδρία πρόκειται· ὥστε ὁ τὰ χαλεπώτερα βλασφημήσας εἰς ἐπισκοπὴν (37) λαοῦ προτιμότερος. Οἴχεται σεμνότης ἱερατικῆ· ἐπιλειπίπασιν οἱ ποιμαίνοντες μετ' ἐπιστήμης ποιμνίου τοῦ Κυρίου· οἰκονομίας πτωχῶν εἰς ἰδίαις ἀπολαύσεις καὶ δώρων διανομᾶς παραναλισκόντων ἀεὶ (38) τῶν φιλαρχούντων. Ἠμαῦρωται κανόνων ἀκρίβεια· ἐξουσία τοῦ ἀμαρτάνειν πολλή. Οἱ γὰρ διὰ σπουδῆς ἀνθρωπίνης (39) παρελθόντες ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἐν αὐτῷ τούτῳ τῆς σπουδῆς τὴν χάριν ἀναναπληροῦσι, τῷ πάντα πρὸς ἡθουὴν ἐνδιδόναι (40) τοῖς ἀμαρτάνουσιν. Ἀπόλωλε κρῖμα δίκαιον· πᾶς τις τῷ θελήματι τῆς καρδίας αὐτοῦ πορεύεται. Ὁ πονηρία ἀμετρος, οἱ λαοὶ ἀνουθέτητοι, οἱ προεστῶτες ἀπαρρησίαστοι. Δούλοι γὰρ τῶν δεδωκότων τὴν χάριν, οἱ δὲ ἀνθρώπων ἑαυτοῖς τὴν δυναστείαν κατακτησάμενοι. Ἡθ' ἢ δὲ καὶ ὄπλον τισὶ τοῦ πρὸς ἀλλήλους πολέμου ἢ ἐκδίκησις δῆθεν τῆς ὀρθοδοξίας, ἐπινενόηται· καὶ τὰς ἰδίαις ἐχθρας ἐπικρουψάμενοι, ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐχθραίνειν κατασχηματίζονται. Ἄλλοι δὲ, τὸν ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ἐκκλίνοντες ἔλεγχον, τοὺς λαοὺς εἰς τὴν κατ' ἀλλήλων φιλονεικίαν ἐκμαίνουσιν, ἵνα τοῖς κοινοῖς κακοῖς τὸ καθ' ἑαυτοὺς συσκιώσωσι. Διὸ καὶ ἀσπονδὸς ἐστὶν ὁ πόλεμος οὗτος, τῶν τὰ πονηρὰ ἐργασμένων τὴν κοινὴν εἰρήνην, ὡς ἀποκαλύπτουσαν αὐτῶν τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, ὑφορωμένων. Ἐπὶ τούτοις γελῶσιν οἱ ἄπιστοι, σαλεύονται οἱ ὀλιγόπιστοι· ἀμφίβολος ἡ πίστις, ἄγνοια κατακέχυται τῶν ψυχῶν, διὰ τὸ μιμεῖσθαι (41) τὴν ἀλήθειαν τοὺς δολοῦντας τὸν λόγον ἐν κακουργίᾳ. Σιγᾷ μὲν γὰρ τὰ τῶν εὐσεβούντων στόματα· ἀνεῖται δὲ πᾶσα βλάσ-

(33) Οἰκτιρμοῦ. Ita quinque mss. Editi οἰκτιρῶν. Paulo post editi ἀνθρωπικῶν. Med., Harl., Coisl. primus et Reg. secundus ut in textu.

(34) Vide addenda.

(35) Παραπεσοῦσαι. Ita tres vetustissimi mss. Editi περιπεσοῦσαι. Non multo post editi κατεβάλετο. Coisl. primus, Harl. et Reg. secundus κατεβάλετο.

(36) Ἐξεβλάστησεν. Ita Medicæus, codex, accuratius quam editi ἐξεβλάστησαν.

(37) Ἐπισκοπὴν. Sic mss. et editio Haganoen. Aliæ ἐπίσκοπον.

(38) Ἀεὶ. Pro hac voce habent Med. et Harl. πάντα.

(39) Διὰ σπουδῆς ἀνθρωπίνης. Ita tres vetustissimi codices. Editi σπουδαῖς ἀνθρωπίναις.

(40) Ἐνδιδόναι. Ita Harl. cum aliis. Editi διδόναι.

(41) Μιμεῖσθαι. Med. μισεισθαι, eo quod oderint veritatem, etc.



φημος γλωσσα \* ἐθεδηλώθη τὰ ἅγια, φεύγουσι τοὺς A  
 εὐκτηρίους οἴκους οἱ ὑγιαίνοντες τῶν λαῶν, ὡς  
 ἀσθενείας διδασκαλεία \* κατὰ δὲ τὰς ἐρημίας πρὸς τὸν  
 ἐν οὐρανοῖς Δεσπότην μετὰ στεναγμῶν καὶ δακρῶν τὰς  
 χεῖρας αἴρουσιν. Ἐφθασε γὰρ (42) πάντως καὶ μέχρις  
 ὑμῶν τὰ γενόμενα ἐν ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων \* ὅτι οἱ  
 λαοὶ σὺν γυναῖξί καὶ παιδίοις (43) καὶ αὐτοῖς τοῖς  
 πρεσβύταις, πρὸ τῶν τειχῶν ἐκχυθέντες, ἐν τῷ ὑπαίθρῳ  
 κακοπαθείας σὺν πολλῇ τῇ μακροθυμίᾳ, τὴν παρὰ τοῦ Κυρίου ἀντίληψιν ἀναμένοντες.

3. Τίς θρῆνος τῶν συμφορῶν τούτων ἄξιος; ποῖαι  
 πηγαὶ δακρῶν κακοῖς τοσοῦτοις ἀρκέσουσιν (44);  
 Ἔως οὖν ἐτι δοκοῦσιν ἐστάναι τινές, ἕως ἐτι ἔχουσι  
 τῆς παλαιᾶς καταστάσεως διασώζεται, πρὶν τέλειον  
 ταῖς Ἐκκλησίαις ἐπέλθῃ (45) τὸ ναυάγιον, ἐπιείχθητε  
 πρὸς ἡμᾶς, ἐπιείχθητε ἡδὴ, καὶ θεόμεθα, ἀδελφοὶ  
 γνησιώτατοι \* ὁδοὶ χεῖρα τοῖς εἰς γόνυ κλιθεῖσι. B  
 Συγκινηθήτω ἐφ' ἡμῖν τὰ ἀδελφικὰ ὑμῶν σπλάγγνα,  
 προχυθήτω δάκρυα συμπαθείας. Μὴ περιιθῆτε τὸ  
 ἡμῖν τῆς οἰκουμένης ὑπὸ τῆς πλάνης καταποθῆναι \*  
 μὴ ἀνάσχησθε ἀποστειθῆναι τὴν πίστιν, παρ' οἷς  
 πρῶτον ἐξέλαμψε. Τί οὖν ποιήσαντες ἀντιλήψεσθε  
 τῶν πραγμάτων, καὶ πῶς τὸ πρὸς τοὺς θλιβομένους  
 συμπαθεῖς ἐπιδείξεσθε (46), οὐ παρ' ἡμῶν πάντως  
 δεήσει μαθεῖν (47) ὑμᾶς \* ἀλλ' οὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ  
 ἅγιον ὑμῖν ὑποθήσεται. Πλὴν γε ὅτι τάχους χρεῖα  
 πρὸς τὸ περισώσασθαι τοὺς περιλειφθέντας, καὶ παρ-  
 ουσίας ἀδελφῶν πλειόνων, ὥστε πλήρωμα εἶναι συν-  
 ὁδοῦ τοὺς ἐπιδημιούντας, ἵνα μὴ μόνον ἐκ τῆς τῶν  
 ἀποστειλάντων σεμνότητος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ οἰκείου  
 ἀριθμοῦ τὸ ἀξιόπιστον ἔχωσιν εἰς διόρθωσιν \* οἱ καὶ  
 τὴν ἐν Νικαίᾳ γραφεῖσαν παρῇ τῶν Πατέρων ἡμῶν C  
 πίστιν ἀνανεώσουσιν, καὶ τὴν αἵρεσιν ἐκκηρύξω-  
 σιν (48), καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις τὰ εἰρηνικὰ διαλέ-  
 ξονται, τοὺς τὰ αὐτὰ φρονούντας συνάγοντες (49) εἰς  
 ὁμόνοιαν. Τοῦτο γὰρ δήπου τὸ πάντων ἐλπειώτατον  
 ὅτι καὶ τὸ δοκοῦν ὑγιαίνειν ἐφ' ἑαυτὸ ἐμερίσθη \* καὶ  
 περιέστηκεν ἡμᾶς, ὡς εἶοικε, παραπλήσια πάθη τοῖς  
 ποτὲ κατὰ τὴν, Οὐεσπασιανοῦ πολιορκίαν τὰ Ἱεροσό-  
 λυμα περικοποῦσιν. Ἐκεῖνοι τε γὰρ ὁμοῦ μὲν τῷ ἔξω-  
 θεν συνειχόντο πολέμῳ, ὁμοῦ δὲ καὶ τῇ ἐνδοθεν  
 στάσει τῶν ὁμοφύλων κατανηλίσκοντο. Ἡμῖν δὲ πρὸς  
 τῷ φανερῷ πολέμῳ τῶν αἰρετικῶν ἐτι καὶ ὁ παρὰ  
 τῶν δοκοῦντων ὀρθοδοξεῖν (50) ἐπαναστάς, πρὸς  
 ἔσχατον ἀσθενείας τὰς Ἐκκλησίας κατέγαγεν. Ἐφ'  
 ἄπερ καὶ μάλιστα τῆς παρ' ὑμῶν χρήσομεν βοή-  
 θείας, ὥστε τοὺς τὴν ἀποστολικὴν ὁμολογοῦντας D

num in cœlis inhabitantem cum gemitibus et la-  
 crymis manus attollunt. Pervenerunt autem pro-  
 fecto et usque ad vos quæ in plerisque civitatibus  
 geruntur. Nimirum populi cum uxoribus liberisque  
 et ipsis senibus pro mœnibus effusi, sub dio pre-  
 ces fundunt, ferentes omnes aeris injurias multa  
 cum patientia, et auxilium a Domino exspectantes.  
 τελοῦσι τὰς προσευχάς, φέροντες πάσας τὰς ἐκ τοῦ ἀέρος  
 ἀντιλήψιν ἀναμένοντες.

3. Quæ lamentatio his calamitatibus digna?  
 quales lacrymarum fontes his malis pares erunt?  
 Itaque, dum adhuc nonnulli videntur stare, dum  
 adhuc veteris status vestigium servatur, priusquam  
 cumulatum Ecclesiis superveniat naufragium, festi-  
 nate ad nos, jam festinate, ita precamur, fratres  
 germanissimi: in genua provolutis manum porri-  
 gite. Fraternalia viscera commoveantur nostra  
 causa, profundantur lacrymæ commiserationis.  
 Mediam orbis partem ab errore absorberi ne sinatis:  
 nec fidem apud eos feratis extinguere, apud  
 quos primum illuxit. Quid igitur facto opus sit, ut  
 rebus nostris subveniatis, et quomodo commiserationem  
 ostendatis erga divexatos, nullo modo a  
 nobis necesse erit vos discere: sed sanctus ipse  
 Spiritus vobis suggeret. At certe celeritate opus  
 est ad eos, qui supersunt, servandos, et plurimum  
 fratrum præsentia, ut synodi numerum expleant,  
 qui huc advenient, ut non solum ex eorum qui mi-  
 serint gravitate, sed etiam ex suo ipsorum numero  
 pondus atque auctoritatem ad res emendandas ha-  
 beant: qui et fidem in Nicæa a nostris Patribus  
 scriptam instaurent, et hæresim proscribant, et  
 Ecclesiis loquantur pacifica, eos qui idem sentiunt,  
 ad concordiam adducentes. Hoc enim profecto  
 omnium maxime dignum est miseratione, quod et  
 ea pars quæ videtur esse sana, divisa **186** est in  
 semetipsam: ac nos circumstant, ut verisimile  
 est, similes calamitates his, quæ olim Hierosoly-  
 mis, Vespasiano obsidente, acciderunt. Illi enim  
 simul et externo premebantur bello, et domestica  
 tribulium seditione absumebantur. Apud nos au-  
 tem, præter apertum hæreticorum bellum, aliud  
 præterea ab iis, qui videntur recte sentire, excita-  
 tum, ad extremam debilitatem Ecclesias perduxit.  
 Ob quæ et maxime indigemus auxilio vestro, ut qui  
 apostolicam profitentur fidem, excogitata a se schi-

(42) Ἐφθασε γὰρ. Ita tres vetustissimi codices:  
 editi Ἐφθασε δὲ. Ibidem πάντως additum ex quin-  
 que mss. Editi τὰ γενόμενα. Plerique mss. τὰ γε-  
 νόμενα.

(43) Παιδίοις. Ita Harl., Med. et Coisl. primus.  
 Editi παισί. Ibidem editi πρὸ τῶν πυλῶν. Sex mss.  
 ut in textu.

(44) Ἀρκέσουσιν. Ita tres vetustissimi mss. Qua-  
 tuor alii ἐξαρκέσουσι. Editi ἐπαρκέσουσι.

(45) Ἐπέλθῃ. Uterque Regius et Coisl. primus  
 ἐπέλθειν.

(46) Ἐπιδείξεσθε. Coisl. primus et Harl., ἐπι-  
 δείξθητε.

(47) Μαθεῖν. Ita tres vetustissimi mss. Editi μα-  
 θεῖν.

θήσειν. Paulo post Regius uterque et Coisl. primus  
 ὑπολειφθέντας.

(48) Ἐκκηρύξουσι. Ita tres vetustissimi codices:  
 tres alii Ἐκκηρύξουσιν. Editi ἐκριζώσουσι, *Eradica-  
 bunt*. Ex hac autem vetustissimorum codicum scri-  
 ptura patet similiter legendum esse ἀνανεώσονται  
 et διαλέξονται, quod lucem affert verborum com-  
 plexioni.

(49) Συνάγοντες. Harl. et Coisl. primus συναγαγόν-  
 τες. Paulo post editi ἐλπειώτατον. Septem mss. ut in  
 textu.

(50) Ὀρθοδοξεῖν. Harl., Vat. et Reg. primus ὁμοδο-  
 ξεῖν.



smata dissolventes, deinceps auctoritati Ecclesiae subjiciantur, ut perfectum fiat Christi corpus jam in omnibus membris integritati restitutum; ac non solum aliorum bona laudemus, id quod nunc facimus, sed etiam nostras ipsorum Ecclesias in pristinum rectae fidei decus restitutas videamus. Revera enim laude summa dignum est, quod a Domino pietati vestrae datum est, adulterinum quidem a probo ac puro discernere, Patrum vero fidem sine ulla dissimulatione praedicare: quam quidem et nos suscepimus, agnovimusque apostolicis notis signatam: eique et caeteris omnibus, quae in synodico scripto canonice et legitime statuta sunt, assentimur.

## EPISTOLA XCHII\*.

*Docet Basilius bonum esse et perutile quotidie communicare: observat quater singulis hebdomadibus Caesarienses, atque etiam saepius communicare. Respondet alteri quaestioni an persecutionis tempore liceat communionem manu sua accipere, si nec presbyter adsit nec diaconus.*

*Ad Caesariam patriciam, de communione.*

Singulis etiam diebus communicare, ac participem esse sancti corporis et sanguinis Christi, bonum est et perutile: cum ipse perspicue dicat: *Qui comedit meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam*<sup>9</sup>. Quis enim dubitat quin vitae continenter esse participem nihil aliud sit quam multiplici ratione vivere? Nos quidem quater singulis hebdomadibus communicamus, Dominica die, quarta die, in parasceve et Sabbato, et aliis diebus, si sancti alicujus memoria recolatur. Quod autem persecutionum temporibus cogitur quis, absente sacerdote aut **187** diacono,

<sup>9</sup> Joan. vi, 55.

\* Alias CCLXXXIX. Scripta circa ann. 372.

(31) Ἄ παρεπενόησαν. Ita Coisl. et Harl. Editi ἄπειρο ἐπενόησαν.

(32) Ἐν τῷ συνοδικῷ. Exstat synodica illa epistola, Graece quidem apud Sozomenum et Theodoretum. Latine vero in collectione Romana ex veteribus monumentis descripta. Sed cum synodus in hac epistola doceat Patrem et Filium et Spiritum sanctum unius esse hypostasis et essentiae, τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως καὶ οὐσίας, quomodo Basilius et cum eo plures alii, qui unam in tribus hypostasim ferre non poterant, omnibus tamen, quae synodi litteris continentur, declarant se assentiri? Magnum sane indicium hanc vocem ὑποστάσεως subdititiam esse et assutam. Sed huc accedit cum ipsa epistola ab Holstenio edita, in qua legitur tantum Patrem et Filium unius esse substantiae, tum maxime ipsius Basili testimonium, qui in epist. 214 docet ipsos etiam Occidentales discrimen inter essentiam et hypostasim subindicasse; siquidem in litteris suis, cum linguæ suæ inopiam suspectam haberent, essentiae nomen Graeca lingua ediderant. Non ergo dixerunt Occidentales Patrem et Filium ejusdem esse ὑποστάσεως καὶ οὐσίας, sed tantum ejusdem οὐσίας, omissa hypostasis voce. Atque inde etiam colligitur eos non Graece scripsisse, nec epistolam, quae est apud Sozomenum et Theodoretum, primum esse et germanissimum exemplar, ut eruditus editor litterarum summorum pontificum contra Tillemontium et alios contendit, sed potiori jure hanc laudem editae ab Holstenio epistolae Latinae tribuendam.

πίστιν, ἃ παρεπενόησαν (31) σχίσματα διαλύσαντας, ὑποταγῆναι τοῦ λοιποῦ τῆ αὐθεντίας τῆς Ἐκκλησίας· ἵνα ἄρτιον γένηται τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς μέλεσιν εἰς ὁλοκληρίαν ἐπανελθόν· καὶ μὴ μόνον τὰ παρ' ἑτέροις μακαρίζωμεν ἀγαθὰ, ὅπερ νῦν ποιούμεν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἡμετέρας αὐτῶν ἐπίδωμεν Ἐκκλησίας τὸ ἀρχαῖον καύχημα τῆς ὀρθοδοξίας ἀπολαβούσας. Τῷ ὄντι γὰρ τοῦ ἀνωτάτου μακαρισμοῦ ἄξιον τὸ τῆ ὑμετέρα θεοσεβεία χαρισθῆν παρὰ τοῦ Κυρίου τὸ μὲν κίβδηλον ἀπὸ τοῦ δοκίμου καὶ καθαροῦ διακρίνειν, τὴν δὲ τῶν Πατέρων πίστιν ἄνευ τινὸς ὑποστολῆς κηρύσσειν· ἣν καὶ ἡμεῖς ἐδέξάμεθα, καὶ ἐπέγνωμεν ἐκ τῶν ἀποστολικῶν χαρακτηριστῶν μεμορφωμένην, συνθέμενοι καὶ αὐτῇ καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῷ συνοδικῷ (32) γράμματι κανονικῶς καὶ ἐνθέσμως δεδωγματισμένοις.

## EPISTOLA LI'.

B Πρὸς Καισαρίαν (33) πατριχίαν, περὶ κοινωνίας.

Καὶ τὸ κοινωνεῖν δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ μεταλαμβάνειν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, καλὸν καὶ ἐπωφελές· αὐτοῦ σαφῶς λέγοντος· Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. Τίς γὰρ ἀμφιβάλλει, ὅτι τὸ μετέχειν συνεχῶς τῆς ζωῆς οὐδὲν ἄλλο (34) ἐστὶν ἢ ζῆν πολλαχῶς; Ἡμεῖς μέντοιγε τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν, ἐν τῇ Κυριακῇ, ἐν τῇ τετράδι, καὶ ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ Σαββάτῳ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐὼν ἢ μνήμη ἁγίου (35) τινός. Τὸ δὲ ἐν τοῖς τοῦ διωγμοῦ καιροῖς ἀναγκάζεσθαι τινα, μὴ παρόντος ἱερέως ἢ λειτουργ-

C (33) Πρὸς Καισαρίαν. Colbertinus codex πρὸς Καισαρίαν πατριχίαν, περὶ κοινωνίας. In quodam codice Regio occurrit fragmentum hujus epistolae sic inscriptum: Ἐκ τῆς πρὸς Καισαρίαν ἐπιστολῆς. *Ex epistola ad Caesarium.*

(34) Οὐδὲν ἄλλο. Quidam mss. οὐδὲν ἄλλο τι.

(35) Ἁγίου. Ita duo codices Coisliniani, Vat., Paris., Clarom., unus Regius et unus Colb. Non legitur haec epistola in codice Harlaeano. Editi μαρτυροῦν, quam lectionem tuetur Combefisius, et Scultetum castigat, quod reddiderit alicujus sancti, cum soli martyres illis temporibus colerentur. Sed ne id quidem Combefisio concedi potest, martyres solos tunc coli solitos fuisse. Narrat Basilius in epistola ad Ambrosium, Dionysio Mediolanensi eundem ac martyribus honorem delatum fuisse ab incolis illius loci, in quo sepultus fuerat. Nec minor fuit Gregorii apud Neocaesarienses celebritas. Athanasii et Basili diei festos nemo nescit stalem post eorum mortem celebratos fuisse. Atque etiam si demus Combefisio quod contendit, non idcirco mutandus erit contextus. His enim vocibus, *Si sancti alicujus memoria recolatur*, nihil vetat apostolos et martyres intelligere. Sic enim Paulum designat Basilius in epist. 204, sic designantur sacri scriptores in libro secundo *adversus Eunomium*, n. 8. Sed quod nullum prorsus difficultati locum relinquit, Gregorius Nyssenus, *Orat. in laudes Basili*, pag. 485, negat celebritatem illius diei minorem videri debere aliis sanctorum festis diebus, τῶν ἐπὶ τοῖς ἁγίοις ἑορτῶν.



γοῦ, τὴν κοινωνίαν λαμβάνειν τῇ ἰδίᾳ χειρὶ, μηδαμῶς εἶναι βαρὺ περιττὸν ἐστὶ ἀποδεικνύει, διὰ τὸ καὶ τὴν μακρὰν συνήθειαν τοῦτο δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων πιστώσασθαι. Πάντες γὰρ οἱ κατὰ τὰς ἐρήμους (56) μονάζοντες, ἐνθα μὴ ἐστὶν ἱερεὺς, κοινωνίαν οἴκοι κατέχοντες, ἀφ' ἑαυτῶν μεταλαμβάνουσιν. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ἕκαστος καὶ τῶν ἐν λαῷ τελούντων ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἔχει κοινωνίαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ ὅτε βούλεται (57), μεταλαμβάνει δι' ἑαυτοῦ. Ἄπαξ γὰρ τὴν θυσίαν τοῦ ἱερέως τελειώσαντος καὶ δεδωκότος, ὁ λαβὼν αὐτὴν ὡς ὅλην ὁμοῦ, καθ' ἑκάστην μεταλαμβάνων, παρὰ τοῦ δεδωκότος εἰκότως μεταλαμβάνειν (58) καὶ ὑποδέχσθαι πιστεύειν ὀφείλει. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ὁ ἱερεὺς ἐπιδίδωσι τὴν μερίδα, καὶ κατέχει αὐτὴν ὁ ὑποδεχόμενος μετ' ἐξουσίας ἀπάσης, καὶ οὕτω προσάγει τῷ στόματι τῇ ἰδίᾳ χειρὶ. Ταῦτόν τοίνυν ἐστὶ τῇ δυνάμει, εἴτε μίαν μερίδα δέξεται τις παρὰ τοῦ ἱερέως, εἴτε πολλὰς, μερίδας ὁμοῦ.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ 54.

*Cum amplissimum ædificium construeret Basilius, inde illius accusandi arrepta causa : huc accesserunt ab episcopis dissidentibus aliæ criminationes. Primam accusationem repellit, ac ædificium suum imperatoris iudicio comprobatum, et rei publicæ utile esse docet. Cæteras differt in aliud tempus. Interim præsidem rogat ut Alexandri factum imitetur.*

Ἡλιᾷ ἀρχοντι τῆς ἐπαρχίας (59).

Ὁρμησα μὲν καὶ αὐτὸς καταλαβεῖν σου τὴν τιμιότητα, ὡς ἂν μὴ τῇ ἀπολείψει ἐλαττόν τι ἔχοιμι τῶν διαβαλλόντων· ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ ἀρρώστια τοῦ σώματος διεκόλυσε, σφοδρότερον πολλῶ τῆς συνηθείας ἐπιθεμένη, ἀναγκαίως ἤλθου ἐπὶ τὸ γράμμα. Ἐγὼ τοίνυν, ὧ θαυμάσιε, συντυχῶν πρώην τῇ τιμιότητί σου, ὠρμησα μὲν καὶ περὶ πάντων τῶν κατὰ τὸν βίον (60) μου πραγμάτων ἀνακοινώσασθαι σου τῇ φρονήσει· ὠρμησα δὲ καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐνεκα ποιήσασθαι (61) τινα λόγον, ὡς ἂν μὴ ταῖς μετὰ ταῦτα διαβολαῖς χῶρα τις ὑπολείποιτο. Ἄλλ' ἐπέσχον ἑμαυτὸν, λογιζόμενος περίεργον εἶναι παντελῶς, καὶ πέρα (62) τοῦ μέτρου φιλότιμον, ἀνδρὶ τοσοῦτον πλη-

(56) Ἐρήμους. Multi mss. ἐρημίας.

(57) Καὶ ὅτε βούλεται, etc. Hæc desunt in editis, at leguntur in codicibus Med., Coisl. primo, Vat. et pluribus aliis.

(58) Μεταλαμβάνειν. Nonnulli mss. μεταλαμβάνει. Idem ex Theodoro Studita quæsitum cum esset, non idem responsum dedit ac Basilius. Interrogatus enim an per se ipsi monachi et moniales Eucharistiam accipere possint, respondet in epist. 219 libri secundi, pag. 738, ne sacra quidem donaria tangere licitum esse, ἀπεισθαι οὐδὲ τῶν θείων ἀναθημάτων, iis qui sacerdotii participes non sunt, nec, nisi forte necessitate urgente, si desit presbyter, vel diaconus, per seipsum sumere Eucharistiam. Quomodo autem tunc sumenda sit, sic præscribit : Τηθεμένης βιβλίου ἱεροῦς, καὶ ἐφαπλουμένης ὀθόνης καθαρῆς, ἡ ἱεροῦς ἐπικαλυμματίδος, ἐκτίσει τοῦ δώρου ἀπὸ χειρὸς σὺν φόβῳ προτεθέντος, μετὰ τὴν ὑμνωδίαν ἀπὸ στόματος λεπτέου· εἶθ' οὕτω διακλύσειως οἴνου γενομένης τῶν λαμβάνοντι· Posito sacro libro, extensoque puro linteo, aut sacro velamine, deposita prius illic e manu cum metu sacra Eucharistia, post hymnorum recitationem ore sumi debet. Postea, qui accepit, abluere os vino debet.

(59) Ἡλιᾷ, etc. Deest Helie nomen in codicibus

A communionem sua ipsius manu accipere, id grave non esse supervacuum est ostendere; quia hoc diuturna consuetudo ipsis rebus confirmat. Omnes enim in solitudinibus monachi, ubi non est sacerdos, communionem domi servantes, suis ipsorum manibus sumunt. Alexandriae autem et in Ægypto unusquisque etiam de plebe ut plurimum habet domi communionem, et quando vult, per se ipse fit illius particeps. Postquam enim semel sacerdos sacrificium absolvit, ac porrexit: qui illud, ut totum simul accepit, is dum quotidie participat, merito credere debet se ab eo qui dedit participare et accipere. Enimvero etiam in Ecclesia sacerdos porrigit partem: quam qui suscipit, cum omni potestate retinet, et sic ori admovet propria manu. Itaque idem valet, sive quis partem unam a sacerdote accipiat, sive multas simul.

## EPISTOLA XCIV\*.

Helie rectori provinciæ.

Volebam et ipse tuam dignitatem adire, ne ob absentiam minus aliquid haberem, quam qui calumniantur; sed quia infirma corporis valetudo prohibuit, solito longe vehementius ingruens, necessario ad scribendum veni. Ego igitur, vir admirande, cum nuper una cum tua præstantia versarer, volebam et de omnibus meis exterioribus negotiis cum tua prudentia communicare; volebam et de Ecclesiis sermonem instituere, ut nihil postea calumniis loci relinqueretur. Sed me repressi, omnino præposterum esse existimans, ac immoderatum studium, viro tanta negotiorum multitudine onerato curas adhuc, easque non necessarias, inji-

Med. et Coisl. primo: reperitur in Reg. utroque, Coisl. secundo, Paris., et secunda manu in Harlæano.

(60) Κατὰ τὸν βίον. Pronomen quod sequitur, referri debet ad πραγμάτων. Non enim id dicit Basilius, quod ab eo dictum existimarunt eruditi, voluisse se totius vitæ suæ rationem Helie reddere. Distinguit enim negotia illa, de quibus voluerat cum Helia communicare, a negotiis ecclesiasticis, id est ad fidem et disciplinam pertinentibus. Nequaquam autem poterat vitæ suæ rationem reddere, quin simul de rebus ecclesiasticis ageret. Illa ergo κατὰ βίον πράγματα sunt negotia exteriora, sive, ut vocant, temporalia. In epist. 81 digniorem episcopatu existimat senem omnibus virtutibus ornatum, quam juvenem ad hoc tantum idoneum ut mittatur et exteriora negotia pertractet, πρὸς τὸ πέμπεσθαι καὶ τὰς βιωτικὰς ἀνάγειν χρείας. Eodem sensu usurpantur in epist. 193, ἀσχηλῆται τῶν κατὰ τὸν βίον πραγμάτων.

(61) Ποιήσασθαι. Editi τοῦ ποιήσασθαι, sed deest articulus in omnibus mss. Paulo post editi ὑπολείποιτο. Quinque mss. ut in textu.

(62) Καὶ πέρα. Ita mss. omnes: editio prima Paris. καὶ παρὰ. Paulo post Coisl. primus ἀνδρὶ τοσοῦτω.

\* Alias CCCLXXII. Scripta anno 372.



cere. Ad hæc, dicetur enim quod res est, et alias timui ne forte in necessitatem veniremus vulnerandæ mutuis altercationibus animæ tuæ, quæ pura sua in Deum pietate perfectam religiosi cultus mercedem percipere debet. Nam revera si ipsi te ad nos abstrahamus, parum tibi otii ad res publicas relinquemus; ac idem fere faciemus, ac si quis nauclerum, **188** qui navem nuper compactam in magna gubernat tempestate, sarcinis novis prægravet, cum aliquid detrahere oneris, et quantum fieri potest allevare oporteat. Unde mihi videtur et magnus imperator, ubi nostram hanc sollicitudinem perspexit, veniam dedisse, ut Ecclesias per nos ipsi administrarem. Jam vero eos qui sinceris tuis auribus obstrepunt, interrogatos volo, quid a nobis rebus publicis allatum sit detrimenti? quid parvum magnumve in rebus communibus nostra Ecclesiarum gubernatione lædatur? nisi quis dicat damnum ab eo rebus afferri, qui precationis domum magnifice constructam erigit Deo nostro, et ædes circum illam, aliam quidem liberali specie, episcopo privatim addictam, alias vero interiores Dei famulis ex ordine distributas; quarum usus communis vobis rectoribus, et vestro comitatui. Ecquem injuria afficimus, dum peregrinis, sive hac transeuntibus, sive medela aliqua ob morbum indigentibus hospitia construimus, atque sic necessarium constituimus solatium, ægrorum curatores, medicos, jumenta, deductores? Quibus necesse fuit et artes adjungi, tum quæ ad vitam sunt necessariae, tum quæ ad honestius vitæ institutum fuerunt excogitatae: alias rursus ædes ad facienda opera idoneas, quæ omnia ipsi loco ornatum, et rectori nostro gloriam ferunt, laude in eum redundante. Tu certe non ideirco ad nos regendos invitatus adductus es, quod solus animi magnitudine possis opera collapsa instaurare, loca non habita incolis complere, et uno verbo solitudines in urbes transformare. Qui igitur ad hæc se adiutorem præbet, eum abigere et injuriis afficere consentaneum, an honorare ac colere? Neque existimes, vir optime, verba tantum esse quæ dicimus: siquidem jam in opere versamur, cum materiam hæc igitur ad nostram coram rectore defensionem dicta sint. Quæ autem par est adversus accusatorum querelas, ut Christiano et amico existimationem meam curæ habenti, respondere, ea nunc necesse est prætermittere, ut et epistolæ modo longiora, et aliunde inanimis epi-

(63) Ἐπιστρέψωμεν. Ita mss. summo consensu. Editi ἐπιστρέψομεν.

(64) Οἰκονομίας. Hæc vox addita ex novem mss. Paulo post editi μεγαλοπρεπῆς: mss. summo consensu μεγαλοπρεπῶς.

(65) Ἐξερρημένον. Hæc scriptura, quamvis in editis tantum ac Coisl. primo occurrat, videtur tamen ei præferenda, quam habent alii mss. ἐξερρημένον. Paulo post editi ἐν τάξει, pro quo ex mss. posuimus ἐν τάξει.

(66) Παραπέμποντας. Deductores, id est eos qui obviam ibant, et abeuntes deducebant. Videtur

Αθος πραγμάτων ἐξερρημένον ἔτι καὶ τὰς ἐξω τῶν ἀναγκαίων ἐπιβάλλειν φροντίδας. Ὁμοῦ τε (εἰρήσεται γὰρ τάληθες), καὶ ἄλλως ὠκνήσα μήποτε εἰς ἀνάγκην ἔλθωμεν ταῖς κατ' ἀλλήλων ἀντιλογίαις τρώσαι τὴν ψυχὴν σου, ὀφείλουσαν ἐν τῇ καθαρᾷ περὶ τὸν Θεὸν εὐλαβείᾳ τέλειον τὸν μισθὸν τῆς θεοσεβείας καρποῦσθαι. Τῷ ὅντι γὰρ, ἐὰν σε πρὸς ἑαυτοὺς ἐπιστρέψωμεν (63) ἡμεῖς, ὀλίγην σοι σχολὴν πρὸς τὰ δημόσια καταλείψομεν· καὶ παραπλήσιον ποιήσομεν, ὥσπερ ἂν εἴ τις κυβερνήτην, νοσπαγῆ γαῖαν ἐν μεγάλῳ κλύθῳ διευθύνοντα, τῇ προσθήκῃ τοῦ φόρτου καταβαρύνει, θεὸν ἀφαιρῆν τι τῶν ἀγωγίων, καὶ συνεπικουφίξεν ὡς θυνατόν. Ὅθεν μοι δοκεῖ καὶ βασιλεὺς ὁ μέγας, τὴν πολυπραγμοσύνην ἡμῶν ταύτην καταμαθῶν, ἔασαι ἡμᾶς ἐφ' ἑαυτῶν τὰς Ἐκκλησίας οἰκονομεῖν. Τοὺς μέντοι ταῖς ἀδύλοις ἀκοαῖς σου παρενοχλοῦντας ἐρωτηθῆναι βούλομαι, τί χειρὸν ἔχει τὰ δημόσια παρ' ἡμᾶς; ἢ τί μικρὸν ἢ μείζον τῶν κοινῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας περὶ τὰς Ἐκκλησίας οἰκονομίας (64) ἡλάττωται; πλὴν εἰ μὴ τις λέγοι βλάβην τοῖς πράγμασι φέρειν, οἶκον εὐκτῆριον μεγαλοπρεπῶς κατασκευασμένον ἀναστῆσαι τῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ περὶ αὐτὸν οἰκῆσαι, τὴν μὲν ἐλευθέρην ἐξερρημένον (65) τῷ κορυφαίῳ, τὰς δὲ ὑποβεβηκυίας τοῖς θεραπευταῖς τοῦ θεοῦ διακεννημένους ἐν τάξει, ὧν ἡ χρῆσις κοινὴ πρὸς τε ὑμᾶς τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς παρεπομένους ὑμῶν. Τίνα δὲ ἀδικούμεν, καταγωγία τοῖς ξένοις οἰκοδομοῦντες, τοῖς τε κατὰ πάροδον ἐπιφαιτώσι καὶ τοῖς θεραπείας τινὸς διὰ τὴν ἀσθένειαν θεομένοις, καὶ τὴν ἀναγκαίαν τοῦτοις παράμυθίαν ἐγκαθιστῶντες, τοὺς νοσοκομοῦντας, τοὺς ἰατροῦντας, τὰ νοτοφόρα, τοὺς παραπέμποντας (66); Τοῦτοις ἀνάγκη καὶ τέχνας ἐπέσθαι, τὰς τε πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίας, καὶ ὅσαι πρὸς εὐσχήμονα βίου διαγωγὴν ἐφευρέθησαν· οἶκους πάλιν ἑτέρους ταῖς ἐργασίαις ἐπιτηθεῖους, ἅπερ πάντα τῷ μὲν τόπῳ κόσμος, τῷ δὲ ἄρχοντι ἡμῶν σεμνολόγημα, ἐπ' αὐτὸν τῆς εὐφρημίας ἐπανιούσης. Ὅς γε οὐδὲ τούτου ἕνεκεν πρὸς τὴν ἐπιστασίαν ἡμῶν ἐξεβιάσθης, ὡς μόνος ἐξαρχῶν τῷ μεγέθει τῆς γνώμης τὰ τε κατερόρυκτότα τῶν ἔργων (67) ἀναλαβεῖν, καὶ οἰκίσαι τὰς ἀοικητούς, καὶ ὅπως εἰς πόλεις τὰς ἐρημίας μετασκευάσαι. Τὸν οὖν εἰς ταῦτα συνεργούοντα ἐλαύνειν καὶ ὑβρίζειν, ἢ τιμῆν καὶ περιέπειν, ἀκόλουθότερον ἦν; Καὶ μὴ οἰηθῆς, ὡ ἄριστε, λόγον μόνον εἶναι τὰ παρ' ἡμῶν· ἤδη γὰρ ἔσμεν ἐν τῷ ἔργῳ, τὰς ὕλας τέως συμποριζόμενοι. Τὰ μὲν οὖν πρὸς τὴν τοῦ ἀρχοντος ἀπολογίαν τοιαῦτα. Ἄ δὲ δεῖ πρὸς τὰς τῶν φιλατιῶν μέμψεις, ὡς Χριστιανῶ καὶ φίλῳ πεφροντικῶτι

honoris causa hoc munus clericis sæpe commissum fuisse. Nam Basilius in epist. 243 testatur Arianos sibi omnia ecclesiastica munia arrogare, in his ut deducant proficiscentes. Queritur in epist. 98, quod se Meletius et Theodotius perfunctorie invitaverint, nec quemquam miserint, qui iterum admoneret aut deduceret. (Vide Addenda).

(67) Τῶν ἔργων. Ita tres vetustissimi codices, Harl., Med. et Coisl. primus. Sex alii mss. non ita vetusti pro his vocibus habent τῷ χρόνῳ. Editi utrumque habent τῶν ἔργων et τῷ χρόνῳ.



ἡμῶν τῆς ὑπολήψεως ἀποκρίνασθαι, ἀναγκαῖον νῦν ἀποσιωπῆσαι, ὡς καὶ μακρότερα τοῦ μέτρου τῆς ἐπιστολῆς, καὶ ἄλλως οὐκ ἀσφαλῆ γράμμασιν ἀψύχοις καταπιστεῦσθαι. Ἴνα δὲ μὴ τὸν πρὸ τῆς συντυχίας χρόνον, ταῖς διαβολαῖς τινῶν ὑπαχθῆις, ὑφείναι τι τῆς περὶ ἡμᾶς εὐνοίας ἀναγκασθῆς, τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου ποίησον. Καὶ γὰρ ἐκεῖνόν φασι, διαβαλλομένου τινὸς τῶν συνήθων, τὴν μὲν ἐτέραν τῶν ἀκοῶν ἀνεῖναι τῷ διαβάλλοντι, τὴν δὲ ἐτέραν ἐπιμελῶς ἐπιφροῦξασθαι τῇ χειρὶ· ἐνδεικνύμενον, ὅτι θεοὶ τὸν ὀρθῶς κρινεῖν μέλλοντα μὴ ὄλον εὐθὺς τοῖς προλαβοῦσιν ἀπάγεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἡμισυ τῆς ἀκρόασις ἀκέραιον διασώξουσιν πρὸς ἀπολογία τῷ μὴ παρόντι.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ Η΄.

*Invitatus a Meletio et Theodoto Basilius ad diem festum, medio mense Junio celebrandum, scripserat ad Eusebium per Theophrastum diaconum. Quo mortuo ante perlatas litteras, cum dies tantum triginta superessent, litteras illas misit Basilius Eustathio, ut cito perferrentur ad Eusebium. Declarat Basilius se ad hunc locum et diem venturum, si ipse etiam veniat Eusebius: secus vero, nequaquam iturum, sed potius profecturum ad ipsum Eusebium.*

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

Πάλαι ἐπιστείλας τῇ θεοσεβείᾳ σου ἄλλων τε τινῶν ἕνεκεν καὶ τοῦ συντυχεῖν ἡμᾶς ἀλλήλοισι, διήμαρτον τῆς ἐλπίδος, οὐκ ἀφικομένων τῶν γραμμάτων εἰς τὰς χεῖρας τῆς σῆς τιμιότητος, τοῦ μακαρίου διακόνου Θεοφράστου δεξαμένου μὲν τὰ γράμματα ἡμῶν ἐπὶ τινα περιοδείαν ἀναγκαιῶς ἀποδημούντων (68), μὴ διαπεμφθέντων δὲ τῇ θεοσεβείᾳ σου, τῷ προκαταληφθῆναι τῇ ἀρόωστῆ ὑφ' ἧς ἐτελεύτησεν. Ὅθεν τοσοῦτον ὕστερος ἦλθον τοῦ καιροῦ πρὸς τὸ γράφειν, ὥστε μηδὲ ὀφείλεις τι ἐλπίζειν ἐκ τῆς ἐπιστολῆς ἔσεσθαι ταύτης, εἰς στενὸν παντῆως κατακλεισθέντος τοῦ χρόνου. Ὁ γὰρ τοι θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Μελέτιος καὶ Θεόδοτος ἐπέταξαν ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς διαβῆναι, ἀγάπης τε ἐπίδειγμα τῆν συντυχίον ποιούμενοι, καὶ τινα καὶ διόρθωσιν (69) γενέσθαι τῶν νῦν παραλυπούτων βουλόμενοι. Ἀπέδειξαν τε ἡμῖν χρόνον μὲν τῆς συντυχίας τὰ μέσα τοῦ προσιόντος μηνὸς Ἰουνίου, τότεν δὲ Φαργαμοῦν (70) τὸ χωρίον, ἐπίσημον μαρτύρων περιφανείᾳ (71) καὶ πολυανθρωπίᾳ συνόδου τῆς κατὰ ἔτος ἕκαστον παρ' αὐτοῖς τελουμένης. Ἐπεὶ δὲ ἔδει με, μετὰ τὴν ἐφάνοδον μαθόντα τὴν κοίμησιν τοῦ μακαρίου διακόνου, καὶ τὰς ἐπιστολάς ἀργὰς παρ' ἡμῖν κειμένας, μὴ ἡσυχάσαι, διὰ τὸ ἐπι ἡμέρας ἡμῖν τριάκοντα καὶ τρεῖς ἐπὶ τὴν προθεσμίαν ὑπολειφθαι, ἀπέστειλα κατὰ σπουδὴν τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἀδελφῷ Εὐσταθίῳ τῷ συλλειτουργῷ ἡμῶν τὰ γράμματα ταῦτα, ὥστε δι' αὐτοῦ παραπεμφθῆναι σου τῇ σεμνότητι (72), καὶ πάλιν ἐν τάχει ἀνακομισθῆναι ἡμῖν τὰς ἀποκρίσεις. Εἰ μὲν γὰρ δυνατὸν, ἢ ἄλλως ἀρέσκων σοι, παραγενέσθαι, καὶ αὐτοὶ παρεσόμεθα· εἰ δὲ μὴ, αὐτοὶ μὲν, ἂν ὁ Θεὸς θέλῃ, τὸ περυσινὸν ἀποτίσομεν χρεὸς τῆς συντυχίας· ἐὰν μὴ τι πάλιν ἐπιγένηται ἡμῖν ἐξ ἁμαρτιῶν κώλυμα, τὴν δὲ τῶν ἐπισκόπων εὐτευξιν εἰς ἕτερον χρόνον ὑπερβασόμεθα.

(68) Ἀποδημούντων. Ita sex mss. Editi ἀποδημούντος. Ibidem Harl. περιοδου.

(69) Καὶ διόρθωσιν. Coniunctio addita ex sex mss. Quod autem ait Basilius Meletium et Theodotum emendationem eorum, quæ molesta erant, exoptasse, id referri debet ad Eustathium, cuius

A stolis non tuto committenda. Sed ne ante congressus nostris tempus nonnullorum calumniis inductus, aliquid de tua in me benevolentia remittere cogaris, fac idem quod Alexander. Nam et illum ferunt, cum quidam ex familiaribus calumnia appeteretur, aurium quidem alteram accusatori præbuisse, alteram vero diligenter manu occlusisse: demonstrantem, oportere ut qui recte iudicaturus est, non totus statim a præoccupantibus abducatur, sed dimidium auditus integrum ad defensionem servet absentem.

## 189 EPISTOLA XCV.

B Eusebio, episcopo Samosatorum.

Cum dudum scripsissem pietati tuæ tum aliis de rebus, tum ut in unum veniremus, spe excidi, non perlatis in manus dignitatis tuæ litteris, quas beatus diaconus Theophrastus accepit quidem, dum necessario ad circuitum quemdam conficiendum peregrinamur, sed minime transmisit ad tuam pietatem, eo quod illum morbus, ex quo mortuus est, anteverterit. Unde tam sero veni ad scribendum, ut ob summas temporis angustias nihil sit utilitatis ex his litteris expectandum. Nam religiosissimus episcopus Meletius et Theodotus mihi præcepere ut ad ipsos proficiscar; tum ad amoris significationem congressum offerentes, tum etiam emendationem aliquam eorum, quæ nunc molestiam afferunt, fieri volentes. Indixerunt autem nobis tempus quidem conveniendi, medium mensem Junium proxime sequentem: locum vero Phargamum, locum insignem martyrum splendore, ac frequentissimo conventu singulis annis ab ipsis celebrato. Cum autem mihi, postquam reditu meo didici beatum diaconum obiisse, et litteras apud me inertes jacere, otandum non esset, eo quod adhuc triginta tres dies nobis ad diem constitutum supersint; misi celeriter ad reverendissimum fratrem Eustathium comministrum nostrum has litteras, ut ipsius opera transmittantur ad tuam gravitatem, ac cito rursus responsa ad nos referantur. Etenim si fieri potest, aut aliqui placitum tibi, ut eo venias, nos quoque veniemus; sin minus, nos certe, Deo volente, congressus debitum ab anno præterito contractum persolvemus; nisi rursus impedimentum aliquod nobis acciderit ob peccata: congressum vero cum episcopis in aliud tempus differemus.

cum Basilio communio lædebat Theodotum.

(70) Φαργαμοῦν. Coisl. primus Φαργαμοῦν.

(71) Περιφανείᾳ. Ita mss. sex. Editi ἐπιφανείᾳ.

(72) Σεμνότητι. Ita octo mss. Editi τιμιότητι.

\* Alias CCXLI, scripta anno 372.



*Demonstrat Basilius quantum afflictata Cappadocia damnum fecerit, ablato ei præstantissimo præside (Helia). Rogat ut illum Sophronius commendet Imperatori, et illatas ei criminationes diluat.*

*Sophronio magistro.*

A

Σωφρονίω μαγίστῳ.

Ecquis ita civitatem suam diligens, ac patriam, a qua editus in lucem et nutritus æque ac parentes honorans, uti tu ipse, qui et urbi universæ generatim et cuique sigillatim bona precaris, nec precaris solum, sed vota etiam per te ipse confirmas? Hæc enim potes, Deo dante, atque utinam possis quam diutissime, ita benignus ac clemens. Sed tamen, hac te potestate prædito, patria nostra **190** per somnium ditata est, viro quidem commissa, qualem non alium dicunt, qui res nostras antiquissimas sciunt, in rectoris sedem conscendisse; sed cito eo privata improbitate nonnullorum, qui ex illius libero et nescio assentationis animo ansam belli ei inferendi arripuerunt, et calumnias ei instruxerunt, clam tuæ præstantiæ auribus. Quapropter omnes universe lugemus, rectore ablato, qui solus poterat jam in genua provolutam urbem nostram denuo erigere, æqui sincero custode, affabili injuriam patientibus, terribili delinquentibus, æquabili et eodem pauperibus et divitibus, et quod maximum est, res Christianorum ad antiquum decus revocante. Quod enim a muneribus omnium quos scimus hominum maxime abhorruit, nec cuiquam præter jus gratificatus est, id ut exilius cæteris illius virtutibus prætermittimus. Hæc quidem sero testificamur, nosmetipsos more eorum, qui nœnias cantant, consolantes, nihil rebus auxilii ferentes. Sed tamen nec illud inutile, ut viri memoria in magno tuo pectore recondatur, eique ut bene de patria merito gratiam habeas; ac si quis ex iis, qui se justitiæ posthabitos fuisse moleste ferunt, in ipsum insurrexerit, tuearis ac defendas, omnibusque aperte demonstres eum a te inter necessarios ascribi: satis causæ esse putans ad necessitudinem, tum bonum de eo testimonium, tum ipsam rerum experientiam, quæ temporis minime respondet. Nam quæ ne multis quidem annis ab alio fiant, hæc brevi tempore ab eo perfecta. Porro satis magnum nobis beneficium, ac eorum quæ acciderunt solamen, si et illum commendes imperatori, et illatas ei criminationes diluas. Hæc tibi universam existima patriam una voce mea disserere, ac commune omnium votum esse, ut præstantiæ tuæ ope aliquid huic viro prospere ac feliciter cedat.

B

C

D

1. Ego et eorum, quæ inter nos aliquando disseruimus, memini: nec quid dixerim, quid ex generosa tua indole audierim, oblitus sum; et nunc vita publica non distineor. Quanquam enim corde idem sum, ac veterem hominem nondum exui; tamen ipsa specie, et quod longe a sæculi negotiis recesserim, videor jam vitæ secundum Christum viam ingressus esse. Sedeo autem mecum ipse, velut qui sese mari commissuri sunt, prospiciens futurum. Nam qui navigant, ventis indigent ad felicem cursum; nobis vero opus est qui nos manu ducat, ac tuto per amaros vitæ fluctus transvehat. Nam indigere me perspicio, primum quidem freno adversus juventutem; deinde stimulis ad pietatis cursum. Horum autem conciliatrix ratio videlicet, nunc quidem temperans quod in nobis incompositum est, nunc vero animæ pigritiam excitans. Rursus indigeo remediis aliis, ut sordes ex consuetudine contractas eītam. Scis enim nos, qui diu foro assuefacti fuimus, nec parcos esse verborum, nec cautos adversus eas, quæ in mente excitantur a maligno, cogitationes. Vincimur autem et honore, nec facile de nobis ipsis magni aliquid sentire desinimus. Adversus hæc magno mihi opus esse et perito arbitror magistro. Deinde vero expurgari etiam animæ oculum, ut omnibus ignorationis tenebris quasi lippitudine aliqua liberatus, fixo intuitu pulchritudinem majestatis Dei conspiceret, non parvi laboris esse reor, neque parum afferre utilitatis. Atque hæc tuam quoque prudentiam perspicere, ac optare ut aliquis detur ad eam rem adjutor, exploratum habeo: ac si Deus aliquando dederit, ut tuam dignitatem conveniam, plura certe de quibus sollicitum me esse par est, ediscam. Nunc enim, **240** quæ mea est imperitia, quot et quantis indigeam ne cognoscere quidem possum; sed tamen me primi conatus non poenitet, neque labat et vacillat anima in proposito vivendi secundum Deum; quod ipsum mihi timuisti, præclare teque digne faciens, ne conversus retrorsum, salis statua fierem, quod mulieri cuidam contigisse audio <sup>26</sup>. Sed adhuc me

D

(26) Ἐκ τοῦ πονηροῦ. Quinque mss. ἐκ τῆς πονηρίας. Sed Coisl. primus et Medicæus consentiunt cum editis. In Harlæano autem codice non reperitur hæc epistola.

(27) Ἐπίσταμαι. Med. et Coisl. primus πίπτεισμαι.

(28) Ὅσων ἐνδεῆς. Coisl. primus et quidam Reg. ὅσον ἐνδεῆς. Infra idem Coisl. et Med. ὡς ἀκούω.

\* Alias CCCXCII. Scripta anno 373.



cohibent externæ potestates, quasi magistratus A desertorem aliquem reposcant. Detinet autem me maxime meum ipsius cor, eorum quæ dixi sibi conscium.

2. Quoniam autem meministi pactorum, teque denuntiasti accusaturum, mihi in hac mea tristitia risum movisti, quod etiamnum rhetor sis, nec a timore incutiendo discedas. Ego namque ita existimo, nisi omnino ut imperitus aberrem a veritate, unam esse viam ad Dominum ducentem, et quicumque ad ipsum pergunt, itineris ejusdem esse socios, et eodem vitæ fœdere progredi. Quare quo abiens separari a te possum, ne tecum simul vivere, et tecum servire Deo, ad quem simul confugimus? Corpora enim nostra B locis disjungentur; sed profecto Dei oculus ambos simul intuetur; siquidem et vita mea digna fuerit, quæ a Dei oculis conspiciatur; hoc enim legi alicubi in Psalmis: *Oculi Domini super justos*<sup>27</sup>. Equidem cupio et tibi et cuivis alii propositum tuo simile habenti etiam corpore conjungi, et ante Patrem nostrum, qui in cœlis est, tota nocte ac die tecum genua flectere, et si quis alius est, qui rite Deum invocet. Novi enim communionem in precibus multum utilitatis afferre. Quod si quoties mihi contigerit in diverso angulo jacenti ingemiscere, mendacium me omnino sequetur; pugnare non possum adversus ea quæ a te dicta sunt, meque ipse ut mendacem condemno, si quid ejusmodi locutus sum secundum pristinam indifferentiam, quod me mendacii crimine C obstringat.

3. Postquam prope Cæsaream veni, ut rerum statum perspicerem, in ipsa urbe nolui commorari, sed ad proximum pauperum hospitium confugi, ut ibi discerem quæ volebam. Deinde cum eo venisset ex more religiosissimus episcopus, retuli ad eum quibus de rebus mandaverat eruditio tua. Quæ autem respondit, ea nec memoria retineri poterant, et epistolæ modum superabant. In summa autem de paupertate hunc dixit esse modum, ut extrema tunica suam quisque possessionem definiat. Atque ex Evangelio testimonia exhibebat: unum quidem Joannis Baptistæ dicentis: *Qui habet duas tunicas, det non habenti*<sup>28</sup>: aliud autem Domini vetantis, ne discipuli duas D

<sup>27</sup> Psal. xxxiii, 16. <sup>28</sup> Luc. iii, 11.

(29) Ἀναζητούντων. Ita mss. sex Editi ἀνεπιζητούντων. Ibidem non male Coisl. primus et Med. ἐπέχει δὲ μάλιστα.

(30) Οὕτω νομίζω. Deest οὕτω in sex mss., non tamen in Coisl. et Med., quorum in postremo legitur οὕτως.

(31) Παραπλησίως. Ita Coisl. primus cum aliis quatuor, quibus favent duo Regii, in quibus legitur παραπλήσιως. Editi παραπλήσιον.

(32) Φέρουσαν. Tres codices recentiores ἔχουσαν.

(33) Γωνιδίω. Sic Coisl. primus et Paris. et quidam Regius. Alius apud Combesium γωνίω. Editi

Ἄλλ' ἐτι μὲν με καὶ αἱ ἐξωθεν ἀρχαὶ συστῆλλουσιν, ὡσπερ λειποτάκην τινα τῶν ἀρχόντων ἀναζητούντων (29) • ἐπέχει δὲ με μάλιστα ἡ ἐμοῦ αὐτοῦ καρδία, ἐκεῖνα μαρτυροῦσα ἐαυτῇ ἅπερ εἶρηκα.

2. Ἐπειδὴ δὲ συνηθῶν ἐμνήσθης, καὶ κατηγορεῖν ἐπηγγείλω, γελᾶσαι με ἐποίησας ἐν ταύτῃ τῇ κατηγορίᾳ μου, ὅτι ἐτι ῥήτωρ εἶ, καὶ τῆς δεινότητος οὐκ ἀφίστασαι. Ἐγὼ γὰρ οὕτω νομίζω (30), εἰ μὴ πάντα ὡς ἀμαθῆς διαμαρτάνω τῆς ἀληθείας, μίαν εἶναι ὁδὸν τῆν πρὸς Κύριον ἄγουσαν, καὶ πάντας τοῦ πρὸς αὐτὸν πορευομένους συνοθεύειν ἀλλήλοις, καὶ κατὰ μίαν συνηθῆκα τοῦ βίου πορεύεσθαι. Ὡστε πῶς ἀπελθὼν χωρισθῆναί σου δύναμαι, καὶ μὴ μετὰ σοῦ ζῆν, καὶ μετὰ σοῦ δουλεύειν Θεῷ, ᾧ κοινῇ προσεφύγομεν; Τὰ μὲν γὰρ σώματα ἡμῶν τόποις διασταθῆσεται • ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸς κοινῇ ἀμφοτέρους ἐφορᾷ δῆλονότι • εἶπερ οὖν ἀξίος καὶ ὁ ἐμὸς βίος ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ Θεοῦ ἐποπτεύεσθαι • ἐνέγνω γὰρ πού ἐν Ψαλμοῖς, ὅτι Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους. Ἐγὼ μὲν γὰρ εὐχομαι καὶ σοὶ καὶ παντὶ τῷ παραπλησίως (31) σοὶ προαιρουμένῳ καὶ τῷ σώματι συνεῖναι, καὶ πᾶσαν νύκτα καὶ ἡμέραν μετὰ σοῦ κλίνειν τὰ γόνατα πρὸς τὸν Πατέρα ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ εἰ τις ἄλλος ἀξίως ἐπικαλούμενος τὸν Θεόν • οἶδα γὰρ τὴν ἐν ταῖς προσευχαῖς κοινωνίαν πολὺ το κέρδος φέρουσαν (32) • εἰάν δὲν ὁσάκις ὑπάρξῃ μοι ἐν διαφόρῳ γωνιδίῳ (33) παρερριμμένῳ στενάξῃν, ἀκολουθήσει μοι πάντως τὸ ψεύδεται, μάχεσθαι μὲν (34) πρὸς τὸν λόγον οὐκ ἔχω, ἡδὴ δὲ ὡς ψεύστου ἐμαυτὸν κατακρίνω, εἴ τι τοιοῦτον κατὰ τὴν παλαιὰν ἀδιαφορίαν ἐφθεγγάμην, ὃ με τῷ κρίματι τοῦ ψεύδους ὑπόδικον καθιστᾷ.

3. Γενόμενος δὲ πλησίον Καισαρείας, ὥστε γνωρίσαι τὰ πράγματα, καὶ αὐτῇ παραβαλεῖν τῇ πόλει μὴ ἀνασχόμενος, τῷ πλησίον προσέφυγον πτωχοτροφείῳ, ὥστε ἐκεῖ μαθεῖν περὶ ὧν ἐβουλόμην. Εἶτα κατὰ συνηθειαν ἐπιδημήσαντι τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ ἀνήνεγκα περὶ ὧν ἐπέταξεν (35) ἡμῖν ἡ λογιότης σου. Καὶ ἡ μὲν ἀπεκρίνατο, οὔτε τῇ μνήμῃ φυλαχθῆναι παρ' ἡμῶν δυνατόν (36) ἦν, καὶ ἐπιστολῆς ὑπερέβαινε μέτρον. Ὡς ἐν κεφαλαίῳ δὲ περὶ τῆς ἀκτημοσύνης ἐκεῖνο ἔφη τὸ μέτρον εἶναι, ὥστε εἰς τὸν ἔσχατον χιτῶνα ἕκαστον ἐαυτῷ περιεστάναι (37) τὴν κτῆσιν. Καὶ παρείχετο ἡμῖν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου τὰς ἀποδείξεις • μίαν μὲν, ὡς Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ εἰπόντος • Ὁ ἔχων δύο χιτῶνας μεταδώτω τῷ

γωνιδίῳ.

(34) Μάχεσθαι μὲν. Editi addunt γάρ, sed prorsus viliose. Quamobrem cum hæc vocula desit in tribus mss., delendam duximus. Ibidem quatuor mss. non vetustissimi ὡς ψεύστου ἐμαυτοῦ.

(35) Ἐπέταξεν. Ita Coisl. primus et Med. cum duobus aliis.

(36) Δυνατόν. Deest ἦν in nonnullis mss. non antiquissimis. Legitur etiam paulo post in nonnullis ὑπερέβαινε.

(37) Περιεστάναι. Coisl. primus et Med. περιεστῆσαι.



μη ἔχοντι· ἑτέραν δὲ, ὡς τοῦ Κυρίου τοῖς μαθηταῖς A ἀπαγορεύσαντος· μη ἔχειν (38) δύο χιτῶνας. Προστίθει δὲ τούτοις καὶ τὸ· Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὑπάγε, πώλησον σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δός πτωχοῖς. Ἔλεγε δὲ καὶ τὴν τοῦ μαργαρίτου παραβολὴν εἰς τοῦτο φέρειν· ὅτι ὁ ἔμπορος ὁ εὐρών τὸν πολυτίμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν ἐπώλησεν ἑαυτοῦ πάντα τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἠγόρασεν ἐκεῖνον· Προστίθει δὲ τούτοις, ὅτι οὐδὲ ἑαυτῷ τινα ἐπιτρέπει χρῆ τὴν τῶν χρημάτων διανομήν, ἀλλὰ τῷ τὰ τῶν πτωχῶν οἰκονομεῖν πεπιστευμένῳ (39). Καὶ τοῦτο ἀπὸ τῶν Πράξεων ἐπισταύτο· ὅτι, πωλοῦτες τὰ προσόντα αὐτοῖς, φέροντες ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, καὶ παρ' ἐκείνων διεδίδδοτο ἐκάστῳ, καθότι ἂν τις χρεῖαν εἶχεν. Ἔλεγε γὰρ ἐμπειρίας χρῆζειν τὴν διάγνωσιν τοῦ ἀληθῶς, δεομένου, καὶ τοῦ B κατὰ πλεονεξίαν αἰτούντος. Καὶ ὁ μὲν τῷ θλιβομένῳ διδοὺς τῷ Κυρίῳ ἔδωκε, καὶ παρ' αὐτοῦ λήψεται τὸν μισθόν· ὁ δὲ τῷ περιερχομένῳ παρασκόμενος παντί (40) προσέβριψε κυνί, φορτικῇ μὲν διὰ τὴν ἀνάδειαν, οὐκ ἔλσεινῳ δὲ διὰ τὴν ἔνδειαν.

4. Περὶ δὲ τοῦ πῶς χρῆ βιαῦν ἡμᾶς καθ' ἡμέραν, ὀλίγα μὲν ἔφθη εἰρηκῶς ὡς πρὸς τὸ τῆς ὑποθέσεως μέγεθος· πλὴν ἀλλ' ἐβουλόμην παρ' αὐτοῦ ἐκείνου σε μαθεῖν. Ἐμὲ γὰρ ἀφανίζουσιν τὴν ἀκριβείαν τῶν διδασμάτων οὐκ εὐλογον. Ἡχόμεν δὲ μετὰ σοῦ ποτε καταλαθεῖν αὐτόν, ἵνα, καὶ τῇ μνήμῃ ἀκριβῶς φυλάξας τὰ λεχθέντα, καὶ τῇ σεαυτοῦ συνέσει προσεξέρης τὰ λείποντα. Ἐκεῖνο γὰρ (41) μέμνημαι ἐκ τῶν πολλῶν ὧν ἤκουσα, ὅτι ἡ περὶ τοῦ πῶς χρῆ C ζῆν τὸν Χριστιανὸν διδασκαλία οὐ τοσοῦτον θεῖται λόγου, ὅσον τοῦ καθημερινοῦ ὑποδείγματος. Καὶ οἶδα, ὅτι, εἰ μὴ σε κατεῖχεν ὁ δεσμός τῆς γηροκομίας τοῦ πατρὸς, οὐκ ἂν οὔτε αὐτὸς ἄλλο τι προσέτιμησας τῆς συντυχίας τοῦ ἐπισκόπου, οὔτ' ἂν ἐμοὶ συνεβούλευσας καταλπόντι τοῦτον εἰς ἐρημίαν πλανᾶσθαι. Τὰ μὲν γὰρ σπήλαια καὶ αἱ πέτραι ἀναμένουσιν ἡμᾶς· αἱ δὲ παρὰ τῶν ἀνδρῶν ὠφέλεια οὐκ αἰ ἡμῖν παραμένουσιν. Ὡστε, εἰ ἀνέχη μου συμβουλεύοντος, τυπώσεις τὸν πατέρα μικρὸν ἐπιτρέπει σοι ἀναχωρεῖν αὐτοῦ, καὶ περιτυγχάνειν (42) ἀνδρὶ πολλὰ καὶ ἐκ τῆς ἑτέρας πείρας, καὶ ἐκ τῆς οἰκείας συνέσεως καὶ εἰδῶτι, καὶ παρέχειν τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ δυναμένῳ.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΝΑ΄.

*Invitat ad scribendum, ac declarat nonnullorum factum, qui discesserant a communione (episcopi sui Eustathii), non sibi esse voluptati, quemadmodum nec merces libenter navigantes ejiciunt; sed tamen a se non improbari, quia veritatis amatoribus nihil Deo antiquius.*

Εὐσταθίῳ ἀρχιάτρῳ (43).

Εἰ τι ὄφελος ἡμετέρων (44) γραμμάτων, μηδένα χρόνον  
 38\* Matth. x, 10. 20 Matth. xix, 21. 30 Matth. xiii, 43. 31 Act. ii, 43.

(38) Μη ἔχειν. Negatio addita ex sex mss.

(39) Πεπιστευμένῳ. Sic Med. et Coisl. uterque et plures alii. Editi ἐμπειπιστευμένῳ. Jamdudum vigeat hoc institutum in monasteriis Basilii, ut patet ex Regulis majoribus, interrog. 9. Alter Bigot. ἐπισταμένῳ. Infra editi χρῆσειν. Quatuor mss. ut in textu.

(40) Παρασκόμενος παντί. Hæc verba in quatuor mss. desunt non antiquissimis.

(41) Ἐκεῖνο γάρ. Quinque mss. Ἐκείνου γάρ.

tunicas haberent 28\*. Addebat autem his et illud : *Si vis perfectus esse, vade, 241 vende quæ habes, et da pauperibus* 29. Aiebat et ipsam margaritæ parabolam ad hoc pertinere : quod qui margaritam perquam pretiosam invenit mercator, abiens vendidit omnia sua bona, et illam emit 30. Rursus his addebat, non oportere, ut quis sibi ipse, rerum suarum distributionem committat: sed ei, cui hoc munus creditum est, ut res pauperum dispenset. Atque id ipsum ex Actis confirmabat 31, quippe quia vendita bona sua afferentes, ante apostolorum pedes ponebant, et ab eis unicuique, prout cuilibet opus erat, distribuebatur. Dicebat enim experientia opus esse, ut is qui vere pauper est ab eo, qui ex avaritia mendicat, secernatur. Et quidem quisquis calamitoso dat, dedit Domino, et ab eo mercedem accipiet : qui vero errabundo omni tribuit, projicit cani, molesto quidem ob impudentiam, sed non miserando ob indigentiam.

4. Quomodo autem nos quotidie vivere oporteat, de eo pauca dicere incæpit, pro rei magnitudine; sed vellem ab ipso illo disceres. Non enim a me obliterari accuratam documentorum diligentiam convenit. Mihi autem in optatis est, tecum aliquando illum adire, ut et memoria accurate dicta retinens, tua etiam ipsius prudentia quæ defuerint invenias. Illud enim memini ex multis quæ audivi, doctrinam illam quomodo Christianum vivere oporteat, non tantum indigere sermone, quantum exemplo quotidiano. Scio autem nisi te detineret vinculum fovendæ patris senectutis, nec te quidquam aliud antepositurum episcopi colloquio, nec mihi auctorem futurum, ut eo relicto in desertis locis vager. Speluncæ enim et saxa expectant nos : sed hominum subsidia nobis non semper adsunt. Quare si me tibi consilium dare pateris, persuadebis patri, ut tibi a se ad breve tempus discedendi concedat facultatem, et virum adeundi, qui multa cum facto aliorum periculo, tum sua ipsius prudentia et novit et impertire adeuntibus potest.

## EPISTOLA CLI\*.

Eustathio archiatro.

Si qua utilitas litterarum nostrarum, nullum  
 46 Sed Coisl. et Med. cum editis consentiunt. Paulo ante legi posset φυλάξαις, nihil tamen mutavimus, quia cum editis consentiunt codices mss.

(42) Περιτυγχάνειν. Med. συντυγχάνειν.

(43) Εὐσταθίῳ ἀρχιάτρῳ. Ita Vaticanus codex legitur Ionice ἀρχιῆτρῳ in Harlæano, Coisl. utroque et Reg. secundo. Alii cum editis Εὐσταθίῳ ἱατροῦ.

(44) Ἡμετέρων. Tres vetustissimi codices et Vaticanus

\* Alias LXXXI. Scripta anno 373.



tempus intermitte scribendi nobis et excitandi ad scribendum. Ipsi enim manifeste lætiores effici-mur, dum prudentium virorum, qui Dominum diligunt, epistolas legimus. Utrum autem et ipsi apud nos aliquid, quo operæ pretium sit, inveniatis, nosse vestrum est, qui nostra legitis. Equidem nisi negotiorum multitudine abducerer, scribendi assidue gaudio **242** non abstinerem. Vos vero, quibus minus est curarum, quoties fieri potest, litteris nos demulcete. Nam puteos aiunt haustos meliores fieri. Videtur autem tuarum admonitionum, quæ ex arte medica petuntur, supervacaneus labor; cum nos ferrum non adhibeamus, sed in semetipsos ruant, qui facti sunt inutiles. Hæc est igitur Stoici sententia : Quoniam, inquit, res non fiunt ut volumus, ut fiunt volumus. Ego autem his quæ fiunt, ex animo assentiri non possum : sed tamen aliquid necessarium a nonnullis præter animi sententiam fieri, haud improbo. Neque enim vos medici, ægrotum urere, aut alio modo dolorem creare vultis : sed tamen sæpe id faciendum existimatis, morbi difficultatem sequentes. Neque navigantes libenter merces ejiciunt : sed ut naufragia effugiant, ejectionem perferunt, pauperem vitam morti præferentes. Quare existima nos etiam separationem eorum, qui se separaverunt, moleste quidem et cum uberrimis lacrymis ferre, sed ferre tamen : siquidem veritatis amatoribus, nihil est Deo et spe in Deum antiquius.

## EPISTOLA CLII\*.

*Silentii sui causam exponit Basilius, confidenter deinceps scripturum se promittit. Gratias agit quod suas pro Ecclesia preces Victor antevertit.*

## Victori exercitus duci.

Ad aliquem alium si non scriberem, forte non immerito sustinerem segnitiei aut oblivionis crimen. Tui vero quomodo possim oblivisci, cujus nomen apud omnes homines prædicatur? aut quomodo te negligere, qui omnes fere in terrarum orbe fastigio dignitatum antecellis? Sed silentii mei manifesta est causa. Viro tanto molestiam

Vaticanus *ὕμετέρων. Si qua utilitas vestrarum litterarum.*

\* Alias CCCLXXIV. Scripta circa ann. 373.

(43) Εὐρίσκατε. Ita septem mss. Editi εὐρήσατε.

(46) Ἀπηγόμεθα. Non male Coisl. secundus et Reg. secundus ἀπειργόμεθα.

(47) Γίνεσθαι. Ibidem duo codices γίνεται et φησιν.

(48) Ἐπαγόντων. Tres codices non antiquissimi ἐναγόντων. Ibidem Harl. τὸ σιδήριον, et Reg. secundus περιπιπτόντων.

(49) Βουλόμεθα. Ita Harl. et Med. Sic etiam videtur prima manu habuisse Coisl. primus. Editi βουλόμεθα. Reg. secundus et Coisl. secundus ὡς ἂν γίνηται βουλόμεθα.

(50) Συγκατατίθεσθαι. Harl., Reg. primus et Vat. συμετατίθεσθαι.

(51) Τῶν ἀρισταμένων. Hæc intelligi non debent de Eustathii separatione a communione Basilii, sed potius de Sebastenorum nonnullorum ab ipso Eustathio discessione. Tota res enitescit ex superio-

διαλίπης ἐπιστελλῶν ἡμῖν, καὶ διεγείρων ἡμᾶς πρὸς τὸ γράφειν. Αὐτοὶ μὲν γὰρ προδήλως ἠδίους γινόμεθα ἐντυγχάνοντες ἐπιστολαῖς συνετῶν ἀνδρῶν ἀγαπῶντων τὸν Κύριον· εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ τι ἀξίον σπουδῆς εὐρίσκατε (43) παρ' ἡμῖν, ὑμέτερον εἰδέναι τῶν ἐντυγχάνόντων. Εἰ μὲν οὖν μὴ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀσχολιῶν ἀπηγόμεθα (46), οὐκ ἂν τῆς ἐκ τοῦ γράφειν συνεχῶς εὐφροσύνης ἀπειχόμεθα· ὑμεῖς δὲ, οἷς ἐλάττους αἱ φροντίδες, ὁσάκις ἂν οἶόν τε ἦ, κατακληῖτε ἡμᾶς τοῖς γράμμασι. Καὶ γὰρ τὰ φρεατὰ φασιν ἀντλούμενα βελτίω γίνεσθαι (47). Ἐοίκασι δὲ σου αἱ ἐξ ἰατρικῆς παραινήσεις εἰς παρεργον χωρεῖν, οὐχ ἡμῶν ἀπαγόντων (48) τὸν σίδηρον, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐκπιπτόντων τῶν ἀπαχρειουμένων. Ὁ μὲν οὖν τοῦ Στωϊκοῦ λόγος· Ἐπειδὴ, φησὶ, μὴ γίνεται τὰ πράγματα ὡς βουλόμεθα, ὡς γίνεται βουλόμεθα (49)· ἐγὼ δὲ τοῖς μὲν πράγμασι τὴν γνώμην συγκατατίθεσθαι (50) οὐ καταδέχομαι· τὸ δὲ ἀβουλήτως τινὰς ποιεῖν τι τῶν ἀναγκαίων οὐκ ἀποδοκιμάζω. Οὔτε γὰρ ὑμῖν τοῖς ἰατροῖς τὸ καίειν τὸν ἄρρωστον, ἢ ἄλλως ποιεῖν ἀλγῆν, βουλευτόν· ἀλλ' οὖν καταδέχεσθε πολλάκις τῇ δυσχερείᾳ τοῦ πάθους ἐπόμενοι· Οὔτε οἱ πλείοντες ἐκουσίως ἐκβάλλουσι τὰ ἀγώγια· ἀλλ' ὥστε διαφυγεῖν τὰ ναύγια, ὑφίστανται τὴν ἐκβολὴν, τὸν ἐν πενίᾳ βίον τοῦ ἀποθανεῖν προτιμῶντες. Ὡστε καὶ ἡμᾶς οἶον ἀλγεινῶς μὲν καὶ μετὰ μυρίων ὀδυρμῶν φέρειν τὸν χωρισμὸν τῶν ἀρισταμένων (51)· φέρειν δ' οὖν ὁμῶς. ἐπειδὴ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίδος οὐδὲν τοῖς τῆς ἀληθείας ἐρασταῖς προτιμότερον.

## EPISTOLAE PNB.

## Οὐίχορι στρατηλάτῃ.

Ἄλλω μὲν τινι μὴ ἐπιστελλῶν, τάχα ἂν δεξαίμην δικαίως ἐγκλημα βραθυμίας ἢ λήθης· σοῦ δὲ πῶς ἔστιν ἐπιλαθῆσθαι, οὗ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις λαλεῖται τὸ ὄνομα; πῶς δὲ καταβραθυμῆσαι, ὅς πάντων σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην τῶ ὑφεί τῶν ἀξιωματῶν ὑπεραπέστηκας; Ἄλλὰ δὴλη ἡμῶν ἡ αἰτία τῆς σιωπῆς. Ὀκνοῦμεν δι' ὄχλου γίνεσθαι (52) ἀνδρῶν

tribus verbis, sed tamen aliquid necessarium a nonnullis præter animi sententiam fieri, non improbo. Hæc profecto referenda ad separationem eorum, qui se separaverunt. Huic eorum facto non assentiebatur ex animo Basilius, quemadmodum nec medici libenter urunt, nec navigantes libenter merces ejiciunt. Sed tamen eos non improbat, quia veritatis amatoribus nihil est Deo et spe in Deum antiquius. Hæc optime congruunt Sebastenis illis, qui, ut supra vidimus in epist. 238, *oculto pravæ opinionis Eustathii vulnere detecto aliquam ecclesiasticam sollicitudinem* a Basilio poscebant. Unde Basilius Eusebium consulit, quid Sebastenis respondendum sit. Eis autem Basilium communionem et patrocinium concessisse perspicimus cum ex hac epistola, tum etiam ex epist. 233, ubi narrat Basilius eos, qui secum Sebastienae communicant, curiæ additos a Demosthene fuisse, magnos autem honores amicis Eustathii delatos.

(52) Γίνεσθαι. Multi codices mss. γενέσθαι.



τοσούτω. Εἰ δὲ πρὸς τῇ λοιπῇ σου ἀρετῇ καὶ τοῦτο A  
κατεδέξω, οὐ μόνον πεμπόμενα παρ' ἡμῶν δέχσθαι  
γραμματα, ἀλλὰ καὶ ἐλλειφθέντα ἐριζήτειν, ἰδοὺ καὶ  
γράφομεν νῦν τεθαρρήκτως (53), καὶ γράφομεν γε εἰς  
τὸ ἐφεξῆς· εὐχόμενοι τῷ ἁγίῳ Θεῷ δοθῆναί σοι τὴν  
ἀμοιβὴν τῆς περὶ ἡμᾶς τιμῆς. Ὑπὲρ δὲ τῆς Ἐκκλησίας  
προέλαβες ἡμῶν τὰς παρακλήσεις, πάντα ποιήσας ὅσα  
ἂν ἡμεῖς ἐπεζητήσαμεν. Ποιεῖς δὲ οὐκ ἀνθρώποις χαρι-  
ζόμενος, ἀλλὰ Θεῷ τῷ τιμήσαντί σε· ὃς τὰ μὲν ἔδωκεν  
ἐν τῇ νῦν ζωῇ ἀγαθὰ, τὰ δὲ δώσει ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι,  
ἀνθ' ὧν μετὰ ἀληθείας ἐπορεύθης τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ἀκλινη-  
τὴν καρδίαν ἐν τῇ ὀρθότητι τῆς πίστεως ἀπ' ἀρχῆς εἰς  
τέλος διασωσάμενος.

## EPISTOLA PNI'.

*Gratias agit Victori Basilius quod sui memor sit, nec amorem ob ullam calumniam imminuat.*

Βίκτορι ἀπὸ ὑπάτων.

Ὅσάκις ἂν ἡμῖν ὑπάρξῃ γράμμασιν ἐντυχεῖν τῆς  
κοσμιότητός σου, τοσαυτάκις χάριν ὁμολογοῦμεν τῷ  
Θεῷ, ὅτι διαμένεις καὶ μεμνημένος ἡμῶν, καὶ ὑπ' οὐδε-  
μιᾶς διαβολῆς τὴν ἀγάπην ἐλαττῶν, ἣν ἀπαξ κρίσει τῇ  
ὀρθοτάτῃ ἢ συνηθείᾳ χρηστῇ ἀναλαβεῖν κατεδέξω.  
Εὐχόμεθα οὖν τῷ ἁγίῳ Θεῷ καὶ σὲ διαμεῖναι ἐν τῇ  
ὁμοίᾳ πρὸς ἡμᾶς διαθέσει, καὶ ἡμᾶς ἀξιῶν εἶναι τῆς  
παρὰ σοῦ τιμῆς, ἣν τιμᾶς ἡμᾶς διὰ τοῦ γράμματος.

## EPISTOLA PNA'.

*Respondet Basilius litteris Ascholi, cujus laudat charitatem, ut rem maxime raram, ac studium in  
beatissimum Athanasium, ut certissimum sanæ doctrinæ argumentum. Rogat ut qualibet occa-  
sione oblata scribat.*

Ἀσχολίῳ (54), ἐπισκόπῳ Θεσσαλονίκης.

Καλῶς ἐποίησας, καὶ κατὰ τὸν τῆς πνευματικῆς ἀγά-  
πης νόμον, κατάρξας τῶν πρὸς ἡμᾶς γραμμάτων, καὶ  
τῷ ἀγαθῷ ὑποδείγματι πρὸς τὸν ὁμοῖον ζῆλον ἡμᾶς  
ἐκκαλεσάμενος. Καὶ γὰρ ἡ μὲν τοῦ κόσμου φιλία ὀφθα-  
λμῶν δεῖται καὶ συντυχίας, ὥστε ἐκεῖθεν ἀρχὴν τῆς  
συνηθείας γενέσθαι· οἱ δὲ πνευματικῶς ἀγαπᾶν εἰδότες  
οὐ τῇ σαρκὶ προσξένω κέχρηται τῆς φιλίας, ἀλλὰ τῇ τῆς  
πίστεως κοινωνίᾳ πρὸς τὴν πνευματικὴν συναφείαν  
ἀγονταί. Χάρις οὖν τῷ Κυρίῳ τῷ παρακαλέσαντι ἡμῶν  
τὰς καρδίας, ἐν τῷ δεῖξαι (53), ὅτι οὐκ ἐν πᾶσι κατέ-  
ψυκται ἡ ἀγάπη· ἀλλ' εἰσὶ που τῆς οἰκουμένης, οἱ τῆς  
Χριστοῦ μαθητείας τὸν χαρακτῆρα δεικνύοντες. Καὶ τοί-  
νυν ἔδοξέ μοι τὸ καθ' ὑμᾶς εἰκέναι πρῶτα ἀστροὺς ἐν  
νυκτερινῇ συναφείᾳ, ἄλλοις κατ' ἄλλα μέρη τοῦ οὐρανοῦ  
διαλάμπουσιν, ὧν χαρίεσσα μὲν ἡ λαμπρότης, χαριέ-  
στερον δὲ δῆπου τὸ ἀπροσδόκητον. Τοιοῦτοι δὲ καὶ  
ὑμεῖς, οἱ τῶν Ἐκκλησιῶν φωστῆρες, ὀλίγοι παντελῶς  
καὶ εὐαρίθμητοι ἐν τῇ σκυθρωπῇ ταύτῃ καταστάσει,  
οἷον ἐν σκοτομήνῃ διαφαινόμενοι, πρὸς τῷ ἐκ τῆς ἀρετῆς  
χαρίεντι, ἔτι καὶ τῷ σπανίῳ τῆς εὐρέσεως, τὸ περιπό-

(53) Τεθαρρήκτως. Sic uterque Coisl. cum aliis. Editi τεθαρρήκότες. Paulo post editi πρὸς τὸ ἐφεξῆς. Tres antiquissimi codices, Harl., Med., Coisl. ut in textu.

(54) Ἀσχολίῳ, etc. Ita editi et vetustissimi codices. At in Coisl. secundo, Reg. secundo. Vat. et Paris. sic legitur titulus Ἀσχολίῳ μονάζοντι καὶ

exhibere vereor. Quod si ad reliquas virtutes tuas  
hæc accessit, ut non modo litteras quæ a me mit-  
tuntur suscipias, sed eas etiam quæ non mittun-  
tur, requiras; ecce et nunc confidenter scribo, et  
scribam deinceps: Deum sanctum orans, ut tibi  
honoris, quem mihi habes, vices rependat. Meas  
porro pro Ecclesia preces anteveristi, cum omnia  
feceris, quæcunque ego petissem. Facis autem  
non hominibus gratificans, sed honoranti te Deo:  
qui tibi alia quidem bona in præsentī vita largitus  
est, alia autem dabit in futuro ævo, propterea  
quod cum veritate in illius viis ambulasti, ac cor-  
tuum ab initio ad usque finem in fidei integritate  
immutum ac inconcussum servasti.

## 243 EPISTOLA CLIII\*.

Victori ex-consuli.

Quoties mihi contingit litteras legere dignitatis  
tuæ, toties gratias ago Deo sancto, quod perstes  
et memor mei, et amorem, quem semel rectissimo  
iudicio, aut bona consuetudine suscipere voluisti,  
nullam ob calumniam imminuens. Rogo igitur  
Deum sanctum, ut et tu permanes in eodem erga  
me animo, et ego dignus sim honore, quo me per  
epistolam prosequeris.

## EPISTOLA CLIV\*\*.

Ascholio, episcopo Thessalonicensi.

Recte fecisti, et secundum dilectionis spiritua-  
lis legem, quod prior ad nos scripseris, nosque  
egregio exemplo ad simile studium provocaveris.  
Nam mundi amicitia oculis indiget ac congressu,  
ut inde nascatur consuetudinis initium: sed qui  
spiritualiter amare sciunt, nequaquam carne  
utuntur amicitie conciliatrice; sed fidei commu-  
nionē ad spiritualem conjunctionem ducuntur.  
Itaque grates Deo, qui corda nostra consolatus  
est, dum charitatem non in omnibus refrixisse  
ostendit: sed reperiri alicubi terrarum, qui disci-  
pulorum Christi propriam notam præ se ferant.  
Ad res quidem vestræ persimiles mihi visæ sunt  
sideribus in nebuloſa nocte alias aliis cæli partes  
D illustrantibus: quorum gratus quidem splendor,  
sed eo gratior, quod non exspectatur. Tales et  
vos estis, Ecclesiarum lumina, pauci admodum et  
facile numerabiles, in hac tristi rerum conditione,  
quasi in nocte illuni coruscantes, præter virtutis  
gratiam, inde etiam quod rari sitis inventu, desi-

προσβυτέρῳ, Ascholio monacho et presbytero. Reg. primus et Bigot. habent tantum Ἀσχολίῳ μονάζοντι.

(55) Ἐν τῷ δεῖξαι. Ita Med., Harl. et Coisl. primus. Editi ἐκ τοῦ δεῖξαι.

\* Alias CCCCXXXVIII. Scripta anno 373.

\*\* Alias CCCXXXVII. Scripta anno 373.



derium moventes. Cæterum litteræ tuæ tuum nobis animum abunde patefecere. Quanquam enim breves erant syllabarum numero, at ex recta sententia idoneum nobis tui propositi specimen dedere. Nam beatissimi Athanasii studiosum esse, argumentum evidentissimum est sanæ in maximis rebus sententiæ. Pro accepta ergo ex litteris lætitia, plurimam habemus gratiam præstantissimo filio nostro Euphemio : cui et ipse precor auxilium omne a sancto contingere, et te hortor ut mecum preceris ut cito eum recipiamus cum ornata conjugate ipsius, filia nostra in Domino. Ipse autem exorari te sine, ut ne lætitiâ nostram exordio circumscribas, sed oblata **244** quovis tempore occasione scribas, et amorem in nos tuum colloquio frequenti adaugeas : ac de Ecclesiis, quæ apud vos sunt, quomodo concordiam servant, significes ; pro nostris autem preceris, ut etiam apud nos tranquillitas magna fiat, Domino nostro ventos ac mare increpante.

## EPISTOLA CLV\*.

*Basilii Sorani Scythiæ ducis, propinqui sui, querelis respondet : rationem reddit cur ad eum non scripserit, demonstrat se illius oblivisci non posse, nec in precibus ecclesiasticis, nec privatim : et a se et a chorepiscopo accusationem nescio quam repellit. Hortatur ut persecutionem pro Christo patientibus pergat succurrere. Rogat denique ut patriæ mittat reliquias martyrum.*

*Sine inscriptione causa aliptæ.*

Epistola, quam primam et solam dignata est nobis nobilitas tua scribere, multæ continentur accusationes, quibus incertus sum quomodo respondeam ; non justarum rationum inopia, sed quia in criminationum multitudine difficilis est præcipuarum delectus, et unde initium nobis medelæ sumendum sit. Sed forte eodem ordine quo res scriptæ sunt, incedentes, sic singulis occurrere debemus. Quinam hinc in Scythiam proficiscerentur hactenus ignoravi ; ac ne de iis quidem, qui e domo tua profecti sunt, admonitus sum, ut per illos te salutarem ; quamvis omnino id mihi studio habeam, ut dignitatem tuam quavis occasione oblata salutem. Fieri autem non potest tui ut obliviscar in precibus, nisi prius nostrum illud opus, ad quod nos Dominus destinavit, oblivioni tradamus. Nam profecto meministi ecclesiasticarum prædicationum, cum fidelis sis Dei gratia, in

\* Alias CCXLI. Scripta anno 373.

(56) Υγιώς ἔχειν. Ita mss. omnes quos quidem viderimus. Editi ἀγιώς ἔχειν. Paulo post iidem editi ὑπάρξειν, mss. ut in textu.

(57) Ὁμόζυγος. Ita tres antiquissimi codices : alii et editi συζύγος.

(58) Ἡμῶν στῆσαι. Deest prima vox in quinque mss., non tamen in tribus antiquissimis.

(59) Τῶν αὐτοῦ. Ita septem mss. Editi τῶν σουτοῦ.

(60) Ἀνεπίγραφος. Hanc epistolam Sorano Scythiæ duci scriptam esse probamus in *Vita S. Basilii*. Vide Addenda.

(61) Ἄπορῶ. Duo mss. recentiores ἀπορῶν.

(62) Δεῖ αὐτῇ τῇ. Hæc scriptura etsi in duobus tantum occurrit codicibus, nempe Coisl. secundo et

A θητον ἔχοντες. Ἐγνώρισε δὲ σου τὴν διάθεσιν ἡμῶν τὸ γράμμα αὐτόρως. Εἰ γὰρ καὶ μικρὸν ἦν τῷ πλήθει τῶν συλλαβῶν, ἀλλὰ τῇ γε ὀρθότητι τῆς διανοίας, ἀρκούσαν ἡμῶν τῆς προαιρέσεως τὴν ἀπόδειξιν ἔδωκε. Τὸ γὰρ περὶ τὸν μακαριώτατον Ἀθανάσιον ἐσπουδακέναι δείγμα ἐναργέστατον τοῦ ὑγιώς ἔχειν (56) περὶ τὰ μέγιστα. Ἀντὶ οὖν τῆς ἐπὶ τοῖς γράμμασιν εὐφροσύνης πολλὴν οἶδαμεν χάριν τῷ τιμιωτάτῳ υἱῷ ἡμῶν Εὐφημῷ · ὃ καὶ αὐτὸς εὐχομαι πᾶσαν ὑπάρχειν βοήθειαν ἐξ ἀγίου · καὶ σὲ συνεύχεσθαι ἡμῶν παρακαλῶ, ὅπως ἂν ἀπολάβοιμεν αὐτὸν ἐν τάχει μετὰ τῆς κοσμιωτάτης ὁμόζυγος (57) αὐτοῦ, θυγατρὸς δὲ ἡμῶν ἐν Κυρίῳ. Παρακλήθητι δὲ καὶ αὐτὸς μὴ ἐν προσημίῳ ἡμῶν στῆσαι (58) τὴν εὐφροσύνην, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀεὶ παραπιπτούσης προφάσεως ἐπιστέλλειν, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς διάθεσιν τῷ πυκνῷ τῆς ὁμιλίας αὐξῆσαι, καὶ τὰ περὶ τῶν αὐτοῦ (59) Ἐκκλησιῶν, ὅπως ἔχει κατὰ τὴν συμφωνίαν, σημαίνειν· περὶ δὲ τῶν ἐνταῦθα προσεύχεσθαι, ὥστε γενέσθαι καὶ παρ' ἡμῶν γαλήνην μεγάλην, ἐπιτιμῆσαντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ.

## EPISTOLA PNE.

## Ἀνεπίγραφος (60) ἐπὶ ἀλειπτῇ.

Πρὸς πολλὰς τὰς διὰ τῆς ἐπιστολῆς, ἣν πρώτῃ καὶ μόνῃ κατηξίωσεν ἡμῶν ἡ εὐγένειά σου διαπέμφασθαι, ἐγγεγραμμένας κατηγορίας ἀπορῶ (61) ἀπολογησασθαι · οὐ διὰ τὴν τοῦ δικαίου ἐνθεσίαν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν πλήθει τῶν ἐπιφερομένων δύσκολον εἶναι τῶν καιριωτέρων τὴν προτίμησιν, καὶ ὅθεν δεῖ πρώτῃ ἡμᾶς ἀρξασθαι τῆς θεραπείας. Ἡ τάχα δεῖ αὐτῇ τῇ (62) τάξει τῶν γεγραμμένων χρησαμένους ὁδῶ πρὸς ἕκαστον ἀπαντᾶν. Τοὺς ἐπὶ Σκυθίᾳ ἀπαίροντας ἐντεῦθεν μέχρι σήμερον οὐκ ἐγνώρισαμεν · ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐκ τῆς οἰκίας (63) ὑπέμνησαν ἡμᾶς, ὥστε προσειπεῖν σε (64) δ' αὐτῶν · καίτοι πάνυ διὰ σπουδῆς τιθεμένους ἐπὶ πάσης προφάσεως προσφθέγγεσθαι σου τὴν τιμιότητα. Ἐπιλαθέσθαι δὲ σου ἐν προσευχαῖς ἀδύνατον, εἰ μὴ πρότερον τοῦ ἔργου ἡμῶν ἐπιλαθόμεθα, εἰς ὃ ἐταξεν ἡμᾶς ὁ Κύριος. Μέμνησαι γὰρ πάντως τῶν κερυγμάτων (65) τῶν ἐκκλησιαστικῶν, πιστὸς ὢν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι · ὅτι

Reg. secundo, non dubium tamen quin præferenda sit vulgatæ δὲ αὐτῇ τῇ.

(63) Οἰκίας. Ita mss. quatuor. Editi οἰκειάς.

(64) Προσειπεῖν σε. Vocula addita ex quatuor mss.

(65) Τῶν κερυγμάτων. Eadem voce Firmilianus Cæsariensis episcopus ecclesiasticas preces designavit in epistola ad Cyprianum. Nam in Latina interpretatione ejusdem epistolæ, quæ est inter Cyprianicas 75, legimus mulierem quamdam hoc facinus ausam esse, *ut et invocatione non contemptibili sanctificare se panem et Eucharistiam facere simularet, et sacrificium Domini non sine sacramento solitæ prædicationis offerret.*



καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ἀποδημίαις ἀδελφῶν δεόμεθα, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ταῖς στρατείαις ἐξεταζομένων, καὶ ὑπὲρ παρρησιαζομένων διὰ τὸ ὄνομα Κυρίου, καὶ ὑπὲρ τῶν τοὺς πνευματικούς καρπούς ἐπιδεικνυμένων, ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ τὰς εὐχὰς ποιούμεθα· ὧν πάντως ἐν τοῖς πλείοσιν (66) ἢ καὶ ἐν τοῖς πᾶσι νομίζομεν καὶ τὴν σὴν ἐμπεριλαμβάνεσθαι τιμιότητα. Ἰδίᾳ δὲ σου ἡμεῖς πῶς ἂν ἐπιλαθώμεθα, τοσαῦτα ἔχοντες τὰ κινουῦντα ἡμᾶς πρὸς μνήμην, ἀδελφὴν τοιαύτην, ἀδελφιδόου τοιούτους, συγγένειαν οὕτω χρηστὴν, οὕτως ἀγαπῶσαν ἡμᾶς, οἶκον, οἰκίτας, φίλους· ἐξ ὧν, κἂν μὴ βουλώμεθα, ἀναγκαιῶς ὑπομιμνησκόμεθά σου τῆς ἀγαθῆς προαιρέσεως; Περὶ δὲ τούτου ὁ ἀδελφός ὁ δεῖνα οὐδὲν ἡμῖν ἠνεγκεν ἐπαχθές, οὐδὲ παρ' ἡμῶν βλάβουσα οὐτόν τις κρίσις ἐξενήνεκται οὐδεμία. Τρέφον οὖν τὴν λύπην ἐπὶ τοὺς τὰ ψευδῆ διηγησαμένους, ἀπολύσας πάσης μέμφεως καὶ τὸν χωρεπίσκοπον καὶ ἐμέ. Εἰ δὲ τινα δίκην γυμνάζει ὁ σχολαστικός ὁ δεῖνα, ἔχει δικαστήρια δημόσια καὶ νόμους. Ἄξιόν οὖν ὑμᾶς ἐπὶ τούτοις μηδεμίαν ἔχειν μέμφιν. Αὐτός δὲ ὅσα ποιεῖς ἀγαθὰ, σεαυτῷ θησαυρίζεις· καὶ ἦν παρέχη ἀνάπαυσιν τοῖς διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου διωκομένοις, ταύτην σεαυτῷ ἐν ἡμέρᾳ τῆς μισθαποδοσίας προετοιμάξεις. Καλῶς δὲ ποιήσεις, ἐὰν καὶ λείψανα μαρτύρων τῇ πατρίδι ἐκπέμψης· εἴπερ, ὡς ἐπέστειλας ἡμῖν, ὁ ἐκεῖ διωγμός ποιεῖ καὶ νῦν μάρτυρας τῷ Κυρίῳ.

EPISTOLA PN<sup>5</sup>.

*Laudat Basilius in Evagrio et ipse præ se fert studium pacis; sed eam conciliare difficillimum fatetur esse, nec sibi congruere ut id solus aggrediatur; cum præsertim episcopus sit Antiochiæ Meletius, ad quem proficisci non potest; sed tamen scripturum se ad illum promittit. Declarat se nec partium studiosum esse, nec accusationibus in quemquam præoccupatum. Mirum sibi accidisse dicit, quod ex Dorotheo acceperat, Evagrium noluisse Dorothei conventus esse participem. Addit sibi integrum non esse Romam mittere: animam suam ab adversariis quæri, nec tamen se quidquam de suo Ecclesiæ defendendæ studio remissurum.*

Εὐαγρίῳ πρεσβυτέρῳ.

1. Τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ δυσχερᾶναι πρὸς τὸ μῆκος τῶν γραμμάτων, ὥστε καὶ μικρὰ μοι εἶδοξεν εἶναι ἢ ἐπιστολὴ ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ἀνάγκωσιν ἡδονῆς. Τί γὰρ ἡδίων ἄκουσμα τοῦ τῆς εἰρήνης ὀνόματος; ἢ τί τοῦ ὑπὲρ (67) τῶν τοιούτων βουλευέσθαι ἱεροπρεπέστερον, καὶ μᾶλλον τῷ Κυρίῳ κεχαρισμένου; Σοὶ μὲν οὖν παράσχοι ὁ Κύριος τὸν μισθόν τῆς εἰρηνοποιίας, οὕτω καλῶς προαιρουμένῳ, καὶ σπουδαίως ἐγκειμένῳ πράγματι μακαριστῷ· ἡμᾶς δὲ νόμιζε, τιμὴ κεφαλῆ, ἕνεκα μὲν τοῦ προηρῆσθαι, καὶ εὐχεσθαι ἰδεῖν ποτε τὴν ἡμέραν ἐν ἣ πάντες τὸν αὐτὸν πληρώσουσι σύλλογον, οἱ ταῖς διανοαῖαις ἀλλήλων μὴ ἀπεσχισμένοι, μηθενὶ παραχωρεῖν τῶν εἰς τὴν σπουδὴν ταύτων πρωτείων. Καὶ γὰρ ἂν εἶημεν ὡς ἀληθῶς πάντων ἀνθρώπων ἀτοπώτατοι, σχίσμασι καὶ κατατομῇς Ἐκκλησιῶν ἐφηθόμενοι (68), καὶ μὴ τὴν συνάφειαν τῶν μελῶν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τιθέμενοι. Ὅσον μὲντοι τῆς ἐπιθυμίας ἡμῖν πείρεστι, τοσοῦτον γίνω-

(66) Ἐν τοῖς πλείοσιν. Ita quinque mss. Editi ἐν τοῖς χρόνοις. Codex a Combefisio citatus ἐν τοῖς κρώτοις.

A quibus et pro fratribus peregrinantibus precamur; et pro iis qui inter militares copias recensentur, et pro iis qui ob Domini nomen libere loquuntur, et pro iis qui spirituales fructus edunt, preces in sancta Ecclesia facimus: quorum omnino in plerisque vel etiam in omnibus arbitramur tuam quoque præstantiam comprehendi. Cæterum qui tui privatim possem oblivisci, cum tam multa sint, quæ commoveant me ad recordationem: talis soror, filii sororis tales, cognatio tam egregia, tam nostri amans, domus, domestici, amici: quæ quidem nobis, etiamsi nolimus, bonam tuam voluntatem in memoriam necessario revocant? Quod autem ad aliud attinet, ille frater nihil mihi intulit molestiæ, neque sententia ulla fuit a nobis prolata, quæ illum læderet. Dolorem itaque in eos qui mendacia retulerunt, converte, meque et chorepiscopum reprehensione omni exsolve. Quod si litem intendat ille scholasticus, tribunalia publica et leges habet. Itaque te rogo, ut de his nihil prorsus conqueraris. Tu vero quidquid facis boni, tibi ipse colligis: et quod levamen affers his qui **245** ob Domini nomen persecutionem patiuntur, illud tibi ipsi in antecessum in die remunerationis præparas. Recte autem feceris, si et reliquias martyrum patriæ mittas; siquidem ut nobis scripsisti, persecutio illic etiamnum Domino martyres facit.

EPISTOLA CLVI<sup>5</sup>.

Evagrio presbytero.

1. Tantum abfuit ut moleste ferrem longitudinem litterarum, ut contra brevis mihi visa sit epistola præ legendi voluptate. Quid enim pacis nomine jucundius auditu? aut quid sanctius et Domino gratius, quam de rebus hujusmodi consilium inire? Tibi igitur præstet Dominus mercedem pacificationis, tam præclara tibi proponenti, et tam studiose in rem, quæ beata prædicatur, incumbenti. Nos autem existima, caput venerandum, quod spectat ad voluntatem et desiderium videndi aliquando illius diei, quo omnes eundem cœtum implebunt qui sententia inter se divisi non sunt, nemini in hoc studio primas concedere. Profecto enim essemus vere mortalium omnium absurdissimi, si schismatibus ac divisionibus Ecclesiarum oblectaremur, nec conjunctionem membrorum corporis Christi maximum bonorum ducere-mus. At quantum nobis inest desiderii, tantum scito facultatis deesse. Non enim ignorat perfecta

(67) Ἡ τί τοῦ ὑπὲρ. Deest ἦ in Med. et Harl.

(68) Ἐφηθόμενοι. Harl. et Reg. secundus ἐνηθόμενοι.  
\* Alias CCCXLII. Scripta anno 373.



tua prudentia, tempore corroborata mala primum quidem tempore indigere ut sanentur: deinde forte ac firma agendi ratione, si quis velit ad imum ipsum pertingere, adeo ut ægrotantium morbi radicibus evellantur. Non te fugit quod dico, ac si clarius loquendum nullus timor.

2. Amorem sui consuetudine diutina radices in animis habentem neque vir unus extirpare potest, nec epistola una, nec tempus breve. Suspiciones enim ac contradictionum jurgia, nisi sit aliquis pacis sequester auctoritate pollens, omnino tolli non possunt. Quod si gratiæ rivi in me affluerent, si et sermone et opere et donis spiritalibus idoneus essem, ut eos qui sibi invicem adversantur, flecterem, negotium tantum esset suscipiendum. Forte tamen ne tunc quidem nobis suaderes, ut soli ad emendationem aggredieremur, cum episcopus sit Dei gratia, ad quem Ecclesiæ cura præcipue pertinet, qui neque ad nos venire potest, neque nobis interim ob hiemem peregrinari facile, vel potius nullo modo integrum est, non solum quia corpus mihi **246** infirmitate diutina confectum est, sed etiam quia Armeniacorum montium transitus paulo post fiet impervius etiam iis qui ætate omnino vigent. Atque hæc quidem ei per litteras significare non gravabor. Nihil tamen expecto ex litteris alicujus momenti eventurum, tum viri accuratam agendi rationem considerans, tum ipsam litterarum naturam, quia non solet idoneus esse ad clare persuadendum sermo transmissus. Nam multa opus est dicere, ac multa vicissim audire, et quæ objiciuntur solvenda, et inferenda quæ suffulciunt, quorum nihil potest litterarum sermo, iners et inanimus in charta projectus. Verum tamen, quod jam dixi, scribere non gravabor. Scias autem, frater vere religiosissime et nobis desideratissime, nullam mihi cum quoquam, Dei gratia, privatam esse contentionem. Neque enim memini me curiose inquirere crimina, quibus quisque obnoxius est aut dicitur. Quare sic vos attendere sententiæ meæ convenit ut hominis, qui nihil ex propensione facere possit, neque accusationibus in quemquam præoccupatus sit. Tantum-

(69) Ἀγωγῆς. Ita mss. octo. Editi διαγωγῆς. Nec multo post editi καὶ οὐδεις ὁ φόβος. Deest conjunctio in tribus vetustissimis codicibus et Regio secundo.

(70) Ἀνὴρ. Deest in Coisl. primo et Med.

(71) Τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. Ita sex mss. Editi τοῖς ἀντιδιατιθεμένοις.

(72) Ἀνῆκε. Ita Harl., Med. et Coisl. primus. Editi ἀνῆκει. Paulo post tres eosdem codices cum Regio secundo sequimur in hac voce ἀποδημήσειν pro eo quod erat in editis ἀποδημεῖν.

(73) Σῶμά μοι. Med. et Coisl. primus et unus ex Regiis σώμα μου.

(74) Ἄβατοι. Sic editi et Harl. secunda manu; at in aliis septem mss. legitur ἄδυατοι. Sic etiam habuit Harlæanus codex prima manu. Crediderim Basilium scripsisse ἄδυοι.

σκα τῆς δυνάμεως ἐνδεῖν. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖ σου ἡ τελεία φρόνησις, ὅτι τὰ χρόνῳ κρατυθέντα πάθη πρώτον, μὲν χρόνου δεῖται πρὸς τὴν διόρθωσιν· ἔπειτα ἰσχυρᾶς καὶ εὐτονωτέρας ἀγωγῆς (69), εἰ μέλλοι τις τοῦ βάλουσι αὐτοῦ καθικνεῖσθαι, ὥστε πρόρριζα ἐξελεῖν τῶν καυνόντων τὰ ἀρρώσθημα. Οἶδας δὲ ὁ λέγω, καὶ εἰ δεῖ τρανότερον εἰπεῖν, οὐδεις ὁ φόβος.

2. Τὴν φιλαυτίαν ἔθει μακρῶ ταῖς ψυχαῖς ἐρριζωθεῖσαν εἰς ἀνὴρ (70) ἀνελεῖν οὐχ οἷός τε, οὐδ' ἐπιστολὴ μία, οὐδὲ χρόνος βραχύς. Τὰς γὰρ ὑπονοίας καὶ τὰς ἐξ ἀντιλογιῶν παρατριβᾶς παντελῶς ἀναιρεθῆναι, μὴ ἀξιοπίστου τιμῆς μεσιτεύοντος τῆ εἰρήνῃ, ἀμήχανον. Καὶ εἰ μὲν ἐτέροβει ἡμῖν τὰ παρὰ τῆς χάριτος, καὶ ἡμεν δυνατοὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασι δυσωπῆσαι τοὺς ἀντιδιατιθεμένους (71), ἔδει κατατόλμησαι τοῦ τοσοῦτου πράγματος· τάχα δὲ οὐδ' ἂν τότε συνεβούλευσας ἡμῖν μόνοις ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν ἐπανόρθωσιν, ὄντος τοῦ ἐπισκόπου τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτι, ᾧ ἡ φρονιτις ἀνῆκε (72) προηγουμένως τῆς Ἐκκλησίας· ὅν οὔτε αὐτὸν ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς οἶόν τε, καὶ ἡμῖν ἀποδημήσειν τέως ὑπὸ τοῦ χειμῶνος οὐ βάλδιον, μᾶλλον δὲ παντελῶς ἀδύνατον, οὐ μόνον καθότι τὸ σῶμά μοι (73) ὑπὸ μακρᾶς ἀρρώστιας ἀπείρηκεν, ἀλλ' ὅτι καὶ αἱ τῶν Ἀρμενιακῶν αἱ ὑπερβάσεις μικρὸν ὕστερον ἄβατοι (74) γίνονται καὶ τοῖς πάνυ καθ' ἡλικίαν σφριγῶσι. Γράμματι δὲ αὐτῷ σημεῖναι (75) ταῦτα οὐ παραιτήσομαι. Οὐ μέντοι προσδοκῶ τι ἐκ τῶν γραμμάτων ἀξιόλογον ἀποθήσεισθαι, τῆς τε τοῦ ἀνδρός ἀκριβεῖας στοχαζόμενος καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως τῶν γραμμάτων· ὅτι οὐ πέφυκεν ἐναργῶς δύνασθαι δυσωπεῖν ὁ διαπεμπόμενος, λόγος. Πολλὰ καὶ ἀντακουῖσαι, καὶ λῦσαι τὰ ὑποπίπτοντα, καὶ ἀνθυπενεργεῖν (76) τὰ ὑφορμῶντα, ὧν οὐδὲν δύναται ὁ ἐν τοῖς γράμμασι λόγος, ἀργός καὶ ἀψυχός ἐν τῷ χάρτη διερριμμένος. Πλὴν ἀλλ', ὅπερ ἔφην, οὐκ ἀποκνήσω (77) φράσαι. Γίνωσκε μέντοι, ὡς ἀληθῶς εὐλαθέστατε καὶ πολυπόθητε ἡμῖν ἀδελφε, ὅτι οὐδεμίαν μοι πρὸς οὐδένα τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἰδιάξουσά ἐστι φιλονεικία. Οὐδὲ γὰρ πολυπραγμονήσας οἶδας τὰ ἐγκλήματα, οἷς ἕκαστος ὑπνύθηνος ἢ ἐστίν, ἢ ὀνομάζεται. Ὡστε οὕτως ὑμᾶς προσέχειν τῆ ἡμετέρα διανοία προσέχει, ὡς μηδὲν ἡμῶν δυναμένων ποιῆσαι κατὰ πρόσκλησιν (78), μηδὲ προελημμένων εἰς τὴν κατὰ

(75) Σημεῖναι. Tres mss. non antiquissimi σημεῖναι.

(76) Ἀνθυπενεργεῖν. Coisl. primus ἀντεπενεργεῖν. Idem codex cum Harl., Med., Coisl. secundo et Reg. habet τὰ ὑφορμῶντα.

(77) Οὐκ ἀποκνήσω. Ita sex mss. Editi οὐδ'.

(78) Πρόσκλησιν. Nititur hæc scriptura Regio secundo codice et Coisl. secundo, et Harl. secunda manu. Editi πρόσκλησιν. Hic autem licet animadvertere summam Basilii inter ipsas dissensiones charitatem. Meletium et causa et sanctitate potiorum deserere non poterat; sed a Paulino illiusque sectatoribus, ut orthodoxis fratribus, diligendis non discedebat, idque confirmat in epist. 211 ad Terentium comitem. Eadem animi moderationem præ se fert in epist. 258 ad Eriphanium, ubi significat se multa quidem ex fratribus audivisse de



τινων διαβολήν. Μόνον εἰ εὐδοκία γένοιτο (79) τοῦ Κυρίου ἐκκλησιαστικῶς πάντα καὶ ἀκολουθῶς πρα-  
χθῆναι.

3. Ἐλύπησε δὲ ἡμᾶς ὁ ποθεινότατος υἱὸς Δωρό-  
θεος (80) ὁ συνδιάκονος, ἀπαγγέλλας περὶ τῆς εὐλα-  
θείας σου, ὅτι ὄκνησας μετασχεῖν αὐτῷ τῆς συν-  
άξεως. Καίτοι οὐ τοιαῦτα ἡμῖν ἦν τὰ ὠμιλημένα (81),  
εἴ τι ἐγὼ μέμνημαι. Ἀποστεῖλαι μέντοι πρὸς τὴν  
δύσιν ἐμοὶ μὲν παντελῶς ἐστὶν ἀδύνατον, οὐδένα  
ἔχοντι τῶν εἰς τὴν διακονίαν ταύτην ἐπιτηδείων. Τῶν  
δὲ αὐτόθεν ἀδελφῶν, ἐάν τις αἰρηται τὸν ὑπὲρ τῶν  
Ἐκκλησιῶν κόπον ἀναδέξασθαι, οἷδε (82) δηλονότι καὶ  
πρὸς τίνας ὀρμήσει, καὶ ἐπὶ ποίῳ σκοπῷ, καὶ παρὰ  
τίνων ἐφοδιασθῆ τοῖς γράμμασι, καὶ ποταποῖς τού-  
τοις. Ἐγὼ μὲν γάρ, ἐν κύκλῳ περισκεψάμενος,  
ὄρῳ μεθ' ἑαυτοῦ οὐδένα. Καὶ εὐχόμαι μὲν τοῖς  
ἑπτακισχιλίοις ἐναριθμηθῆναι τοῖς μὴ κάμψαι  
γόνυ τῆ Βάαλ (83). Πλὴν ὅτι ζητοῦσι καὶ ἡμῶν τὴν  
ψυχὴν, οἱ πᾶσι τὰς ἑαυτῶν ἐπιβάλλοντες χεῖρας. Οὐ  
μέντοι τούτου γε ἕνεκεν ἐλλείφομέγ τι τῆς ὀφειλομέ-  
νης σπουδῆς ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις.

#### ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΝΖ.

*Dolorem suum significat Basilius quod præterita æstate non inviserit Eusebium. Queritur quod ad se  
ne scribat quidem Eusebius, eumque aceusat pigritiæ; rogat ut pro se precetur.*

Ἀντιόχῳ (84).

Πῶς οἶε βαρέως ἠνεγκα διαμαρτῶν σου τῆς συν-  
τυχίας κατὰ τὸ θέρος; Καίτοι οὐδὲ ἡ τῶν (85) ἄλλων  
τοιαύτη γέγονεν, ὥστε μέχρι κόρου ἡμῖν προελθεῖν.  
ἄλλ' οὖν καὶ ὄναρ ἰδεῖν τὰ ποθούμενα φέρει τινὰ τοῖς  
ἀγαπῶσι παραμυθίαν. Σὺ δὲ οὐδὲ ἐπιστέλλεις, οὕτως  
ἀργὸς εἶ· ὥστε μηδὲ τὴν ὑπόλειψιν ἄλλη τινὲ ἀιτία  
μᾶλλον, ἢ τῷ ἀργῶς ἔχειν πρὸς τὰς ὑπὲρ τῆς ἀγά-  
πης ἀποδημίας, λογιζέσθαι. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν πε-  
παύσθω ἡμῖν. Εὐχου δὲ ὑπὲρ ἡμῶν (86), καὶ παρα-  
κάλει τὸν Κύριον μὴ ἐγκαταλιπεῖν ἡμᾶς· ἀλλ' ὡς  
ἐκ τῶν ἐπελθόντων παρήγαγεν ἡμᾶς πειρασμῶν,  
οὕτω καὶ ἐκ τῶν προσδοκωμένων ῥύσασθαι εἰς δόξαν  
τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ ἠλπίσαμεν.

Paulino, sed minime comprobasse, eo quod non  
adesset is qui incusabatur. Quamvis autem Paulini  
fama apud ecclesiasticos scriptores nulla prorsus  
criminatione videatur fuisse contacta, ex his ta-  
men Basilii locis nonnulla ei objecta esse perspi-  
citur: sed hæc fortasse iniquis magis suspici-  
onibus, quam certis indiciis continebantur.

(79) Γένοιτο. Ita quatuor mss., quorum tres ve-  
tustissimi. Editi γίγνοιτο.

(80) Δωρόθεος. Unus ex Regg. codicibus Θεόδω-  
ρος. Paulo post editi μετασχεῖν αὐτῶν. Harl., Med.,  
Clarom. et unus ex Regiis ut in textu.

(81) ὠμιλημένα. Sic tres vetustissimi codices  
cum duobus aliis. Editi τὰ ὠμολογημένα. Scriptura  
quam in textum recepimus, confirmatur ex pri-  
mis verbis epistolæ 150.

(82) Οἷδε. Ut hæc intelligantur, conferenda sunt  
cum aliis locis. His enim verbis, *is scit procul du-  
bio et ad quos profecturus sit*, indicat Basilius sibi  
Occidentales parum satisfacere, id quod in aliis  
epistolis vehementius declarat, nempe in epist.  
212 et 235. Nec profecto placere illi poterant, quæ  
Evagrius Roma rediens ei narraverat, ut supra vi-  
dimus in epist. 138. Illud autem, *et ad quem finem*,  
illustratur ex epistola 129, n. 3, ubi fatetur Basi-  
lius reperire se non posse, qua de re scribendum

PATROL, GR. XXXII.

A modo, Dei voluntate, omnia ex institutis ecclesia-  
sticis et rite fiant.

3. Tristitia autem nos affecit desideratissimus  
filius Dorotheus condiaconus, dum de pietate tua  
nuntiavit, refugisse te illius conventus esse par-  
ticipem. Atqui hæc non erant, de quibus colloqui  
inter nos fueramus, si ego memini. Mittere autem  
in Occidentem mihi prorsus integrum non est,  
neminem habenti idoneum ad hoc ministerium.  
Quod si quis ex fratribus qui apud vos sunt, Eccle-  
siarum causa laborem suscipere volet, is scit procul  
dubio et ad quos profecturus sit, et ad quem  
finem, et quorum sit litteris communiendus et  
qualibus. Ego namque coniectis in orbem oculis  
mecum video neminem. Ac precor quidem, ut in-  
ter septies mille viros numerer, qui genu ante  
Baal non incurvavere. Cæterum animam quoque  
nostram quærunt, qui suas manus in omnes inji-  
ciunt; sed non propterea de studio Ecclesiis Dei  
debito quidquam remittam.

#### 247 EPISTOLA CLVII\*.

Ἀντιόχῳ.

Quam moleste tulisse me putas, quod tuo con-  
gressu præterita æstate caruerim? Atqui ne aliis  
quidem annis congressus talis fuit, mihi ut satie-  
tatem afferret, sed tamen res desideratæ etiam per  
somnia visæ nonnihil afferunt diligentibus sola-  
tium. Tu vero ne scribis quidem, adeo piger es:  
unde et tua absentia nulli alii causæ magis tri-  
buenda, quam quod pigeris ad peregrinationes  
charitatis causa suscipiendas. Sed ea de re nihil  
amplius a nobis dicatur. Precare autem pro me,  
ac Dominum roga, ut ne me deserat: sed quem-  
admodum me a præteritis tentationibus exemit  
ita etiam ab imminentibus liberet, ad gloriam no-  
minis ipsius, in quo spem collocavimus.

sit in Occidentem; quæ enim necessaria sunt, jam  
præoccupata esse, superflua autem scribere, va-  
num ac inutile esse, de iisdem autem rebus obstre-  
pere, etiam ridiculum videri. Ait autem se nemi-  
nem habere quem mittat, quia episcopi cum Basilio  
communione conjuncti, operam ei navare volebant  
qua de re queritur in epist. 141. Cæterum et a suis  
desertus et ab hæreticis impugnatus precatur, ut  
inter septies mille viros numeretur qui genu ante  
Baal non incurvavere, seque de studio Ecclesiis Dei  
debito nihil remissurum pollicetur.

(83) Τῆ Βάαλ. Ita novem mss. Editi τῷ Βάαλ.

(84) Ἀντιόχῳ. Quamvis Antiocho hanc episto-  
lam tribuant omnes codices mss. et editi, eam ta-  
men Eusebio restituendam fatebitur, quisquis le-  
get attentius.

(85) Οὐδὲ ἡ τῶν. Ut aliqua hic constet sententia,  
legendum οὐδὲ ἐτῶν ἄλλων, ut in interpretatione ex-  
pressimus. Cui lectioni favet codex Med. in quo  
legitur οὐδὲ εἰ τῶν ἄλλων. Bis enim Eusebium invi-  
sit Basilius: primum quidem anno 369, nondum  
episcopus, deinde anno 372.

(86) Ὑπὲρ ἡμῶν. Duo codices non antiquissimi  
περὶ ἡμῶν.

\* Alias CCLXX. Scripta anno 373.



## EPISTOLA CLVIII\*.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠNH'.

*Dolet Basilius quod Antiochum non viderit; rogat ut pro se precetur; commendat fratrem camelis præpositum.*

*Antiocho.*

Quandoquidem obstiterunt mihi peccata mea, quominus possem quod dudum habebam tui congressus desiderium, ad exitum perducere: litteris saltem absentiam delinio, atque adhortor, ut ne mei in tuis precibus intermittas meminisse, ut si vivam, mihi te perfrui donetur: sin minus precibus tuis adjutus cum bona spe ex hoc mundo emigrem. Cæterum fratrem camelis præpositum tibi commendamus.

## EPISTOLA CLIX\*\*.

*Gaudet Basilius interrogari se ab hominibus timentibus Deum. Declarat se adhærere fidei Nicænae, sed ob exortam de Spiritu sancto quæstionem, addere glorificationem Spiritus sancti cum Patre et Filio, nec ad communionem admittere eos, qui Spiritum sanctum creaturam dicunt. Differt in aliud tempus uberiora documenta.*

*Eupaterio, et filiæ.*

1. Quantum voluptatis attulerint mihi litteræ dignitatis tuæ, conjicis profecto ex his ipsis quæ scripsisti. Quid enim jucundius sit homini, in optatis habenti cum timentibus Deum semper colloqui, et utilitatis, quæ ab illis percipitur, esse participem, quam ejusmodi litteræ, quibus Dei inquiritur cognitio? Si enim vita nobis Christus est, consequens est et sermonem nostrum de Christo esse, et cogitationem atque actionem omnem ex illius pendere mandatis, et animam nostram ad illius imaginem debere effingi. Itaque de ejusmodi rebus interrogatus, gaudeo ac gratulor interrogantibus. A nobis igitur, **248** ut verbo dicam, Patrum Nicææ congregatorum fides omnibus postea exco-  
C gitatis præfertur: in qua confitentur Filium esse consubstantialem Patri, ejusdemque naturæ, cujus est qui genuit. Nam lumen de lumine, et Deum de Deo, et bonum de bono, tum sancti illi Patres confessi sunt, tum nos qui eorum vestigiis insistere laudi ducimus, hoc ipsum nunc testificamur.

2. Sed quia nunc prodiens ab hominibus semper novi aliquid inducere conantibus quæstio, ab antiquioribus autem prætermissa eo quod nemo contradiceret, relicta est inexplanata (dico quæstionem de Spiritu sancto), ideo aliquid ea de re adjicimus, Scripturæ menti convenienter; quia ut baptizamur, ita et credimus: ut credimus, ita et glorificamus. Cum igitur baptisma nobis a Salvatore datum sit, in nomen Patris et Filii et Spi-

\* Alias CCLXXI. Scripta anno 373.

\*\* Alias CCCLXXXVII. Scripta circa an. 373.

(87) Εἶχον. Quatuor mss. Sed recentiores ἔσχον.

(88) Παρακαλοῦμεν. Editi addunt ὑμᾶς, sed deest in tribus vetustissimis codicibus. Ibidem editi μὴ διαλείπειν. Sex mss. ut in textu.

(89) Μεταναστεύσωμεν. Ita tres vetustissimi codices. Editi μεταναστῶμεν.

(90) Ἐπὶ ταῖς καμήλοις. Sic Med., Coisl. primus, Clarom. et Harl. qui tamen secunda manu habet

*Ἀντιόχῳ.*

Ἐπειδὴ ἀντέστησάν μοι αἱ ἁμαρτίαι μου πρὸς τὸ μὴ θνηθῆναι με ἢ πάσαι εἶχον (87) ἐπιθυμίαν τῆς ὑμετέρας συντυχίας ἀγαγεῖν εἰς πέρας· γράμμασι γοῦν παραμυθοῦμαι τὴν ἀπόλειψιν, καὶ παρακαλοῦμεν (88) μὴ διαλείπειν μενημένους ἡμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα, ἐὰν ζῶμεν, καταξιωθῶμεν ὑμῶν ἀπολαύσαι· εἰ δὲ μὴ, διὰ τῆς βοηθείας τῶν προσευχῶν ὑμῶν μετὰ ἀγαθῆς ἐλπίδος μεταναστεύσωμεν (89) ἀπὸ τοῦ κόσμου τούτου. Τὸν δὲ ἀδελφόν, τὸν ἐπὶ ταῖς καμήλοις (90), παρατιθέμεθα ὑμῖν.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠNΘ'.

B

*Εὐπατερίῳ (91), καὶ τῇ θυγατρὶ.*

In egregium virum cum incidissem calamitate intolerabili afflictum, animum invasit dolor. Quomodo enim potuissem, cum sim homo, hominis ingenui præter meritum negotiis implicati dolore non moveri? Mecum autem reputans quomodo ei prodesse possem, unam inveni molestiæ illum detinentis solutionem, si eum tuæ dignitati notum facerem. Jam autem tuum est, idem studium, quod in multos, nobis testibus, ostendisti, huic quoque exhibere. Rem autem cognitam faciet supplex libellus ab eo imperatoribus traditus: quem velim et in manus sumas, et pro virili adsis homini. Certe enim in Christianum beneficus eris, et nobilem, et ob multam doctrinam venerandum. Quod si addiderim te conferendo in eum beneficio magnam apud nos quoque inire gratiam, certe quamvis res meæ parvi sint pretii, tua tamen gravitate earum semper rationem habere non dedignante, non parvum videbitur quod mihi gratum fiet.

EPISTOLA CLXXXI\*\*

*Otreio Meletines.*

Haud ignoro tuam pietatem separatione ac exsilio Eusebii episcopi religiosissimi tam moveri, quam memetipsum. Cum itaque uterque indigeamus consolatione, simus alter alteri solatio. Et tu scribe nobis quæ Samosatis ad te perferentur, et ego quæ ex Thracia didicero, nuntiabo. Nam nec mihi, populi constantiam cognoscere, parvam affert ex præsentibus molestiis allevationem, nec tibi, de communis patris nostri rebus edoceri. Nunc sane non possumus hæc perscribere: sed tibi sistimus, qui ea accurate novit, et narrabit quo in statu ipsum reliquerit, et quo animo ærumnas perferentem. Precare igitur et pro ipso et pro me, ut Dominus quam celerrime ab his nos angustiis liberet.

scriptura, cum per se nihil habeat vitii et tanta auctoritate nitatur, visa est præferenda vulgatæ τῇ σῇ σεμνότητι... ἀνεχομένη, Videntur ita scripsisse librarii, ut scriptura clarior fieret, quamvis non esset obscura.

(19) Ἀπαγγέλλοντα. Coisl secundus et Reg. secundus ἀπαγγελοῦντα.

(20) Καὶ φέροντα. Ita tres vetustissimi codices cum aliis quatuor. Vulgata scriptura φέροιστο nullo prorsus in codice ms. legitur.

\* Alias CCCXXXIII. Scripta anno 374.

\*\* Alias CCCXVI. Scripta anno 374.



## EPISTOLA CLXXXII.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΗΒ.

*Gratulatur de præliis pro fide ; precatur ut perseverantia donetur a Domino.*

*Presbyteris Samosatensibus.*

Quantum doleo orbatam considerans Ecclesiam, tantum vos beatos prædico, ad talem perductos certaminis mensuram ; quam **266** quidem det vobis Dominus patienter decurrere, ut et fidelis dispensationis et generosæ constantiæ, quam pro Christi nomine ostendistis, mercedem magnam consequamini.

## EPISTOLA CLXXXIII\*\*.

*Laudat Basilius Samosatensium labores et pro fide prælia : hortatur ad perseverantiam ac rogat ut ad se scribant.*

*Samosatorum senatui.*

Cum considero tentationem per totum jam orbem esse diffusam, ac maximas Syriæ urbes eadem ac vos mala expertas ; nullibi tamen adeo spectatum, ac bonis operibus clarum senatum esse, ut nunc vester ob bonorum operum studium fama celebratur : parum abest quin gratias etiam habeam his quæ Deus fieri permisit. Nisi enim evenisset illa calamitas, probatio vestra non inclaruisset. Quare videtur, quod caminus est auro, id esse virtutis cultoribus, tolerata pro spe in Deum afflictatio. Ergo agite, o admirandi, date operam, ut jam exantlatis laboribus alios deinceps dignos adjiciatis, ac fundamento amplo videamini imponere coronidem illustriorem, et circumstetis ecclesiæ pastorem, ubi Dominus ei dederit in suo conspici throno, alii aliud pro Dei Ecclesia gestum narrantes, in illa autem magna Domini die, unusquisque pro laborum ratione a Deo magnificentissimo mercedem recepturi. Quod si meminertis nostri, et ad nos, quoties integrum erit, detis litteras ; æqua sane facietis, par pari referentes, et simul nos voluptate afficietis, non levi, vocis vestræ nobis jucundissimæ manifesta per litteras signa mittentes.

\* Alias CCLXVI. Scripta anno 374.

\*\* Alias CCXCIV. Scripta anno 374.

(21) Τοῖς πρεσβυτέροις Σαμοσάτων. Sic legitur hic titulus in tribus vetustissimis codicibus et ad marginem in Claromontano. Occurrit iterum hæc epistola in codice Medicæo, ac secundo loco inscribitur Παυλίνῳ πρεσβυτέρῳ. Sic etiam habent Reg. uterque Coisl. secundus et Parisiensis. Codex Claromontanus Παυλίνῳ πρεσβυτέρῳ ἐν ἔξορίᾳ ὄντι, *Paulino presbytero exsulanti*. Editi Παυλίνῳ πρεσβύτῃ. *Paulino seni*. Appositam in contextu lectionem confirmat ipsa epistola non unum tantummodo alloquens sed omnes generatim Samosatenses presbyteros, quorum in persecutione enituit, absente Eusebio, constantia.

(22) Ὑμῶν, Coisl. primus et Medicæus utroque loco ἡμῶν.

(23) Πολιτευομένοις Σαμοσάτων. Editi et Reg. secundus ac Coisl. secundus addunt ἀγαπαιτικὴ προσφώνησις, *amica salutatio* ; sed hæc desunt in aliis mss.

(24) Τῶν ἴσων ὑμῶν. Editi et nonnulli mss. τῶν

A Τοῖς πρεσβυτέροις Σαμοσάτων (21).

Ὅσον λυπούμεθα ἐνθυμούμενοι τὴν ἐρημίαν τῆς Ἐκκλησίας, τοσοῦτον μακαρίζομεν ὑμᾶς, εἰς τοῦτο ρθάσαστας τὸ μέτρον τῆς ἀθλήσεως, ὃ παράσχοι ὑμῶν (22) ὁ Κύριος μακροθύμως παρελθεῖν, ἵνα καὶ τῆς πιστῆς οἰκονομίας, καὶ τῆς γενναίας ἐυστάσεως, ἣν ὑπερ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἐπεδείξασθε, τὸν μέγαν μισθὸν ὑποδείξησθε.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΗΓ.

Πολιτευομένοις Σαμοσάτων (23).

B Ὅταν ἀπίδω, ὅτι ὁ μὲν πειρασμὸς κατα πάσης ἡδῆ κέχυται τῆς οἰκουμένης, καὶ αἱ μέγιστα τῶν ἐπὶ Συρίας πόλεων τῶν ἴσων ὑμῶν (24) πεπείρανται παθημάτων, οὐ πανταχοῦ δὲ οὕτω δόκιμον καὶ διαπρεπὲς ἐπ' ἀγαθοῖς ἔργοις τὸ βουλευτήριον, ὡς τὸ ὑμέτερον νῦν ἐπὶ τῇ σκουδῇ τῶν ἀγαθῶν ἔργων διαβεβόηται· ἐγγὺς εἶμι καὶ χάριν ἔχειν τοῖς οἰκονομηθεῖσιν (25). Εἰ γὰρ μὴ ἐγεγόνει ἡ θλίψις αὕτη, οὐκ ἂν ὑμῶν διεφάνη τὸ δόκιμον. Ὡστὲ ἔοικεν, ὅπερ ἐστὶ κάμινος χρυσῶ, τοῦτο εἶναι ἢ ὑπερ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος θλίψις τοῖς ἀντιποιοιμένοις τινὸς ἀρετῆς. Ἄγε οὖν, ὦ θαυμάσιοι, ὅπως τοῖς προπεπνημένοις ἀξία ἐπαγάγητε τὰ ἐπόμενα, καὶ φανῆτε μεγάλη κορηπιδι ἀξιολογωτέραν ἐπιτιθέντες τὴν κορυφήν (26)· καὶ περιστάτε μὲν τὸν ποιμένα τῆς ἐκκλησίας, ὅταν δῶ ὁ Κύριος αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἰθίων (27) φανῆναι θρόνων, ἄλλος ἄλλο τι τῶν ὑπερ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ πεπολιτευμένων ἡμῶν διηγουμένοι, ἐν δὲ τῇ μεγάλῃ τοῦ Κυρίου ἡμέρᾳ ἕκαστος κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν πεπονημένων παρὰ τοῦ μεγαλοδώρου Θεοῦ δεχόμενοι τὴν ἀντίδοσιν Πιμῶν δὲ μεμνημένοι, καὶ ἐπιστέλλοντες ὁσάκις ἂν ᾖ δυνατὸν, δίκαιά τε ποιήσετε τοῖς ἴσοις ἡμᾶς ἀμειβόμενοι, καὶ ἅμα οὐ μικρῶς ἡμᾶς εὐφρανεῖτε, τῆς ἡδιστῆς ἡμῶν φωνῆς ὑμῶν ἐναργῆ σύμβολα διὰ τῶν γραμμάτων διαπεμπόμενοι ἴσων ἡμῶν.

(25) Ἐχειν τοῖς οἰκονομηθεῖσιν. Nititur hæc scriptura solo codice Medicæo ; sed prorsus necessaria videtur esse, ut dignam habeamus Basilio sententiam. Nam si legamus cum editis et aliis mss. χάριν ἔχειν ἐπὶ τοῖς οἰκονομηθεῖσιν, sensus erit: Parum abfuit quin gratias agerem Deo ob ea quæ vobis evenire permisit. At quomodo Basilius parum abfuisse dicit, quin faceret quod præscriptum est, ut Deo in omnibus gratiæ agantur? Malto ergo dignior Basilio sententia: *Parum abfuit quin gratias haberem iis quæ vobis evenerunt*. In eadem sententiam loquitur Basilius in libro *De Spiritu sancto* cap. 6, p. 10, cum ait se inimicis gratias acturum ob eorum convicia, nisi de ipsorum exitio doleret. Sic etiam Machabæorum mater apud Gregorium Nazianzenum orat. 22, p. 493, ait se tyranno pene gratias agere.

(26) Κορυφήν. Reg. secundus et Coisl. secundus ac Paris. κορωνίδες. Paulo post iidem ἐὰν δῶ.

(27) Ἐπὶ τῶν ἰθίων, etc. Ita Harl. cum tribus aliis. Editi ἐπὶ τὸν ἴδιον φανῆναι θρόνον.



## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΗΔ.

## EPISTOLA CLXXXIV\*

*Eustathium rogat Basilius ut quamvis in defendenda Ecclesia occupatus sit ad se tamen scribat, quoties poterit, seque idem facturum promittit.*

Εὐσταθίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰμμερίας (28).

A

Οἶδα, ὅτι στρυγνοποιὸν πρᾶγμα ἡ ὀρφανία, καὶ πολυάσχολον, διὰ τὸ ἐρημίαν ἐπάγειν τῶν προεστῶτων. Ὅθεν λογίζομαι καὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν ἐπιστυγνάζουσαν τοῖς συμβεβηκόσι μὴ ἐπιστέλλειν ἡμῖν, καὶ ὁμοῦ ἐν πλείονι εἶναι νῦν ἀσχολία, περιτρέχειν (29) τὰ τοῦ Χριστοῦ ποιμνία, διὰ τὴν πανταχόθεν τῶν ἐχθρῶν ἐπανάστασιν. Ἄλλ' ἐπειδὴ πάσης λύπης παρηγορία ἡ πρὸς τοὺς ὁμοφύχους ἐστὶν ὁμιλία, καταξίου, ὅσάκις ἂν δυνατόν σοι, ἐπιστέλλειν ἡμῖν, καὶ αὐτὸς τε ἄναπαύεσθαι ἐν τῷ φθέγγεσθαι πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἡμᾶς παρηγορεῖν ἐν τῷ μεταδιδόναι ἡμῖν τῶν σεαυτοῦ ῥημάτων. Τοῦτο δὲ καὶ ἡμεῖς σπουδάσομεν ποιῆσαι, ὅσάκις ἂν ἡμῖν ἐνδιδῶ τὰ πράγματα. Εὐχου δὲ καὶ αὐτὸς καὶ πᾶσαν τὴν ἀδελφότητα παρακάλεσον σπουδαίως δυσωπεῖν τὸν Κύριον, ἵνα δείξῃ ποτὲ ἡμῖν λύσιν τῆς περιε-

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΗΕ'.

*Rogat Theodotum Basilius ne oblatas scribendi occasiones omittat: precatur ut sibi eum videre contingat.*

Θεοδότῳ, ἐπισκόπῳ Βεροίας.

Οἶδα, ὅτι, εἰ καὶ μὴ ἐπιστέλλεις ἡμῖν, ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὑπάρχει ἡ μνήμη ἡμῶν. Καὶ τοῦτο τεκμαίρομαι, οὐχ ὅτι αὐτὸς ἄξιός εἰμι μνήμης τινοῦς δεξιάς, ἀλλ' ὅτι ἡ σὴ ψυχὴ πλουτεῖ ἐν τῇ τῆς ἀγάπης περιουσίᾳ. Πλὴν ἀλλ' ὅσον δυνατόν σοι, ταῖς παρεμπιπτούσαις προφάσεσι κέχρηστο εἰς τὸ ἐπιστέλλειν ἡμῖν, ἵνα καὶ ἡμεῖς μᾶλλον εὐψυχῶμεν μανθάνοντες τὰ περὶ ὑμῶν, καὶ ἀφορητῶν λαμβάνοντες εἰς τὸ καὶ αὐτοὶ σημαίνειν ὑμῖν τὰ ἡμετέρα. Οὗτος γὰρ ἐστὶν ὁ τρόπος τῆς ὁμιλίας τοῖς τοσοῦτον διεξευγμένοις (30) τῷ σώματι, ὁ δὲ ἐπιστολῶν, οὗ μὴ ἀποστερῶμεν ἀλλήλους, καθόσον ἂν ἐνδιδῶ τὰ πράγματα. Παράσχοι δὲ ὁ Κύριος καὶ τὴν κατ' ὀφθαλμοὺς ἡμῖν συντυχίαν, ἵνα καὶ τὴν ἀγάπην ἀυξήσωμεν, καὶ τὴν εἰς τὸν Δεσπότην ἡμῶν εὐχαριστίαν πλεονάσωμεν, ἐπιμείζοσι ταῖς παρ' αὐτοῦ δωρεαῖς.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΗΖ'.

*Festive gratulatur præsidī Basilius, quod eum crambe aceto condita pristino vigori restituerit.*

Ἀντιπάτρῳ ἡγεμόνι.

Ὡς καλὴ ἡ φιλοσοφία, τὰ τε ἄλλα, καὶ ὅτι οὐδὲ ἰατρεύεσθαι πολυτελῶς τοῖς τροφίμοις αὐτῆς ἐπιτρέπει· ἀλλὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὄφρον ἐστὶ παρ' αὐτῆς, καὶ πρὸς ὑγίαιαν (31) ἀρκεῖ. Τὰς γὰρ τοὶ ὀρεξείας ἀποκαμύσας, ὡς ἐπυθόμην, κράμβαις ἐν ὄξει ταριχευθεῖσαις ἀνεκάλεσσω· ἃς ἐγὼ πρότερον μὲν ἐδυσχέρανον καὶ διὰ τὴν παροιμίαν, καὶ ὅτι ὑπόμνημα ἦσαν τῆς συντρόφου πενίας· νῦν δὲ μοι δοκῶ καὶ ἐμαυτὸν

(28) Ἰμμερίας. Coisl. secundus et Reg. secundus Ἰμμερίας. Deest ea vox in codice Harlæano.

(29) Περιτρέχειν. Coisl. primus et Med. περιέπειν. Legendum περιτρέχειν τε.

(30) Διεξευγμένοις. Sic tres vetustissimi codices cum pluribus aliis. Editi διαξευγνυμένοις.

*Eustathio, Himmeriæ episcopo.*

Scio rem permolestam esse orbitatem ac negotiosam, eo quod solitudinem a præpositis inducat. Unde arbitror tuam quoque pietatem de iis quæ acciderunt ingemiscentem ad me non scribere, et simul nunc pluribus negotiis occupari, ac circumcursare Christi ovilia, ob hostium undelibet insurgentium impetum. Sed quia omnis mœroris solatium est cum unanimis colloquium, fac, quoties poteris, ad me scribas, ac nobiscum colloquendo et ipse acquiescas, et nos verbis tuis impertiendo consoleris. **267** Idem et ego facere studebo, quoties mihi per negotia licuerit. Tute autem et ipse precare ac fratres omnes hortare, Dominum ut sedulo exorent, ut tandem a circumstante nos tristitia liberet.

EPISTOLA CLXXXV\*\*.

*Theodoto, episcopo Berææ.*

Quamquam ad nos non scribis, scio tamen nostri memoriam tuo pectori insidere. Hoc autem conjicio, non quod ipse officiosa ulla recordatione dignus sim, sed quod anima tua charitatis copia ditescat. Sed tamen, quantum in te erit, occasionibus occurrentibus utere ad mittendas nobis litteras; ut et nos meliore animo simus vestrarum rerum facti certiores, et ipsi etiam occasionem nostrarum vobis significandarum accipiamus. Nam hic colloquendi modus est his qui corpore a deo disjuncti sunt, per litteras videlicet; quo quidem nos invicem non defraudemus, quantum per negotia licuerit. Largiatur autem Dominus, ut coram etiam inter nos congregiamur; quo et augeamus charitatem, et Domino nostro gratiarum actionem ob majora ab eo accepta dona multiplicemus.

EPISTOLA CLXXXVI\*\*\*.

*Antipatro præsidī.*

Quam pulchra est philosophia, cum ob alia, tum quia suis alumnis ne curari quidem magnis sumptibus sinit, sed eadem res apud ipsam et opsonium est, et ad sanitatem sufficit! Nam, appetentiam ciborum jam lassam, ut audivi, crambe aceto condita revocasti: quam ego prius quidem ægre ferebam, tum ob proverbium, tum quia comitem paupertatem mihi in memoriam revocabat. Nunc vero mihi

(31) Πρὸς ὑγίαιαν. Med. et alii nonnulli πρὸς ὑγίαιαν.

\* Alias CCCVI. Scripta anno 374.

\*\* Alias CCCX. Scripta circa an. 374.

\*\*\* Alias CCXIII. Scripta circa an. 374.



videor et sententiam mutare, et proverbium ridere, videns tam eximiam juventutis nutricem, quæ nostrum præsidem pristino vigori restituit. Nec quidquam jam præ illa æstimabo: non modo Homeri lotum, sed ne illam quidem ambrosiam, quæcunque tandem fuerit, quæ cœlestes exsatiabat.

## EPISTOLA CLXXXVII\*.

*Respondet præses peracutæ Basilii epistolæ.*

*Antipater Basilio.*

Bis crambe mors, ait invidum proverbium. Ego vero qui sæpe petii, semel moriar: omnino vero, etiamsi non petissem. Quod si omnino: ne te pigeat comedere suave obsonium, frustra a proverbio vituperatum.

**268** EPISTOLA CLXXXVIII\*\*  
CANONICA PRIMA.

*Respondet Basilius pluribus Amphilochoii quæstionibus ad canones pertinentibus, ac nonnulla Scripturæ loca ejusdem episcopi rogatu explicat.*

*Amphilochio de canonibus.*

*Stulto interroganti, inquit, sapientia reputabitur*<sup>46</sup>. Sapientis autem, ut videtur, interrogatio etiam stultum sapientem efficit: quod Dei gratia accidit nobis, quoties laboriosæ tuæ animæ litteras accipimus. Etenim doctiores quam eramus, ac prudentiores fimus ex ipsa interrogatione, multa quæ ignorabamus ediscentes; ac nobis magistri loco est respondendi cura. Certe et nunc cum de interrogatis tuis nunquam hactenus sollicite cogitassetem, coactus sum diligenter attendere, et si quid a senioribus audieram, recordari, et cognata iis quæ didiceram, per me ipse ratiocinari.

*Canon I.* Quod igitur ad Catharos pertinet, et prius dictum est, et recte admonuisti uniuscujusque regionis morem sequi oportere: quod ii, qui tunc de illis statuerunt, in varias de ipsorum baptisate sententias abierunt. Pepuzenorum autem baptisate nullam mihi habere rationem videtur, et miratus sum quomodo hoc Dionysium, hominem canonum

<sup>46</sup> Prov. xvii, 28.

\* Alias CCXIV. Scripta circa an. 374.

\*\* Alias I. Scripta anno 374.

(32) Μεταπίσειν. Sic mss. summo consensu. Editi μεταπεσειν.

(33) Ἐπερωτήσαντι. Editi addunt σοφίαν, *Interroganti sapientiam sapientia reputabitur*. Quæ quidem vox a recentioribus librariis videtur addita fuisse. Deest enim in tribus Coislinianis codicibus et in quatuor Regiis. Deest etiam in codice Alexandrino et pluribus aliis sacræ Scripturæ codicibus.

(34) Περὶ τὸ ἀποκρίνεσθαι. Nonnulli codices ἀποκρίνασθαι. Unus περὶ τοῦ. Legitur περὶ τὸ ἀκριβῆς in Coisliniano vetustiore et duobus aliis. Illud autem ex verbis Basilii colligi non debet, eum hactenus in canonibus parum fuisse versatum. Nam ab initio episcopatus multa de matrimonio, de ordinationibus clericorum et eorum singularitate statuerat, ut patet ex epistolis ad Diodorum, ad chorepiscopos, ad episcopos sibi subditos, et ad Pare-

Α μεταπίσειν (32), καὶ τῆς παροιμίας καταγελάσασθαι, ὁρῶν αὐτὴν οὕτως ἀγαθὴν κουροτρόφον, ἢ τὸν ἄρχοντα ἡμῶν εἰς ἀκμὴν ἐπανήγαγε. Καὶ οὐδὲν εἶναι τοῦ λοιποῦ κατ' αὐτὴν ἠγήσομαι, οὐχ ὅπως τὸν Ὀμηρικὸν λωτὸν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀμβροσίαν ἐκείνην, ἧτις ποτ' ἄρα ἦν, ἢ τοὺς Ὀλυμπίους χορτάζουσα.

## EPISTOLA PΠΖ'.

Ἀντίπατρος Βασιλεῖω.

Δις κράμβη θάνατος, ἢ βάσκανός φησι παροιμία. Ἐγὼ δὲ, πολλάκις αἰτήσας, ἅπαξ ἀποθανοῦμαι· πάντως δὲ καὶ μὴ αἰτήσας. Εἰ δὲ πάντως, μὴ κατόκνει ἐσθίειν ὄψον ἡδύ, μάτην ὑπὸ τῆς παροιμίας Β λαιδορηθέν.

EPISTOLA PΠΗ'  
ΚΑΝΟΝΙΚΗ Α'.

Ἀμφιλοχίω περὶ κανόνων.

Ἀνοήτῳ, φησὶν, ἐπερωτήσαντι (33) σοφία λογισθήσεται. Σοφοῦ δὲ, ὡς ἔοικεν, ἐπερωτήματα καὶ τὸν ἀνόητον σορίζει· ὅπερ τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτι συμβαίνει ἡμῖν, ὅσάκις ἂν δεξώμεθά σου τῆς φιλοπόνου ψυχῆς τὰ γράμματα. Ἐπιστατικώτεροι γὰρ ἑαυτῶν καὶ ἐμφρονέστεροι γινόμεθα ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐρωτήσεως, πολλὰ, ὧν οὐκ ἐπιστάμεθα, διδασκόμενοι· καὶ γίνεται ἡμῶν διδάσκαλος ἢ περὶ τὸ ἀποκρίνεσθαι (34) μέριμνα. Ἀμέλει καὶ νῦν, οὐδέποτε λαβόντες ἐν φροντίδι τὰ ἐπερωτήματά σου, ἠναγκάσθημεν ἐπισκέψασθαι ἀκριβῶς, καὶ εἴ τί τι ἠκούσαμεν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων, ἀναμνησθῆναι, καὶ τὰ συγγενῆ ὧν ἐδιδάχθημεν, παρ' ἑαυτῶν ἐπιλογίσασθαι.

Α'. Τὸ μὲν οὖν περὶ τοὺς Καθαροὺς ζήτημα καὶ εἴρηται πρότερον, καὶ καλῶς ἀπεμνημόνευσας, ὅτι δεῖ τῶ ἔθει τῶν καθ' ἑκάστην χώραν ἔπεσθαι, διὰ τὸ διαφόρως ἐνέχθῆναι (35) περὶ τοῦ βαπτίσματος αὐτῶν τοὺς τότε περὶ τούτων διαλαβόντας· τὸ δὲ τῶν Πεπουζηνῶν οὐδένα μοι λόγον ἔχειν δοκεῖ· καὶ ἐθαύμασα πῶς κανονικὸν ὄντα τὸν Διονύσιον (36) παρ-

gorium. Scripserat etiam ad clericos Antiochenos de jurejurando, ut ipse testatur can. 48. Sed cum latissime pateat hæc materia, non mirum si vel doctissimis semper novi aliquid occurrit. Idem de se fatetur Innocentius papa in epist. ad Exsuperium *Mihi quoque ipsi, inquit, de collatione docilitas accedit, dum perscrutatis rationibus ad propositum respondere compellor: eoque fit ut aliquid semper addiscatur, qui postulatur ut doceat.*

(35) Ἐνεχθῆναι. Ita mss. summo consensu. Editi ἐνδιενεχθῆναι.

(36) Τὸν Διονύσιον. Editi τὸν μέγαν Διονύσιον. Sed deest hoc loco in nostris sexdecim codicibus hæc honorifica appellatio, quæ tamen postea eidem Dionysio in hoc ipso canone tribuitur, consentientibus libris veteribus et editis. Duo autem in hoc Basilii testimonio observanda. 1<sup>o</sup> Pugnat aperte Basilius cum Hieronymo, qui in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* testatur Dionysium idem ac Cy-



ἤλθεν. Ἐκεῖνο γὰρ ἔκρινον οἱ παλαιοὶ δέχεσθαι βάπτισμα, τὸ μηδὲν τῆς πίστεως παρεκβαῖνον (37)· ὄθεν τὰς μὲν αἱρέσεις ὠνόμασαν, τὰ δὲ σχίσματα (38), τὰς δὲ παρασυναγωγάς. Αἱρέσεις μὲν τοὺς παντελῶς ἀπερρήγμένους, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν πίστιν ἀπῆλλοτριωμένους· σχίσματα δὲ τοὺς δι' αἰτίας τινὰς ἐκκλησιαστικὰς καὶ ζητήματα ἰάσιμα πρὸς ἀλλήλους διενεχθέντας· παρασυναγωγὰς δὲ τὰς συναῖξεις τὰς παρὰ τῶν ἀνυποτάκτων πρεσβυτέρων ἢ ἐπισκόπων καὶ παρὰ τῶν ἀπαιδευτῶν λαῶν γινομένας. Οἷον εἴ τις, ἐν πταίσματι ἐξετασθεὶς, ἐπεσχέθη τῆς λειτουργίας, καὶ μὴ ὑπέκυψε τοῖς κανόσιν, ἀλλ' ἑαυτῷ ἐξεθίκησε τὴν προεδρίαν καὶ τὴν λειτουργίαν, καὶ συναπῆλθον τούτῳ τινὲς καταλιπόντες τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν, παρασυναγωγὴ τὸ τοιοῦτο. Σχίσμα δὲ τὸ περὶ τῆς μετανοίας διαφόρως ἔχειν πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας. Αἱρέσεις δὲ, οἷον ἡ τῶν Μανιχαίων, καὶ Οὐαλεντινίων, καὶ Μαρκιονιστῶν, καὶ αὐτῶν τούτων τῶν Πεπουζηνῶν· εὐθὺς γὰρ περὶ αὐτῆς τῆς εἰς Θεὸν πίστεως ἐστὶν ἡ διαφορά. Ἔδοξε τοίνυν τοῖς ἐξ ἀρχῆς (39), τὸ μὲν τῶν αἱρετικῶν παντελῶς

prianum de baptismo sensisse. Videtur hac in re major auctoritas Basilio attribuenda quam Hieronymo. Plus operæ insumpserat Basilius in ea re examinanda. Præterea cum illius testimonio congruit tota Dionysii agendi ratio, qui deprecatores se pro Asiaticis et Afris interposuit: nedum in eadem ac illi causa versaretur. Quin etiam suam ac decessorum suorum sententiam satis declaravit, cum hominem impio et blasphemie pleno baptismo apud hæreticos initiatum, sed jamdudum sine baptismo ab antecessoribus suis receptum, ante non ausus est baptizare, quam Xistum episcopum Romanum consulisset, Euseb. *Hist.* l. vii, c. 9. 2º Etsi testatur Basilius non rejectum a Dionysio fuisse baptismum Pepuzenorum; non tamen videtur existimasse magnum illum virum eadem indulgentia in alios hæreticos usum fuisse. Miratur enim cur tam liberaliter egerit cum Pepuzenis utpote hæreticis; quod profecto mirum ei visum non fuisset, si ipsos etiam Marcionitas et Valentinianos ab eo sine baptismo receptos credidisset. Quamobrem Basilius sententia paulo restrictius accipienda, quam vulgo accipitur. Constat illius de Pepuzenis sine baptismo receptis testimonium, atque ex hoc testimonio illud etiam colligi potest, quodlibet baptismum, modo ritus legitimus non deesset, ratum a Dionysio habitum fuisse. Sed Basilius ipse de solis Pepuzenis loquitur, et in hoc ipso canone magni Dionysii erratum (sic enim appellat) in eo manifestum et ante oculos positum esse declarat, quod discesserit a sancita patris canonibus regula, ut aliter hæretici, aliter schismatici recipiantur. Credebat ergo opinatam illam regulam in aliis hæresibus a Dionysio observatam fuisse.

(37) Τὸ μηδὲν τῆς πίστεως παρεκβαῖνον. His verbis Basilius, qui nihil a fide recedit, baptismum intelligit, quod ab hominibus nihil in fidem peccantibus extra Ecclesiam datur. Nam in toto hoc canone non querit, utrum observata necne fuerit præscripta a Christo forma: sed eam rem, ut minime controversam prætermittens, baptismi rejiciendi aut probandi regulam repetit ex sana aut hæretica doctrina. Hinc illa hæresum, schismatum et parasynagogarum distinctio, ex qua profecto dignosci non possit, utrum observati necne fuerint legitimi ritus. Hinc etiam Basilius hæreticorum baptismum, etsi a fide recedit, interdum tamen ra-

peritum, fugerit. Antiqui enim illud baptismum suspiciendum putavere, quod nihil a fide recedit; unde alias quidem hæreses, alia schismata, alias parasynagogas appellarunt. Hæreses quidem eos, qui penitus resecti sunt, et in ipsa fide abalienati; schismata vero, eos, qui propter ecclesiasticas quasdam causas et quæstiones inter utramque partem non insanabiles dissident; parasynagogas autem, conventus illos qui ab immorigeris presbyteris aut episcopis et a populis **269** disciplinæ expertibus fiunt. Velut si quis in delicto deprehensus, a ministerio arceatur, nec se canonibus summittat, sed sibi principatum et ministerium vindicet, ac nonnulli una cum eo, relicta catholica Ecclesia, discedant; hoc dicitur parasynagoga. Schisma autem est, de pœnitentia ab iis qui ex Ecclesia sunt, dissentire. Hæreses autem, velut Manichæorum, et Valentinianorum, et Marcionistarum, et horum ipsorum Pepuzenorum; statim enim de ipsa in Deum fide dissensio est. Visum est ergo antiquis hæreticorum quidem baptismum penitus re-

tum esse patitur, si ita postulet publica utilitas. At profecto nunquam tanta usus esset indulgentia, si baptismum a fide recedere aut non recedere existimasset, prout præscripta a Christo forma violatur aut servatur. Denique sancit can. 47 baptizandos Encratitas, quamvis dicunt, *In Patrem et Filium et Spiritum sanctum baptizati sumus*. Reiciebat ergo illud baptismum non ob violatos baptizandi ritus, sed quia Encratitæ, ut ibidem testatur, Deum auctorem malorum existimabant, itidem ut Marcion et aliæ hæreses.

C (38) Τὰ δὲ σχίσματα. Sic plerique mss. Editi τὰς δὲ. Nonnulli codices habent τὰς δὲ παρασυναγωγὰς.

(39) Τοῖς ἐξ ἀρχῆς. Quosnam hic antiquos intelligit Basilius? An Firmilianum, an ejus antecessores, an successores? Non loquitur de Firmiliano; ejus enim sententiam non parum ab ista discrepantem infra exponit. Si de successoribus loquitur, nihil erit ambigui, nihil non accurate dictum. Nam cum Firmilianus nullo discrimine habuisset baptismum sive in hæresi, sive in schismate, sive in parasynagogis datum, ut patet ex ejus epistola ad Cyprianum et ex hoc ipso canone; de illius severitate aliquid postea limatum, et ea inducta distinctio quam Basilius commemorat. Sed videtur Basilius episcopos Firmiliano antiquiores designare. Hæc enim verba τοῖς ἐξ ἀρχῆς satis apte eos indicant, qui de baptismo primi pertractarunt. Præterea miratur Basilius, quod Dionysius, qui æqualis fuit Firmiliani, ab hac distinctione discesserit in recipiendo Pepuzenorum baptismo. Jam tum ergo illam viguisse credebat. Hæc autem sancti doctoris opinio cum sua sponte non verisimilis est, tum ab ipso Firmiliano refellitur, qui sententiam suam a majoribus accepisse se testatur. *Nec meminimus*, inquit in epistola inter Cyprianicas 75, p. 149 novæ edit., *hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper istic observatum sit, ut non nisi unam Dei Ecclesiam nossemus, et sanctum baptismum non nisi sanctæ Ecclesiæ computaremus*. Credebat ergo Firmilianus ignotam majoribus suis fuisse distinctionem hæreticorum et schismaticorum in baptismo: longe aliter visum Basilio. Unde patet summos illos viros, Firmilianum et Basilium, errasse, dum suam uterque opinionem justo longius repetit, alter ab ipsis apostolis, alter a temporibus ante Firmilianum elapsis.



cere; schismaticorum vero, ut adhuc ex Ecclesia existentium, admittere; eos tandem qui sunt in parasynagogis, justa pœnitentia et animadversione emendatos rursus Ecclesiæ conjungere; adeo ut sæpe et ii qui in gradu collocati una cum rebellibus abierant, postquam pœnitentiam egerint, in eundem ordinem admittantur. Pepuzeni ergo sunt aperte hæretici: nam in Spiritum sanctum blasphemaverunt, Montano et Priscillæ Paraclæti appellationem nefarie impudenterque attribuentes. Igitur, sive quia hominibus divinitatem attribuunt, condemnandi sunt: sive quia Spiritum sanctum afficiunt injuria, dum eum comparant cum hominibus, sic etiam sunt æternæ condemnationi obnoxii, quod condonari non possit blasphemia in Spiritum sanctum. Qua igitur ratione eorum baptisma admittatur, cum in Patrem et Filium et Montanum aut Priscillam baptizent? non enim baptizati sunt qui in ea, quæ nobis tradita non sunt, baptizati fuere. Quare, etsi hoc Dionysium magnum latuit, servanda nobis non est imitatio erroris. Hoc enim quam absurdum sit, sua sponte perspicuum est, ac omnibus evidens, qui vel leviter ratiocinari possunt. Cathari sunt et ipsi ex iis qui sunt abscissi. Cæterum antiquis visum est, Cypriano **270** dico, et nostro Firmiliano, hos omnes uni calculo subjicere, Catharos, et Encratitas, et Hydroparastatas; propterea quod principium quidem separationis per schisma factum fuerat: qui autem ab Ecclesia se separaverant, non habebant amplius in se gratiam

(40) Ἀποσχισάντων. Ita plerique mss. Editi ἀποσχισθέντων. Goisl. primus ἀποσχίστων. Quod autem addit Basilius, ut adhuc ex Ecclesia existentium, non ideo addit quod schismaticos in Ecclesiæ membris numeraret. Illius verba si quis in deteriore parte rapiat, facilis et expedita responsio. Nam sub finem hujus canonis de Encratitis ipsis, id est, de hæreticis Incarnationem et Dei singularitatem negantibus, ait sibi non jam integrum esse eos qui huic sectæ conjuncti sunt ab Ecclesia separare, quia duos eorum episcopos sine baptismo ac sine nova ordinatione receperat. Nemo autem suspicabitur Basilium ejusmodi hæreticos ab Ecclesia alienissimos non judicasse. Quare quidquid schismaticis tribuit, in sola baptismi societate positum est. Nam cum Cyprianus et Firmilianus schismaticos et hæreticos ita ab Ecclesia distractos crederent, ut nihil prorsus ad eos ex fontibus Ecclesiæ perflueret; Basilius huic sententiæ non assentitur, et in schismaticis quia fidem Ecclesiæ retinent, vestigium quoddam agnoscit necessitudinis et societatis cum Ecclesia, ita ut valida sacramentorum administratio ab Ecclesia ad illos permanere possit. Hinc sibi integrum negat detestandos hæreticos ab Ecclesia separare, quorum baptismum habuerat. Idem docent duo præstantissimi unitatis defensores, Optatus et Augustinus. Quod enim scissum est, inquit Optatus lib. iii, n. 9, ex parte divisum est, non ex toto: cum constet merito, quia nobis et vobis ecclesiastica una est conversatio, et si hominum litigant mentes, non litigant sacramenta. Vid. lib. iv, n. 2. Sic etiam Augustinus lib. i De baptismo, n. 3: Itaque isti (hæretici et schismatici) in quibusdam rebus nobiscum sunt: in quibus autem nobiscum non sunt, ut veniendo accipiant, vel redeundo recipiant, adhortamur. Vid. lib. iii, n. 26. Sic ex Basilio hæretici nobiscum

ἀθετῆσαι, τὸ δὲ τῶν ἀποσχισάντων (40), ὡς ἔτι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ὄντων, παραδέξασθαι· τοὺς δὲ ἐν ταῖς παραsynαγωγαῖς, μετανοίᾳ ἀξιολόγῳ καὶ ἐπιστροφῇ βελτιωθέντας, συνάπτεσθαι πάλιν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὥστε πολλάκις καὶ τοὺς ἐν βαθμῶ, συναπελθόντας τοῖς ἀνυποτάκτοις, ἐπειδὴν (41) μεταμεληθῶσιν, εἰς τὴν αὐτὴν παραδέχεσθαι τάξιν. Οἱ τοίνυν Πεπουζηνοὶ προδήλως εἰσὶν αἰρετικοὶ· εἰς γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐβλασφήμησαν, Μουτανῶ καὶ Πρίσκιλλῃ τὴν τοῦ Παρακλήτου προσηγορίαν ἀθεμίτως καὶ ἀναισχύντως ἐπιφημίσαντες. Εἴτε οὖν ὡς ἀνθρώπους θεοποιούντες, κατάκριτοι· εἴτε ὡς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῇ πρὸς ἀνθρώπους συγκρίσει καθυβρίζοντες (42), καὶ οὕτω τῇ αἰωνίῳ καταδίκῃ ὑπεύθυνοι, διὰ τὸ ἀσυγχώρητον εἶναι τὴν εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημίαν. Τίνα οὖν λόγον ἔχει τὸ τούτων βάπτισμα ἐγκριθῆναι τῶν βαπτιζόντων εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Μουτανὸν ἢ Πρίσκιλλαν (43); οὐ γὰρ ἐβαπτίσθησαν οἱ εἰς τὰ μὴ παραδεδομένα ἡμῖν βαπτισθέντες. Ὡστε, εἰ καὶ τὸν μέγαν Διονύσιον τοῦ παρέλαθεν, ἀλλ' ἡμῖν οὐ φυλακτέον τὴν μίμησιν τοῦτο σφάλματος. Τὸ γὰρ ἄτοπον αὐτόθεν πρόδηλον, καὶ πᾶσιν ἐναργές, οἷς τι καὶ μικρὸν τοῦ λογιζέσθαι μέτεστιν. Οἱ Καθαροὶ καὶ αὐτοὶ τῶν ἀπεσχισμένων εἰσὶ. Πλὴν ἀλλ' ἔδοξε τοῖς ἀρχαίοις, τοῖς περὶ Κυπριανὸν λέγων καὶ Φερμιλιανὸν τὸν ἡμέτερον, τοὺτους πάντας μὲν ψήφῳ ὑποβαλεῖν, Καθαροὺς, καὶ Ἐγκρατίτας, καὶ Ὑδροπαραστάτας (44)· διότι ἡ μὲν ἀρχὴ τοῦ χωρισμοῦ διὰ σχίσματος γέγονεν· οἱ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἀποστάτες οὐκέτι

C sunt quoad baptismum.

(41) Ἐπειδὴν. Editi addunt δὲ, sed hæc vocula deest in omnibus mss.

(42) Καθυβρίζοντες. Ita omnes mss. Editi καθυβρίσαντες.

(43) Μουτανὸν ἢ Πρίσκιλλαν. Nonnulli mss. codices καὶ Ποῖσκιλλαν. Non ait Basilius Pepuzenos in baptizando Montanum aut Priscillam nominatim appellasse; sed Pepuzenorum baptismum rejicit, quia aperte sunt hæretici; et cum eos Montano crederet Spiritus sancti nomen deferre, inde concludit eos dum baptizant in nomine Spiritus sancti, Montanum intelligere. Simili ratione rejicit Cyprianus baptismum Marcionis in epist. ad Jubaiantum, p. 131 novæ edit. Nunquid, inquit, hanc Trinitatem Marcion tenet? Nunquid eundem asserit, quem et nos Patrem creatorem? Nunquid eundem novit Filium Christum de Maria virgine natum? Firmilianus negat Catharygas in eundem ac Catholicos Christum baptizare, quia si queramus quem Christum prædicent, respondebunt eum se prædicare qui miserit Spiritum per Montanum et Priscillam locutum. p. 145 ejusdem edit. Quemadmodum ex his Cypriani et Firmiliani testimoniis non sequitur hæreticos aliis ac catholicos in baptizando verbis usos fuisse; ita nec de Montanistis id Basilius testari credendus est.

(44) Ὑδροπαραστάτας. Editi addunt ἀποστατίτας, sed hæc desunt in nostris omnibus codicibus, et apud Balsamonem ac Zonaram. Ibidem editi δι' ὃ γ. Melius plerique codices quos secuti sumus. Paulo post sex mss. ἐφ' ἐκείτους. Sic etiam vetustissima canonum collectio Joannis patriarchæ Constantinopolitani, quæ asservatur in bibliotheca Coisliniana. Sed alii codices cum editis consentiunt.



ἔσχον τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ἑαυτοῖς· ἐπέλιπε γὰρ ἡ μετάδοσις τῷ διακοπῆναι τὴν ἀκολουθίαν. Οἱ μὲν γὰρ πρῶτοι ἀναχωρήσαντες παρὰ τῶν πατέρων ἔσχον τὰς χειροτονίας, καὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν αὐτῶν εἶχον τὸ χάρισμα τὸ πνευματικόν· οἱ δὲ ἀπορραγέντες, λαϊκοὶ γενόμενοι, οὔτε τοῦ βαπτίζειν, οὔτε τοῦ χειροτονεῖν εἶχον τὴν ἐξουσίαν, οὐκέτι θυνάμενοι χάριν Πνεύματος ἁγίου ἐτέροις παρέχειν, ἧς αὐτοὶ ἐκπετώασιν. Διὸ, ὡς παρὰ λαϊκῶν βαπτίζομένους τοὺς παρ' αὐτῶν, ἐκέλευσαν ἐρχομένους ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν τῷ ἀληθινῷ βαπτίσματι τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἀνακαθαίρεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ ὅλως ἔδοξέ τισι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν οἰκονομίας ἕνεκα τῶν πολλῶν δεχθῆναι αὐτῶν τὸ Βάπτισμα, ἔστω δεκτὸν. Τὸ δὲ τῶν Ἐγκρατιτῶν (45) κακούργημα νοῆσαι ἡμᾶς δεῖ, ὅτι, ἐν' αὐτοῖς ἀπροσδέκτους ποιήσωσι τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐπεχείρησαν λοιπὸν ἰδίῳ προκαταλαμβάνειν βαπτίσματι· ὅθεν καὶ τὴν συνήθειαν τὴν ἑαυτῶν παρεχάραξαν. Νομίζω τοίνυν, ὅτι, ἐπειδὴ οὐδὲν ἐστὶ περὶ αὐτῶν φανερώς διηγορευμένον, ἡμᾶς προσῆκεν ἀθετεῖν αὐτῶν τὸ βάπτισμα· καὶ τις ἢ παρ' αὐτῶν εἰληφώς, προσιόντα τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτίζειν. (Ἐάν μὲντοι μέλλοι (46) τῇ καθόλου οἰκονομίᾳ ἐμπόδιον ἔσσεισθαι τοῦτο, πάλιν τῷ ἔθει χρηστέον, καὶ τοῖς οἰκονομήσασιν τὰ καθ' ἡμᾶς Πατράσιν ἀκολουθητέον. Ὑφ' ὁρῶμαι γὰρ μήποτε, ὡς βουλόμεθα ὀκνηροὺς αὐτοὺς περὶ τὸ βαπτίζειν ποιῆσαι, ἐμποδίσωμεν τοῖς σωζομένοις διὰ τὸ τῆς προτάσεως αὐστηρόν.) Εἰ δὲ ἐκεῖνοι φυλάσσωσι τὸ ἡμέτερον βάπτισμα, τοῦτο ἡμᾶς μὴ δυσωπεῖτω. Οὐ γὰρ ἀντιδιδόναι αὐτοῖς ὑπεύθυνοι χάριν ἐσμέν, ἀλλὰ δουλεύειν ἀκριθείᾳ κανόνων. Παντὶ δὲ λόγῳ τυπωθήτω, τοὺς ἀπὸ τοῦ βαπτισμοῦ ἐκείνων (47) προσερχομένους χρίεσθαι ἐπὶ τῶν πιστῶν δηλονότι, καὶ οὕτω προσιέναι τοῖς μυστηρίοις. Οἶδα δὲ, ὅτι τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς περὶ Ἰζοῖν (48), καὶ Σατορνῖνον, ἀπ' ἐκείνης ὄντας τῆς τάξεως, προσεθεξάμεθα εἰς τὴν καθέδραν τῶν ἐπισκόπων. Ὡστε τοὺς τῷ

A Spiritus sancti : defecerat enim communicatio, interrupta continuatione. Qui enim primi recesserant, ordinationem a patribus habebant, et per manuum eorum impositionem habebant donum spirituale ; qui autem resecti sunt, laici effecti, nec baptizandi, nec ordinandi habebant potestatem, ut qui non possent amplius Spiritus sancti gratiam aliis præbere, a qua ipsi exciderant. Quare eos, qui ab ipsorum partibus stabant, tanquam a laicis baptizatos, jusserunt vero Ecclesiæ baptisinate ad Ecclesiam venientes expurgari. Sed quoniam nonnullis Asiaticis omnino visum est eorum baptisma, pluribus consulendi causa, suscipiendum esse, suscipiatur. Encratitarum autem facinus oportet nos intelligere. Nimirum, ut reditum sibi in Ecclesiam intercludant, aggressi sunt deinceps proprio baptisinate præoccupare : unde et suam ipsorum consuetudinem violarunt. Existimo itaque, quoniam nihil de illis aperte dictum est, eorum baptisma a nobis rejiciendum esse ; ac si quis ab eis acceperit, accedentem ad Ecclesiam baptizandum. (Quod si hoc generali œconomiae impedimento erit, rursus consuetudine utendum est, et sequi oportet Patres, qui quæ ad nos pertinent, dispensaverunt. Vereor enim, ne, dum eos volumus ad baptizandum tardos facere, impedimento propter sententiæ severitatem simus iis qui salvantur.) Quod si illi nostrum baptismum servant, hoc nos non moveat. Neque enim debemus par pari referre, sed accurate canonum observationi servire. Omni autem ratione statuatur, ut ii qui ab illorum baptismo veniunt, ungantur coram fidelibus videlicet, et ita demum ad mysteria accedant. Scio autem, fratres, Izoinum, et Saturninum, qui erant ex illorum ordine, in episcoporum cathedram a nobis esse susceptos. Quare eos qui illorum ordini conjuncti sunt, non possumus amplius ab Ecclesia separare ; qui scilicet com-

(45) Τῶν Ἐγκρατιτῶν. Hoc Encratitarum facinore non corrupta essentialis baptismi forma, sed novæ quædam adjectæ cæremoniae. Nam in canone 47 sic eos loquentes inducit, *In Patrem et Filium et Spiritum baptizatus sumus*. Hinc eorum baptismum raturum habet, si qua inciderit magni momenti causa. Quod autem ait hoc facinus eos incipere, *ut reditum sibi in Ecclesiam intercludant*, videtur id prima specie in eam sententiam accipiendum, quasi Encratitæ baptismum suum ea mente immutassent, ut Catholicos ad illud rejiciendum incitarent, sicque plures in secta contineret odium et fuga novi baptismatis. Abhorrebat enim ab omnium animis intercatu baptismus, ut pluribus exemplis probat Augustinus. lib. v *De baptismo*, n. 6. Videtur ergo prima specie Encratitis, ea, quam dixi, exstitisse causa, cur baptismum immutarent. Atque ita hunc locum interpretatur Tillemontius, tom. IV, p. 628. Sic etiam illius exemplo interpretatus sum in Præf. novæ Cypriani operum editioni præmissa cap. 4, p. 12. Sed huic interpretationi non convenit cum his quæ addit Basilus. Vereri enim se significat ne Catholicici, dum Encratitas ab hac baptismi immutatione detertere volunt, nimium restricti sint et severi in eorum baptismo

rejiciendo. Sperabant ergo Catholicici tardiores ad ejusmodi baptismum Encratitas futuros, si illud Catholicici ratum habere nollent ; nedum ipsi Encratitæ baptismatis immutationem eo consilio induxerint, ut ejusmodi baptismum verba, *ut reditum sibi in Ecclesiam intercludant*, non consilium et propositum Encratitarum designant, sed incommodum quod ex eorum facinore consequabatur ; velut si dicamus aliquem scelus admittere, ut æternam sibi damnationem accersat.

(46) Μέλλοι. Sic plerique mss. Editi μέλλη.

(47) Ἀπὸ τοῦ βαπτισμοῦ ἐκείνων. Sic emendavimus ope duorum codicum Regiorum, nempe 2502 et 2508, quod legebatur in editis ἐπὶ τῷ βαπτισμῷ ἐκείνω. Quidam codices ἐπὶ τῷ βαπτισμῷ ἐκείνω. Alii cum editis consentiunt, nisi quod habent ἐκείνων. Ibidem editi ὑπὸ τῶν πιστῶν. Omnes mss. ut in textu.

(48) Ἰζοῖν. Cum magna sit hac in voce codicum mss. varietas, sequi maluimus tres codices optimæ notæ, nempe duos Regios et Coislinianum primum. His favent plures alii in quibus legitur, Ἰζώην, vel Ἰζωῖον, vel Ἰζόην. Alii habent Ζωῖον. Pauci cum editis Ζοῖν.



munionis cum ipsis quasi canonem quemdam, A  
episcopus suscipiendo, ediderimus.

**271** II. Quæ de industria fetum corruptit, cædis pœnas luit. De formato autem aut informi subtilius non inquirimus. Hic enim non id modo quod nasciturum erat, vindicatur, sed etiam illa ipsa, quæ sibi insidias paravit, quoniam ut plurimum intereunt in ejusmodi inceptis mulieres. Huc autem accedit et fetus interitus, cædes altera, saltem si consilii eorum qui hæc audent, ratio habeatur. Oportet autem non ad obitum usque pœnitentiam earum extendere, sed decem quidem annorum mensuram accipiant; definiatur autem curatio non tempore, sed pœnitentiæ modo.

III. Diaconus post diaconatum fornicatus, diaconatu ejicietur quidem, sed in laicorum detrusus locum, a communione non arcebitur. Quoniam antiquus est canon, ut ii qui gradu exciderunt, huic soli pœnæ generi subjiciantur, antiquis, opinor, secutis legem illam, *Non vindicabis bis in idipsum* <sup>47</sup>: atque etiam propter aliam causam; quod qui in ordine sunt laico, si a loco fidelium ejiciantur, rursus in eum, ex quo ceciderunt, locum recipiuntur; diaconus vero semel habet mansuram pœnam depositionis. Quoniam igitur diaconatus ei non restituitur, in ea sola mulcta steterunt. Atque hæc quidem sunt quæ ex constitutionibus habentur. In omnibus autem verior medicina est recessus a peccato. Quare qui propter carnis voluptatem gratiam abjecit, is si carnem conterendo et in omnem, secundum continentiae præscripta, servitutem redigendo secedat a voluptatibus, a quibus victus et prostratus est, plenum nobis suæ curationis specimen dabit. Itaque scire nos utraque oportet, et quæ sunt summi juris, et quæ sunt consuetudinis: sequi autem in iis quæ summum jus non admittunt, formam traditam.

<sup>47</sup> Nahum 1, 9.

(49) Ἐκείνων. Ita mss. plerique. Editi ἐκείνω.

(50) Γεννηθησόμενον. Hic locus sic legitur in pluribus mss codicibus: γεννησόμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ ἑαυτῷ ἐπιβουλεύσας.

(51) Δέχεσθαι μὲν τὸ μέτρον. Consentiant hoc loco codices mss. Unde miror in editis legi μετὰ τὸ μέτρον, post mensuram decem annorum eas oportet recipere.

(52) Ἀρχαῖός ἐστι κανὼν. Respicit, ni fallor, ad canonem 25 apostolorum, ad quem Balsamon et Zonaras observant nonnulla esse peccata, quibus excommunicatio, non solum depositio infligitur; velut si quis pecunia, vel magistratus potentia sacerdotium assequatur, ut sancitur can. 29 et 30,

(53) Συντριμμοῦ τῆς σαρκός. Duo veteres libri συντριμμοῦ τῆς καρδίας, per contritionem cordis. Constat autem hic canon duabus partibus. Prima diaconis excommunicationis et graduum pœnitentiæ molestiam eximit. Altera veram et in omnibus servandam præscribit medicinam, quæ est recessus a peccato, nec diaconos ab exhibendo curationis suæ specimine immunes relinquit. Unde colligitur clericis lapsis non statim concessum fuisse corpus

τάγματι ἐκείνων (49) συνημένους οὐκέτι δυνάμεθα διακρίνειν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, οἷον κανὼνα τινὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας ἐχθήμενοι διὰ τῆς τῶν ἐπισκόπων παραδοχῆς.

Β'. Φθείρασα κατ' ἐπιτήδευσιν, φόνου δίκην ὑπέχει. Ἀκριβολογία δὲ ἐκμεμορφωμένου καὶ ἀνεξεικονίστου παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν. Ἐνταῦθα γὰρ ἐκδικεῖται οὐ μόνον τὸ γεννηθησόμενον (50), ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ἑαυτῇ ἐπιβουλεύσασα· διότι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐναποθνήσκουσι ταῖς τοιαύταις ἐπιχειρήσεσιν αἱ γυναῖκες. Πρόσεστι δὲ τούτῳ καὶ ἡ φθορὰ τοῦ ἐμβρύου, ἕτερος φόνος, κατὰ γε τὴν ἐπίνοιαν τῶν ταῦτα τολμῶντων. Δεῖ μὲντοι μὴ μέχρι τῆς ἐξόδου παρατείνειν αὐτῶν τὴν ἐξομολόγησιν, ἀλλὰ δέχεσθαι μὲν τὸ μέτρον (51) τῶν δέκα ἐτῶν· ὀρίζειν δὲ μὴ χρόνῳ, ἀλλὰ τρόπῳ τῆς μετανοίας τὴν θεραπείαν.

Γ'. Διάκονος, μετὰ τὴν διακονίαν πορνεύσας, ἀπόβλητος μὲν τῆς διακονίας ἔσται· εἰς δὲ τὸν τῶν λαϊκῶν ἀπωσθεὶς τόπον, τῆς κοινωνίας οὐκ εἰρχθήσεται. Διότι ἀρχαῖός ἐστι κανὼν (52) τοὺς ἀπὸ βαθμοῦ πεπτωκότας τούτῳ μόνῳ τῷ τρόπῳ τῆς κολάσεως ὑποβάλλεσθαι· ἀκολουθησάντων, ὡς οἶμαι, τῶν ἐξ ἀρχῆς τῷ νόμῳ ἐκείνῳ τῷ, Οὐκ ἐκδικήσεις δις ἐπὶ τὸ αὐτό· καὶ δι' ἑτέραν δὲ αἰτίαν· ὅτι οἱ μὲν ἐν τῷ λαϊκῷ ὄντες τάγματι, ἐκθεβλημένοι τοῦ τόπου τῶν πιστῶν, πάλιν εἰς τὸν ἀφ' οὗ ἐξέπεσον τόπον ἀναλαμβάνονται· ὁ δὲ διάκονος ἅπαξ ἔχει διαρκῆ τὴν δίκην τῆς καθαιρέσεως. Ὡς οὖν οὐκ ἀποδιδόμενης αὐτῷ τῆς διακονίας, ἐπὶ ταύτης ἔστησαν μόνης τῆς ἐκδικήσεως. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐκ τῶν τύπων. Καθόλου δὲ ἀληθέστερόν ἐστιν ἴαμα ἢ τῆς ἀμαρτίας ἀναχώρησις. Ὡστε ὁ διὰ σαρκὸς ἡθονὴν ἀθετήσας τὴν χάριν, διὰ τοῦ συντριμμοῦ (53) τῆς σαρκὸς καὶ πάσης δουλαγωγίας τῆς κατ' ἐγκράτειαν ἀποστάς τῶν ἡθονῶν, ὑφ' ὧν κατεστράφη, τελείαν ἡμῖν παρέξει τῆς ἰατρύσεως αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν. Ἀμφότερα τοίνυν εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ, καὶ τὰ τῆς ἀκριθείας καὶ τὰ τῆς συνηθείας· ἔπισθαι δὲ ἐπὶ τῶν μὴ καταδεξαμένων τὴν ἀκρότητα τῷ παραδοθέντι τύπῳ.

Domini, sed eorum conversionem probatam aliquandiu fuisse, quamvis depositionis pœnæ excommunicatio non adderetur. Sic etiam Basilius, can. 4, testatur clericos, qui cum rebellibus abierant, redeuntes sæpe in eodem ordine recipi, sed postquam pœnitentiam egerint, non illam quidem publicam, sed eam quæ in vitiorum emendatione et legitimis conversi cordis significationibus posita est. Late patet hæc observatio in canonibus Basili; eademque adhibita ratio in iis curandis et sanandis, qui quamvis inter pœnitentes non amandarentur, sed cum fidelibus consisterent, non tamen idcirco ad Eucharistiam accedebant. Hinc iis qui in bello occiderunt auctor est Basilius, ut a communione per tres annos abstineant, can. 13. Eadem pœnam imponit iis qui adversus latrones arma sumpserunt, can. 55. Furi sponte confesso locum inter alios fideles relinquit; ita tamen ut annum unum communione careat. Eum autem qui usuras accipit, ad sacerdotium admitti patitur, sed si voluerit injustum lucrum in pauperes insumere, et deinceps ab avaritiæ morbo liberari.



Δ'. Περὶ τριγάμων καὶ πολυγάμων τὸν αὐτὸν ἄνωρισαν (54) κανόνα, ὃν καὶ ἐπὶ τῶν διγάμων, ἀναλόγως· ἐνιαυτὸν μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν διγάμων, ἄλλοι δὲ δύο ἔτη. Τοὺς δὲ τριγάμους ἐν τρισὶ καὶ τέταρσι πολλάκις ἔτεσιν ἀφορίζουσιν. Ὀνομάζουσι δὲ τὸ τοιοῦτον οὐκ ἔτι γάμον, ἀλλὰ πολυγαμίαν, μᾶλλον δὲ πορνείαν κεκολασμένην. Διὸ καὶ ὁ Κύριος τῇ Σαμαρείτιδι πέντε ἀνδράς διαμειψάσῃ, Ὅν νῦν, φησὶν, ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνὴρ· ὡς οὐκέτι ἀξίων ὄντων τῶν ὑπερεκπεσόντων τοῦ μέτρου τῆς διγαμίας τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἢ τῆς γυναικὸς καλεῖσθαι προσρήματι. Συνήθειαν δὲ κατελάβομεν ἐπὶ τῶν τριγάμων πενταετίας ἀφορισμὸν· οὐκ ἀπὸ κανόνων (55), ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν προειληφόντων ἀκολουθίας. Δεῖ δὲ μὴ πάντα αὐτοὺς ἀπείργειν τῆς Ἐκκλησίας, ἀλλ' ἀκροάσεως αὐτοὺς ἀξιῶν ἐν δύο ἢ τρισὶ καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιτρέπειν συστήκειν μὲν, τῆς δὲ κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ ἀπέχεσθαι, καὶ οὕτως ἐπιδειξαμένους καρπὸν τινα μετανοίας ἀποκαθιστῶν τῷ τόπῳ τῆς κοινωνίας.

Ε'. Τοὺς δὲ ἐπὶ ἐξόδῳ μετανοοῦντας τῶν αἰρετικῶν δέχεσθαι χρή· δέχεσθαι δὲ δηλονότι οὐκ ἀκριτως, ἀλλὰ δοκιμάζοντας εἰ ἀληθινὴν ἐπιδείκνυνται μετανοίαν, καὶ εἰ τοὺς καρποὺς (56) ἔχουσι μαρτυροῦντας τῇ πρὸς τὸ σωθῆναι σπουδῇ.

ς'. Τῶν κανονικῶν (57) τὰς πορνείας εἰς γάμον μὴ καταλογίζεσθαι, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ διασπᾶν αὐτῶν τὴν συνάφειαν. Τοῦτο γὰρ καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ πρὸς ἀσφάλειαν λυσitelές, καὶ τοῖς αἰρετικοῖς οὐ δώσει καθ' ἡμῶν λαβὴν, ὡς διὰ τὴν τοῦ ἀμαρτάνειν ἄδειαν ἐπισπωμένων πρὸς ἑαυτοῦ.

ζ'. Ἀρρενοφθόροι καὶ ζωοφθόροι, καὶ φονεῖς, καὶ φαρμακοὶ, καὶ μοιχοὶ, καὶ εἰδωλολάτραι τῆς αὐτῆς καταδίκης εἰσὶν ἠξιωμένοι. Ὡστε ὃν ἔχεις ἐπὶ τῶν ἄλλων τύπον, καὶ ἐπὶ τούτων φύλαξον. Τοὺς δὲ ἐν τριάκοντα ἔτεσι (58) μετανοήσαντας ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ,

<sup>48</sup> Joan. 1v, 18.

(54) Ἄνωρισαν. Sic mss. summo consensu. Editi ἄνωρισαν.

(55) Ἀπὸ κανόνων. Plures codices mss., ἀπὸ κανόνος. Ibidem post vocem ἀκολουθίας legitur in uno codice Regio et in uno Coislino recentiore ἦτοι τοῖς προλαβοῦσιν ἀκολουθοῦντες πατράσι, scilicet eos qui præcesserunt patres sequendo. Sed hæc explicandi causa ad marginem apposita, in contextum postea irrepsisse perspicuum est.

(56) Τοὺς καρποὺς. Statuit synodus Eliberitana, can. 39, ut gentilibus, si vita eorum honesta fuerit, baptismus in fine concedatur. Sed non puto Basilium in eadem sententiam de hæreticis loqui. Fructus enim in hæreticis redeuntibus intelligendi sunt, non anteacta vita, sed præsens hæresis detestatio, veritatis amor, ac sincerus omnibus Ecclesiæ documentis assensus. Porro non mirum si Basilium redeuntes hæreticos non sine examine in exitu recipi jubeat; cum de Catholicis ipsis sanciat synodus Nicæna, can. 13, ut quisquis communionem petat in exitu, eum episcopus μετὰ δοκιμασίας, cum examine impertiat oblatione.

(57) Τῶν κανονικῶν. Clericos sive eos qui in canone recensentur hac voce designari hactenus existimarunt Basilii interpretes, ac ipsi etiam Zonaras et Balsamon. Sed ut canonicas sive

IV. De trigamis et polygamis definiere eundem canonem, quem et de digamis, servata proportionem: annum videlicet in digamis, alii vero duos annos. Trigamos autem tribus, et sæpe quatuor annis segregant. Id autem non amplius conjugium, sed polygamiam appellant, vel potius moderatam fornicationem. Quapropter et Dominus Samaritanæ, quæ maritos quinque per vices habuerat, *Quem nunc, inquit, habes, maritus non est*<sup>48</sup>: quippe quod ii qui digamiæ mensura exciderunt, digni non sint qui vel mariti vel uxoris nomine appellentur. Jam vero consuetudine, accepimus in trigamis quinquennii segregationem, non a canonibus, sed eos qui præcesserunt sequendo. Oportet **272** autem eos non omnino arcere ab Ecclesia, sed auditione dignari duobus vel tribus annis: ac posthac ipsis permittere, ut consistant quidem, abstineant vero ab boni communione, et sic, exhibito pœnitentiæ aliquo fructu, communionis loco restituere.

V. Hæreticos in exitu pœnitentiam agentes recipere oportet. Recipere autem, non sine judicio, sed examinantes an veram pœnitentiam ostendant, fructusque habeant, qui salutis studium testificentur.

VI. Canonicarum supra pro matrimonio non reputentur, sed earum conjunctio omnino divellatur. Hoc enim et Ecclesiæ ad securitatem est utile, et hæreticis non dabit adversus nos ansam, quasi per peccandi libertatem ad nos attrahamus.

C VII. Masculorum et animalium corruptores, et homicidæ, et venefici, et adulteri, et idololatræ, eadem condemnatione digni habentur. Quare quam in aliis habes formam, in iis quoque serva. Ii autem qui triginta annos pœnitentiam egerunt

sacras virgines interpreter, plurimus rationum momentis adducor: 1° Basilium hoc nomine clericos appellare non solet, sed sacras virgines, ut perspicui potest ex epistolis 52 et 173; 2° præscriptum Basilii non convenit in clericos, quorum nonnullis, nempe lectoribus et aliis ejusmodi venia dabatur ineundi matrimonii, quamvis in canone recenserentur: 3° prohibet Basilium ejusmodi supra quæ honesto matrimonii nomine prætexi solebant. At id non quadrat in clericos, quorum aliis, ut jam dixi, non inconcessum erat matrimonium, alios vero matrimonium post ordinationem inire nulla prorsus Ecclesia patiebatur, aut certe matrimonii pretium erat depositio. Contra virginibus nubentibus non longior pœna pluribus in locis imponebatur, quam digamis, ut perspicitur ex canone 18, ubi Basilium hanc consuetudinem abrogat, ac virginum matrimonia instar adulterii existimat.

(58) Ἐν τριάκοντα ἔτεσι. Manifestum est in hoc triginta annorum numero erratum. Quamvis omnes libri veteres cum editis consentiant. Quomodo enim triginta annorum pœnitentia ejusmodi peccato imprudenter commisso imposita fuisset, quod qui scientes et volentes admiserant, per annos tantum quindecim a communione arcebantur, ut patet ex canonibus 58, 62, 63? Deinde vero testatur



propter immunditiam, quem in ignorantia fecerunt, quin recipiendi sint, ne dubitare quidem nos oportet. Nam eos venia dignos efficit et ignorantia, et spontanea confessio, et temporis tanta diuturnitas. Fere enim totam hominis ætatem Satanae traditi sunt, ut discant non gerere se turpiter. Quamobrem jube eos absque dilatione suscipi, maxime si lacrymas habent, quæ tuam clementiam flectant, et vitam ostendunt commiseratione dignam.

VIII. Qui ob iracundiam securi adversus uxorem suam usus est, est homicida. Recte autem me admonuisti, et uti tuam sapientiam decuit, ut fusius de his dicerem, propterea quod multa in voluntariis et involuntariis discrimina. Est enim involuntarium omnino, et longe a consilio ejus qui incepit, remotum, dum lapis jacitur in canem aut arborem, hominem attingere. Propositum enim fuit bestiam propulsare aut fructum excutere: sed ictum fortuito subiit qui transiens occurrit, quare hoc involuntarium est. Et illud quoque involuntarium est, si quis volens aliquem castigare, loro vel virga non dura eum percutiat, moriatur autem qui percussus est. Propositum enim hic consideratur, **273** quia peccantem corrigere voluit, non interimere. Recensetur et illud inter involuntaria, cum quis in pugna aliquem ligno vel manu repellens, non parce in præcipuas partes ictum torquet ut eum lædat, non ut omnino interficiat. Sed hoc quidem accedit ad voluntarium. Qui enim ejusmodi instrumento ad se defendendum usus est, vel qui non parce ictum inflixit, liquet eum ideo homini non pepercisse, quod ira victus fuerit. Sic et qui gravi ligno, et qui lapide majore, quam pro viribus humanis, usus est, in involuntariis numeratur, ut quid aliud voluerit, aliud fecerit. Nam præ ira ictum talem intulit, ut etiam percussum interficeret; quamquam forte in animo habebat eum conterere, non autem omnino interimere. Qui autem ense vel quavis re simili usus est, nullam habet excusationem: et maxime, qui securim jaculatus est. Manifestum est enim illum manu non percussisse, ita ut ictum ad arbitrium moderari posset: sed jaculatus est, ita ut et gravitate ferri et acie et motu e longinquo ictus necessario lethalis fieret. Rursus autem omnino est voluntarium, ac nullam habens dubitationem, quod fit a latronibus, et in bellicis incursionibus. Hi enim propter pecunias

7. Ἀγιάζει, καὶ ζωοποιεῖ, καὶ φωτίζει, καὶ παρακαλεῖ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ὁμοίως ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ μηδεὶς κατ' ἐξαιρέτον ἀπονεμέτω τῆ ἐνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος τὴν ἁγιαστικὴν ἐξουσίαν, ἀκούσας τοῦ Σωτῆρος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ περὶ τῶν μαθητῶν πρὸς τὸν Πατέρα λέγοντος· Πάτερ, ἁγιάσον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνοματί σου. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα κατὰ τὸ ἴσον ἐνεργεῖται τοῖς ἀξίοις παρὰ τοῦ Πατρὸς τε καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· πᾶσα χάρις καὶ δύναμις, ἡ ὁδηγία, ἡ ζωὴ, ἡ παράκλησις, ἡ πρὸς τὸ ἀθάνατον μεταβολή, ἡ εἰς ἐλευθερίαν μετάστασις, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐστὶν ἀγαθόν, ὃ μέχρις ἡμῶν (9) καταβαίνει. Ἡ δὲ ὑπὲρ ἡμᾶς οἰκονομία, ἐν τε τῇ νοητῇ κτίσει καὶ τῇ αἰσθητῇ, εἴ τι χρὴ διὰ τῶν γνωσκομένων ἡμῖν καὶ περὶ τῶν ὑπερκειμένων στοχάζεσθαι, οὐδὲ αὐτῆ τῆς τοῦ ἁγίου (10) Πνεύματος ἐνεργείας καὶ δυνάμεως ἐξωκαθέστηκεν, ἐκάστου κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν τε καὶ χρείαν τῆς ὠφελείας μεταλαμβάνοντος. Εἰ γὰρ καὶ ἄσθηλος τῆ αἰσθήσει τῆ ἡμετέρας ἢ περὶ τῶν ἄνω τῆς ἡμετέρας φύσεως διάταξις (11) τε καὶ διοικήσις, ὁμοῦς ἐκ τῆς ἀκολουθίας εὐλογώτερον ἂν τις σύνθοιτο διὰ τῶν ἡμῖν γνωρίμων ἐνεργῶν εἶναι καὶ ἐπ' ἐκείνων τὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν, ἢ ἀπεξενῶσθαι τῆς ἐν τοῖς ὑπερκειμένοις οἰκονομίας. Ὁ μὲν γὰρ ἐκεῖνο λέγων ψιλὴν καὶ ἀκατάσκευον τὴν βλασφημίαν προβάλλεται (12), οὐδενὶ λογισμῷ κατασκευάζων τὴν ἀτοπίαν· ὁ δὲ συντιθέμενος καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τῆ δυνάμει τοῦ Πνεύματος οἰκονομεῖσθαι, ἐναργεῖ τεκμηρίῳ τῷ κατὰ τὴν ἰδίαν ζωὴν ἐπερειδόμενος περὶ τούτων δισχυρίζεται. Οὐκοῦν ἡ τῆς ἐνεργείας ταυτότης ἐπὶ Πατρὸς τε καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου δείκνυσι σαφῶς τὸ τῆς φύσεως ἀπαράλλακτον. Ὡστε, καὶ φύσιν σημαίνει τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, κυρίως καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὴν προσηγορίαν ἐφαρμόζεσθαι ταύτην ἢ τῆς [ουσίας] κοινότης συντίθεται.

<sup>1</sup> Joan. xvii, 17.

(6) Στοχασόμεθα. Sic emendavimus ex Greg. Nyss. quod erat in editionibus Basilii στοχασόμεθα.

(7) Vide addenda.

(8) Ἐὰν δὲ μίαν νοήσωμεν τὴν. Sic Medicæus codex cum tribus aliis et Greg. Editi Ἰδούτες οὖν τὴν.

(9) Ἡμῶν. Editi addunt τῶν ἀνθρώπων, quod deest in Medicæo et quatuor aliis et Greg. Nyss.

A se differentes esse, ex operationum diversitate conjiciemus. Neque enim fieri potest, ut quæ naturæ ratione discrepant, in forma operationum inter se consentiant: nec ignis refrigescit, nec glacies calefacit; sed cum naturarum differentia simul etiam inter se discrepant quæ ab illis fiunt operationes. Si autem unam intellexerimus et Patris et Filii et Spiritus sancti operationem, nihil in ulla re differentem aut variantem; necesse est ex operationis identitate unitatem colligi naturæ.

7. Sanctificat, et vivificat, et illuminat, et consolatur, et omnia ejusmodi pariter facit Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Nec quisquam præcipue tribuat Spiritui sancto potestatem sanctificandi, cum audiat Salvatorem in Evangelio de discipulis dicentem Patri: *Pater, sanctifica eos in nomine tuo*<sup>61</sup>. Similiter autem et reliqua omnia ex æquo peraguntur in iis qui digni sunt, a Patre et Filio, et Spiritu sancto: omnis gratia et virtus, ductus, vita, consolatio, ad immortalitatem transmutatio, transitus ad libertatem, et si quid aliud boni, quod ad nos usque pertingat. Œconomia itidem, quæ supra nos est, sive ad spiritualem sive ad sensibilem creaturam spectet, si ex iis quæ cognoscimus, etiam de iis quæ supra nos sunt conjiciendum, ne ipsa quidem citra Spiritus sancti operationem ac virtutem constituit, unoquoque propria dignitate et usu beneficium accipiente. Etsi enim obscura est sensui nostro eorum, quæ supra naturam nostram sunt, ordinatio et gubernatio, tamen æquius quis ex consecutione colligat per ea quæ nobis nota sunt, Spiritus virtutem in illis etiam esse efficacem, quam esse a rerum supernarum gubernatione abalienatam. Qui enim illud dicit, nudam et inconcinnam blasphemiam profert, nulla ratione absurdum commentum confirmans: qui vero confitetur ea etiam quæ supra nos sunt, cum Patre et Filio virtute Spiritus **281** regi, claro indicio ex sua ipsius vita ducto innixus, de his affirmat. Itaque operationis identitas in Patre et Filio et Spiritu sancto perspicue ostendit absolutissimam naturæ similitudinem. Quare etiamsi divinitatis nomen naturam indicet, proprie tamen appellationem illam sancto quoque Spiritui aptari, essentiæ communio demonstrat.

idem editi ἡμᾶς. Quinque mss. et Greg. Nyss. ut in textu.

(10) Τοῦ ἁγίου. Ita mss. sex et Greg. Nyss. Editi τοῦ παναγίου.

(11) Διάταξις. Sic emendat editio Greg. Nyss. quod legebatur in editionibus Basilii διάλεξις.

(12) Προβάλλεται. Ita codices mss. et Greg. Nyss. Editi προσβάλλεται.



8. Sed ignoro quo pacto ad naturæ significationem nomen divinitatis trahant, qui nihil non confingunt: quasi non audierint ex Scriptura, id quod a natura est institutione et electione non comparari. Moses enim Deus institutus est Ægyptiorum, cum is, qui oraculum edebat, ita ad ipsum locutus: *Deum te dedi Pharaoni* <sup>62</sup>. Appellatio igitur notam potestatis cujusdam, sive inspectricis sive operatricis, præ se fert. At natura divina, in omnibus quæ excogitantur nominibus, ipsa, ut est, manet inexplicabilis; quæ nostra est doctrina. Cum enim beneficium, judicem, et bonum et justum et reliqua alia ejusdem generis didicimus, operationum edocti sumus differentiam: sed operantis naturam nihilo magis ex operationum notione cognoscere possumus. Si quis enim definitionem reddat uniuscujusque illorum nominum, et ipsius naturæ, circa quam nomina, non eandem utrorumque reddet definitionem. Quorum autem definitio alia, horum etiam natura diversa. Igitur aliud quidem est essentia, ad quam exprimentam nondum vox ulla inventa est: alia vero nominum ipsius significatio, quæ ex operatione aliqua aut dignitate imponuntur. Itaque nullum esse in operationibus discrimen ex nominum communione comperimus: at naturæ diversitatem nullo argumento claro deprehendimus: siquidem, ut dictum est, operationum identitas naturæ communem significat. Sive igitur nomen est operationis divinitas; ut unam Patris et Filii et Spiritus sancti operationem, ita divinitatem unam esse dicimus: sive divinitatis nomen, quæ est multorum opinio, naturam indicat; quia nulla invenitur in natura diversitas, non immerito unius divinitatis esse sanctam Trinitatem definimus.

<sup>62</sup> Exod. vii, 1.

(13) Χειροτονητή. Ita mss. septem. Editiones Basilii et Greg. Nyss. χειροτονία, excepta Haganoensi et Basileensi prima, quæ consentiunt cum codicibus mss. Similiter Basilius in epist. 8, num. 11, demonstrat immerito Dei titulum Pneumatomachos deferre nolle Spiritui sancto; siquidem Dei nomen ex operatione, nempe *ex eo quod posuerit omnia, vel spectet omnia*, deducitur. Si quis autem hanc epistolam, in qua diserte Spiritus sanctus appellatur Deus, idcirco Gregorio Nysseno adjudicet potius quam Basilio, quia Basilius Dei appellatione, cum de Spiritu sancto loqueretur, parcius creditur usus fuisse; hæc certe ratio levissima videri debet. Etsi enim Basilius in una aliqua oratione, nempe anno 371, cum adessent malevoli exploratores, hac voce magnis de causis abstinuit, non idcirco aliis temporibus pariter abstinuisse credendus est. Nam sæpe, ut testatur Gregorius Nazianzenus orat. 20, pag. 363, Deum Spiritum e superiore loco prædicabat, ubi per tempus licebat, et privatim interrogantibus libenter confitebatur: Ἐπεὶ ὅτι γε παντὸς μᾶλλον ἤδει τὸ Πνεῦμα Θεόν, δῆλον μὲν ἐξ ὧν καὶ δημοσίᾳ τοῦτο πολλάκις ἐκήρυ-

8. Ἄλλ' οὐκ οἶδα ὅπως ἐπὶ τὴν τῆς φύσεως ἐνδείξιν τὴν προσηγορίαν τῆς θεότητος φέρουσιν, οἱ πάντα κατασκευάζοντες, ὡσπερ οὐκ ἀκηκόετες παρὰ τῆς Γραφῆς, ὅτι χειροτονητή (13) φύσις οὐ γίνεται. Μωϋσῆς δὲ τῶν Αἰγυπτίων ἐχειροτονήθη θεός, οὕτω πρὸς αὐτὸν εἰπόντος τοῦ χρηματίζοντος, ὅτι Θεὸν σε δέδωκα τῷ Φαραῶ (14). Οὐκοῦν ἐξουσίας τινός, εἴτε ἐποπτικῆς εἴτε ἐνεργητικῆς, ἐνδείξιν ἡ προσηγορία φέρει. Ἡ δὲ θεία φύσις ἐν πᾶσι τοῖς ἐπινοουμένοις ὀνόμασι, καθὼ ἐστὶ, μένει ἀσήμαντος, ὡς ὁ ἡμέτερος λόγος. Εὐεργέτην γὰρ, καὶ κριτὴν, ἀγαθόν τε καὶ δίκαιον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα μαθόντες (15), ἐνεργειῶν διαφορὰς ἐβιδάχθημεν· τοῦ δὲ ἐνεργοῦντος τὴν φύσιν οὐδὲν μᾶλλον διὰ τῆς τῶν ἐνεργειῶν κατανοήσεως ἐπιγνώσκειν δυνάμεθα. Ὅταν γὰρ ἀποδιδῶ τις λόγον ἐκάστου τε τούτων τῶν ὀνομάτων καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως περὶ ἣν τὰ ὀνόματα, οὐ τὸν αὐτὸν ἀμφοτέρων ἀποδώσει λόγον. Ὡν δὲ ὁ λόγος ἕτερος, τούτων καὶ ἡ φύσις διάφορος. Οὐκοῦν ἄλλο μὲν τί ἐστὶν ἡ οὐσία, ἧς οὕτω λόγος (16) μηνυτῆς ἐξευρέθη· ἕτερα δὲ τῶν περὶ αὐτὴν ὀνομάτων ἡ σημασία, ἐξ ἐνεργείας τινός ἢ ἀξίας ὀνομαζομένων. Τὸ μὲν οὖν ἐν ταῖς ἐνεργείαις μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων κοινωνίας εὐρίσκομεν· τῆς δὲ κατὰ τὴν φύσιν παραλλαγῆς οὐδεμίαν καταλαμβάνομεν ἐναργῆ τὴν ἀπόδειξιν· καθὼς εἴρηται, τῆς τῶν ἐνεργειῶν ταυτότητος τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ὑποσημαινούσης (17). Εἴτε οὖν ἐνεργείας ὄνομα ἡ θεότης, ὡς μίαν ἐνεργείαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, οὕτω μίαν φαμέν εἶναι τὴν θεότητα (18)· εἴτε, κατὰ τὰς τῶν πολλῶν δόξας, φύσεως ἐνδεικτικόν ἐστὶ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα· διὰ τὸ μηδεμίαν εὐρίσκειν ἐν τῇ φύσει παραλλαγὴν, οὐκ ἀπεικόντως μιᾶς θεότητος τὴν ἁγίαν Τριάδα διορίζομεθα.

ξεν, εἴ ποτε καιρὸς ἦν, καὶ ἴδια τοῖς ἐρωῶσι προθύμως ἀνωμολόγησε. In libro *De Spiritu sancto* probat cap. 21, Spiritum esse Dominum ex variis Scripturæ testimoniis; Deum etiam vocari in Scripturis sic ibidem docet: Τί δὲ, ὁ θεόπνευστος τὴν Γραφὴν ὀνομάζων, διὰ τῆς ἐπινοίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος συγγραφείσαν, μὴ τοῖς τοῦ καθυβρίζοντος καὶ κατασμικρύνοντος αὐτὸ προσθήμασι κέχρηται; *Quid, qui Scripturam divinitus inspiratam appellat, eo quo? afflatu Spiritus scripta sit, num contumeliosis et Spiritum attenuantibus verbis utitur?*

(14) Τῷ Φαραῶ. Legitur τοῦ Φαραῶ in duobus codicibus, nempe Coisl. secundo et uno ex Regiis.

(15) Μαθόντες. Codex Medicæus μαθάνοντες.

(16) Λόγος. Deest ea vox in uno ex Regiis codicibus.

(17) Ὑποσημαινούσης. Codex Mædicæus ἐπισημαινούσης.

(18) Τὴν θεότητα. Legitur καὶ τὴν θεότητα in tribus codicibus non antiquissimis. Sic etiam paulo post in Regio secundo et uno ex Regiis εἴτε καὶ κατὰ τὰς τῶν πολλῶν.



## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΨ.

## 282 EPISTOLA CXC\*.

*Amphilochium admonet Basilius de ratione et modo episcopatus in Ecclesia Isaurorum restituendi. Tum narrat se cum Georgio collocutum esse et ad Valerium scripsisse, ut Amphilochius mandaverat. Breviter etiam de rebus Nyssensis et de inimicorum molitionibus. Philonis de manna sententiam, et Scripturæ de curribus Pharaonis testimonium exponit: et acceptas a Sympio communionis litteras commemorat.*

Ἀμφιλοχίῳ ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.

A

*Amphilochio, episcopo Iconii.*

1. Ἀξίως τῆς σεαυτοῦ (19) ἐμμελείας καὶ σπουδῆς, ἧς ἀεὶ ἐπαινέτης εἰμὶ ἐγώ, ἐμερίμνησας τὰ περὶ τῆς Ἐκκλησίας Ἰσαύρων (20). Ὅτι μὲν οὖν τῷ παντὶ λυσιτελέστερον ἦν εἰς πλείονας ἐπισκόπους καταδιαιρεθῆναι τὴν μέριμναν, αὐτόθεν εἶναι δῆλον καὶ τῷ τυχόντι νομίζω· οὐδὲ γὰρ τὴν σὴν σύγκειν τοῦτο ἔλαθεν, ἀλλ' ὡς ἔχει καὶ ἐπεσημῆνω καλῶς, καὶ ἐγνώρισας ἡμῖν· ἐπεὶ δὲ (21) οὐκ εὐκόλον εὐρεῖν ἄνδρας ἀξίους, μήπου (22) ἕως βουλόμεθα τὸ ἐκ τοῦ πλήθους ἀξιόπιστον ἔχειν, καὶ ὑπὸ πλειόνων ἀκριβέστερον ποιεῖν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ οἰκονομεῖσθαι, λάθωμεν διὰ τὸ τῶν καλουμένων ἀδόκιμον εἰς εὐτέλειαν τὸν λόγον καταβαλόντες, ἀδιαφορίας μελέτην τοῖς λαοῖς ἐμποιεῖν; Οἶδας γὰρ καὶ αὐτός, ὅτι ὅποιοι δ' ἂν ᾧσιν οἱ πρεσβυτέρους, τοιαῦτα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ (23) καὶ τὰ ἤθη τῶν ἀρχομένων γίνεσθαι εἴωθεν. Ὡστε τάχα βέλτιον ἓνα τινα δόκιμον, εἴπερ καὶ τοῦτο ῥάδιον, προβαλέσθαι τῆς πόλεως προστατήν, καὶ ἐπιτρέψαι τῷ ἐκείνου κινδύνῳ οἰκονομεῖσθαι τὰ καθ' ἕκαστον· μόνον ἐὰν ἢ τις δοῦλος Θεοῦ, ἐργάτης ἀνεπαίσχυντος, μὴ σκοπῶν τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν ὅς, ἐὰν εἰδῆ ἑαυτὸν μικρότερον πρὸς τὴν φροντίδα, προσλήψεται ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν. Ἐὰν οὖν εὐρωμεν τοιοῦτον, ὁμολογῶ πολλῶν ἀντάξιον εἶναι τὸν ἓνα, καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις λυσιτελέστερον, καὶ ἡμῖν δὲ ἀκινδυνότερον, οὕτως οἰκονομησάτω τῶν ψυχῶν τὴν ἐπιμέλειαν. Ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ ῥάδιον ἦ (24), σπουδῆ γενέσθω ἡμῖν πρότερον (25) ταῖς μικροπολιταίαις ἢ τοῖς μικροκωμιαῖς ταῖς ἐκ παλαιοῦ ἐπισκόπων θρόνον ἐχούσαις δοῦναι τοὺς προϊσταμένους· καὶ τότε τὸν τῆς πόλεως ἀναστήσομεν (26), μήποτε ἐμπόδιον ἡμῖν πρὸς τὴν μετὰ ταῦτα οἰκονομίαν γένηται ὁ προβαλλόμενος (27), καὶ εὐθύς ἀρξώμεθα ἡμεῖς τοῖς οἴκοι πολεμεῖν, διὰ τὸ πλειόνων βούλεσθαι ἄρχειν· καὶ μὴ καταδέχεται τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων. Ἐὰν

B

C

D

1. Prout dignum erat tua concinnitate ac diligentia, cujus semper ego laudator, curasti res Ecclesiæ Isaurorum. Illud autem universis utilius esse, ut in plures episcopos dividatur sollicitudo, sua sponte manifestum cuique esse arbitror. Neque enim tuam hoc prudentiam latet: sed quomodo res se habeat et recte observasti, et nobis significasti. Sed quia non facile est reperire qui digni sint, annon forte, dum volumus ex multitudine auctoritatem habere, ac perficere, ut Dei Ecclesia a pluribus accuratius gubernetur; imprudentes doctrinam ob eorum, qui vocati fuerint, indignitatem in contemptum adducentes, indifferentiæ populos assuefaciemus? Nam et ipse nosti, quales sint qui præsumunt, tales plerumque et eorum qui parent mores esse solere. Quamobrem forte satius esset unum aliquem probatum et spectatum, si et id facile fieri potest, præficere civitati, eique committere singula suo ipsius periculo dispensanda: tantum Dei servus sit, operarius non prave pudens, non suis, sed multorum attentus commodis, ut salutem adipiscantur: qui si se ipse noverit imparem sollicitudini, adjunget sibi operarios ad messem. Si quem ergo ejusmodi inveniamus, fateor multorum instar unum esse, ac Ecclesiis utilius esse et nobis tutius, sic animarum curam dispensare. Quod si id non facile, demus primum operam, ut parvis civitatibus sive parvis pagis jam olim episcopalem sedem habentibus demus præpositos; ac tum demum civitatis restituemus episcopum, ne forte nobis ad futuram deinceps œconomiam obstet, qui ordinatus fuerit, ac statim incipiamus bello domestico laborare, dum pluribus præesse vult, nec consentit ordinationi episcoporum. Quod si hoc grave fuerit, nec per tempus liceat, id tua prudentia faciendum

(19) Τῆς σεαυτοῦ. Editio secunda Parisiensis et nonnulli mss. τῆς ἑαυτοῦ.

(20) Ἰσαύρων. Hoc negotium diu protractum est; nam Basilius anno 373 in Pisidiam profectus, ut episcopos, cum Amphilochio hac de causa congregatos, consilio ac sententia sua juvaret. Ipse testatur in epist. 216, venisse se in Pisidiam, ut cum episcopis illius provinciæ ea constitueret, quæ ad fratres Isauriæ spectant, τὰ κατὰ τοὺς ἐν τῇ Ἰσαυρίᾳ ἀδελφούς. Existimat Tillemontius non de Isauriæ provincia hic agi, sed tantum de civitate, quæ Isaurus dicebatur. Unde varias in conjecturas fertur: vel enim legendum esse putat ἐν τῇ Ἰσαύρᾳ, vel Isauriæ nomine hanc civitatem vocatam fuisse, ut in Testamento S. Gregorii Nazianzeni appellatur: vel denique Amphilochium hanc urbem in Isauriæ provincia collocare, quamvis attributa aliæ provinciæ esset: quemadmodum etiam Iconium in Pisidia collocat. Libenter amplecterer doctissimi viri opinionem, nisi me deterrerent hæc

epistolæ verba, *ut Isaurorum episcopo suus circumscribatur circulus, eo quod nonnullos vicinos ordinet.* Ex his enim perspicitur non de solo urbis episcopo, non de vicinis tantum episcopis, quos ille ordinabat, sed de pluribus aliis deliberationem fuisse.

(21) Ἐπεὶ δέ. Sic Reg. secundus et Coisl. secundus. Claromontanus ἐπειδὴ δέ. Editi ἐπειδὴ.

(22) Μήπου. Editi μήπω, quod emendavimus ope Coisl. primi.

(23) Ἐπὶ τὸ πολὺ. Nonnulli codices recentiores ἐπὶ πολὺ.

(24) Ῥάδιον ἦ. Sic emendavimus ope Reg. secundi et Coisl. secundi quod prave in editis legabatur ῥάδιον, ἢ σπουδῆ.

(25) Vide Addenda.

(26) Ἀναστήσομεν. Coisl. primus ἀναστήσωμεν.

(27) Ὁ προβαλλόμενος. Duo mss. ὁ προβεβλημένος. Mox Coisl. secundus et Reg. secundus τοὺς οἴκοι. Ibidem malim καταδέχεσθαι.

\* Alias CCCCVI. Scripta anno 374.



curet, ut circumscribatur Isaurorum episcopo A  
suus circulus, eo quod vicinos quosdam ordinet.  
Reliquum autem **283** nobis reservatum erit, ut  
reliquis omnibus episcopos demus, quos maxime  
idoneos ipsi judicaverimus multo examine præ-  
misso.

2. Georgium, ut pietas tua jussit, percontati  
sumus: respondit autem ea quæ tua etiam religio  
retulit; sed de his rebus necesse est quieto animo  
simus, curam domus in Dominum projicientes.  
Confido enim Deo sancto, daturum illum intelli-  
gentiam, ut alio modo liberemur a necessitatibus,  
et vacuam molestiis vitam consequamur. Hoc  
certe si visum non fuerit, ipse digneris ad me  
commentarium mittere, de qua oporteat dignitate  
curam impendere, ut hoc beneficium a potentio-  
ribus quibusque amicis aggrediamur exposcere,  
sive gratis, sive etiam modico pretio, prout Do-  
minus nobisnaverit. Scripsi, ut præcepisti, ad  
fratrem Valerium. Res Nyssenæ eo in statu sunt,  
in quo erant a te relictæ, et ope tuarum precum  
cedunt in melius. Eorum autem, qui tunc a nobis  
abscissi sunt, alii quidem ad aulam se contulerunt,  
alii vero remanent, inde expectantes rumorem.  
Potest autem Dominus tum horum spem frustrari,  
tum illorum reditum irritum reddere.

3. Manna Philo explicans ait, velut extraditione  
quadam Judaica edoctus, illius qualitatem esse ejus-  
modi, ut pro comedentis desiderio mutaretur; ac  
per se quidem esse tanquam milium melli inco-  
ctum; nunc autem panis, nunc carnis vicem ex-  
plere: carnis autem, vel volatilium vel terrestrium  
animalium: modo etiam olerum saporem referre,  
idque pro uniuscujusque desiderio: piscium iti-  
dem, adeo ut proprietates qualitatis uniuscujusque

(28) Τῷ Ἰσαύρῳ. Ita Reg. secundus et Coisl. se-  
cundus. Editi τῷ Ἰσαύρῳ. Videtur Amphilo-  
chius hoc Basilii consilium secutus esse, id est, Isaurorum  
episcoposuum circulum circumscripsisse, ac sibi  
jus episcopatus in aliis civitatibus restituendi reti-  
nuisse. Nam cum Macedonius præcipuæ civitati  
præesset, ut perspicitur ex initio epistolæ tertiæ  
canonicæ; cumque alia superessent oppida epis-  
copo destituta; Basilius, qui unum aliquem e suo  
clero promiserat, nec eum morbo debilitatum et  
imparem episcopalibus muniis factum mittere po-  
terat, auctor est Amphilochio in eadem epistola ca-  
nonica, ut aliquem ex recens baptizatis, sive *Mace-*  
*donio videatur, sive non*, episcopum constituat.

(29) Κυριωτέρους. Quamvis ita habeant omnes  
mss. codices, vix tamen dubium quin legendum  
sit *καριωτέρους*, atque hanc lectionem in interpre-  
tando secutus sum.

(30) Δώσει σὺν ἡμῖν. Nullus ex his verbis sensus  
eruetur, nisi legamus *δώσει σύνεσιν*. Ibidem editi  
πρὸς τῷ, quod emendavimus ope Coisl. secundi.  
Paulo post vocem Κύριος addidimus ex codice  
Medicæo. Videtur autem illa dignitas, quam se  
amici alicujus causa petiturum promittit Basilius,  
non administratio aliqua fuisse, sed tantum codi-  
cillaria dignitas. Hoc enim consilio hanc dignitatem

δὲ τοῦτο βαρὺ ἦ, καὶ ὁ χρόνος μὴ ἐπιτρέπῃ, ἐκεῖνο  
σπουδασάτω ἢ σὴ σύνεσις, τοῦ ποιῆσαι περιγράψαι  
τῷ Ἰσαύρῳ (28) τὸν ἴδιον κύκλον, διὰ τὸ χειροτο-  
νεῖσθαι αὐτὸν προσοίκους τινάς. Τὸ δὲ ἐφεξῆς ἡμῖν  
ὑπάρξει τεταμιευμένον, εἰς τὸ κατὰ τὸν προσήκοντα  
καιρὸν δοῦναι πᾶσι τοῖς λοιποῖς ἐπισκόπους, οὓς ἄς  
κυριωτέρους (29) εἶναι κρίνωμεν αὐτοὶ, διὰ πολλῆς  
ἐξετάσεως δοκιμάσαντες.

2. Ἠρωτήσαμεν Γεώργιον, ὡς ἐκέλευσεν ἡ θεοσέ-  
βειά σου, καὶ εἶπεν ἂ καὶ ἡ σὴ εὐλάβεια ἀνήνεγκεν.  
ἐφ' οἷς ἀνάγκη ἡμᾶς τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, ἐπιρρίψαν-  
τας ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμναν τοῦ οἴκου. Πιστεύω  
γὰρ τῷ ἁγίῳ Θεῷ, ὅτι δώσει σὺν ἡμῖν (30), πρὸς τὴν  
ἐτέρῳ τρόπῳ ἐξελεῖσθαι τῶν ἀναγκῶν, καὶ ἡμῖν ἄλυ-  
πον (31) τὴν ζωὴν προξενῆσαι. Ἐάν οὖν οὐ δοκῇ (32)  
τοῦτο, αὐτὸς καταξίωσον ὑπομνηστικόν μοι ἀπο-  
στεῖλαι, περὶ τίνος χρὴ ἀξιώματος σπουδῆν εἰσενέ-  
κασθαι, ἵνα ἀρξώμεθα αἰτεῖν ἕκαστον τῶν ἐν δυνά-  
μει φίλων τὴν χάριν ταύτην, εἴτε προῖκα, εἴτε καὶ  
μετρίου τιμήματος, ὡς ἂν ἡμᾶς Κύριος εὐδοῶσῃ.  
Ἐπέστειλα τῷ ἀδελφῷ Οὐαλερίῳ (33), ὡς προσέτα-  
ξας. Τὰ Νύσσης πράγματα ὁμοιά ἐστι τοῖς παρὰ  
τῆς σῆς θεοσεβείας καταλειφθεῖσι (34), καὶ προκό-  
πτει ἐπὶ τὸ βέλτιον τῆ συνεργίᾳ τῶν σῶν προσευ-  
χῶν. Οἱ μέντοι τότε ἀπορραγέντες ἡμῶν, οἱ μὲν  
ἀπῆλθον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, οἱ δὲ μένουσι, (35) τὴν  
ἐκεῖθεν ἀναμένοντες φήμην. Δυνατὸς δὲ ὁ Κύριος  
καὶ τούτων ματαιῶσαι τὰς ἐλπίδας, κάκεινοις ἀπρα-  
κτον τὴν ἐπάνοδον ποιῆσαι.

3. Τὸ μάννα ὁ Φίλων ἐρμηνεύων ἔφη, ὡσπερ ἐκ  
παραδόσεώς τινος Ἰουδαϊκῆς δεδιδαγμένος, τοιαύτην  
αὐτοῦ εἶναι τὴν ποιότητα, ὥστε κατὰ τὴν φαντασίαν  
τοῦ ἐσθίουτος μετακίρνασθαι καὶ εἶναι μὲν καθ' ἑαυτὸ  
οἶονεὶ κέγχρον ἐψημένον (36) ἐν μέλιτι, παρέχειν  
δὲ νῦν μὲν ἄρτου, νῦν δὲ κρέως· καὶ κρέως τοιοῦδε,  
ἢ πετεινοῦ ἢ χερσαίου· νῦν δὲ λαχάνου, καὶ λαχάνου  
τοῦ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἑκάστου· καὶ ἰχθύος, ὡς τὸ  
ιδίωμα τῆς καθ' ἕκαστον γένος ποιότητος ἀκριβῶς  
petere statuerat, ut amici domus magnum aliquod  
incommodum effugeret. Porro in hunc usum impe-  
trari solebant codicilli, ut curia, vel saltem duum-  
viratus et civitatis cura vitarentur. Pretio autem  
impetratos non modo nulla immunitas, sed etiam  
multa sequebatur, ut perspicitur ex *Cod. Theod.*  
lib. vi, tit. 22. Sic enim habet lex secunda impera-  
toris Constantii: *Ab honoribus mercandis per suf-  
fragia, vel qualibet ambitione quærendis, certa  
multa prohibuit: cui addimus, ut quicumque fu-  
gientes obsequia curiarum, umbras et nomina af-  
fectaverint dignitatum, tricenas libras argenti  
inferre cogantur, manente illa præterita inla-  
tione auri, qua perpetua lege constricti sunt.* Unde  
miror Basilium ab hac via tentanda non omnino  
alienum fuisse. Sed forte hæc leges non admodum  
accurate servabantur sub Valente.

(31) Ἄλυπον. Sic ope codicum mss. emendavi-  
mus. Male in editis ἄλυτον.

(32) Οὐ δοκῇ. Coisl. secundus δοκεῖ.

(33) Οὐαλερίῳ. Coisl. secundus Οὐαλλερίῳ.

(34) Καταλειφθεῖσι. Coisl. primus καταληφθεῖσι,  
in eo statu, in quo erant a te inventa.

(35) Vide Addenda.

(36) Ἐψημένον. Nonnulli codices ἐψημένην.



ἐν τῇ γεύσει τοῦ ἐσθίουτος διασώζεσθαι. Ἄρματα ἀναβάτας τριστάτας ἔχοντα οἶδεν ἡ Γραφή, διὰ τὸ τῶν λοιπῶν ἀρμάτων δύο εἶναι τοὺς ἐπιβάτας, τὸν τε ἡνίοχον καὶ τὸν ὀπλίτην· τὰ δὲ τοῦ Φαραῶ δύο μὲν εἶχε τοὺς πολεμοῦντας, ἓνα δὲ τὸν τὰς ἡνίας τῶν ἵππων ἔχοντα. Σύμπιος ἡμῖν ἐπέστειλε θεραπευτικὴν ἐπιστολὴν καὶ κοινωνικὴν, ᾧ ἡμεῖς ἀντιγράψαντες ἐπέψαμεν τῇ εὐλαβείᾳ σου τὰ γράμματα, ἵνα ἄγαν ἐγκρίνας κελύσης αὐτῷ ἀποσταλῆναι, δηλονότι μετὰ προσθήκης καὶ σῶν γραμμάτων. Ἐρρωμένος, εὐθυμος ἐν Κυρίῳ, ὑπερευχόμενός μου χαρισθείης μοι καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ τῇ τοῦ Ἁγίου φιλανθρωπία.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΨΑ΄.

*Gratias agit Basilius cuidam episcopo, qui prior scripserat; eumque hortatur, ut ipso agente cum vicinis episcopis locus et tempus synodi indicentur, ad pristinam communionem, quam variae suspiciones interruperant, tandem aliquando inter remotas Ecclesias instaurandam.*

Ἀμφιλοχίῳ (37), ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.

Ἐντυχόντες τοῖς γράμμασι τῆς εὐλαβείας σου, πολλὴν τῷ Θεῷ τὴν χάριν ἔσχομεν, ὅτι ἀρχαίας ἀγάπης ἔχνη εὗρομεν ἐν τοῖς ῥήμασι τῆς ἐπιστολῆς· ὅς γε οὐκ ἔπαθες τὸ τῶν πολλῶν, οὐδὲ φιλονείκως ἔσχες πρὸς τὸ μὴ καὶ αὐτὸς κατάρξαι τῆς ἀγαπητικῆς ὁμιλίας· ἀλλ' ὡς πεπαιδευμένος τὸ ἐκ ταπεινοφροσύνης μεγαλεῖον περιγιγόμενον τοῖς ἁγίοις, οὕτως εἴλου διὰ τῶν δευτερείων ἐμπροσθεν ἡμῶν ἀποφανθῆναι. Καὶ γὰρ οὗτος νόμος τῆς ἐν Χριστιανοῖς νίκης, καὶ ὁ ἕλαττον ἔχει καταδειξάμενος στεφανοῦται· ἵνα οὖν μὴ ἀπολειφθῶμεν τοῦ ἀγαθοῦ ζήλου, ἰδοὺ καὶ αὐτοὶ ἀντιφθεγγόμεθά σου τὴν σεμνότητά, καὶ δείκνυμεν τὴν προαίρεσιν ἡμῶν, ὅτι, Θεοῦ χάριτι τῆς κατὰ τὴν πίστιν συμφωνίας ἐρρωμένης ἡμῖν (38), οὐδὲν ἕτερόν ἐστι τὸ ἐμποδιζόν πρὸς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἐν σῶμα καὶ ἐν πνεῦμα, καθὼς ἐκλήθημεν ἐν μιᾷ ἐλπίδι διὰ τῆς κλήσεως. Τῆς οὖν σῆς ἐστὶν ἀγάπης τῇ ἀγαθῇ ἀρχῇ καὶ τὰ ἐφεξῆς ἀποδοῦναι, συστατεῖν (39) μὲν περὶ σεαυτὸν τοὺς ὁμοφύλους, δηλώσαι δὲ καὶ χρόνον καὶ τόπον τῆς συντυχίας, ἵνα οὕτω, τῇ

(37) Ἀμφιλοχίῳ. Codices omnes, editi et mss., hanc epistolam inscribunt Amphilochio: sed luce clarius est ad eum scriptam non fuisse: nec difficile est conjicere ad illum episcopum datam fuisse, de quo mentio facta in epistola præcedenti. Suspicitur Tillemontius hanc epistolam scriptam esse ad aliquem ex Lyciæ episcopis, de quibus agit Basilius in epistola 218. Cum enim audiisset hos episcopos ab Arianis alienos esse, et ipsius communionem amplecti velle; scripsit Amphilochio, eumque hortatus est, ut illorum animos periclitaretur. Inde conjicit Tillemontius aliquem ex illis episcopis, accepta Amphilochii epistola, ad Basilium scripsisse. Sed tempus non quadrat. Cum enim verisimillimum sit hanc epistolam in præcedenti indicari et designari; cumque epistola 218, in qua de episcopis Lyciæ agitur, anno 375 scripta sit post reditum ex Pontio; necesse est hoc loco aliud negotium, ac alios, quam Lyciæ, episcopos intelligere. Deinde vero, ut observat idem doctissimus scriptor, videtur episcopus, cui scribit Basilius, metropolitanus fuisse; siquidem rogat Basilius ut unanimes suos consociet, ac locum et tempus conveniendi designet. At episcopus Myræ, qui Lyciæ metropolitanus erat, non

A speciei in comedentis gustu omnino servaretur. Currus qui sessores tres haberent, agnovit Scriptura, siquidem reliquorum curruum sessores duo erant, auriga et miles armatus: Pharaonis autem currus bellatores duos habebant, et unum equorum habenas tenentem. Scripsit mihi Sympius epistolam officii et communionis causa, cui ego rescribens, litteras meas ad tuam pietatem misi, ut diligenter probatas ad illum jubeas transmitti, additis videlicet et tuis ipsius litteris. Valens, in Domino hilaris, pro me precans, serveris mihi et Dei Ecclesiæ, per sancti misericordiam.

## 284 EPISTOLA CXCI\*.

B Amphilochio, episcopo Iconii.

Lectis litteris pietatis tuæ, plurimas Deo gratias egi, quod antiquæ charitatis vestigia invenirem in verbis epistolæ; siquidem non quo plerique morbo laborasti, neque illud pertinaciter tenuisti, ne ipse inceptor esses amici colloqui: sed ut edoctus quam magna ex humilitate merces sanctis eveniat, ita elegisti secundas tenendo, prior me inveniri. Hæc enim lex est Christianiæ victoriæ, et qui minus habere non recusat, coronatur. Ne igitur desimus bono studio, ecce et nos gravitatem tuam resalutamus, et quid nobis sit sententiæ demonstramus: nempe firmato inter nos, Dei gratia, in fide consensu, nihil esse quod impediat, quominus simus unum corpus et unus spiritus, sicut vocati sumus in una spe per vocationem. Itaque charitatis tuæ est, bono initio et quæ consequuntur adjicere, unanimes tuos tecum conjungere, ac tempus et locum congressus indicare, ut sic, Dei gratia nos invicem excipientes, ad priscam dilectionis formam Ecclesias gubernemus; fratres ex

recensetur inter eos qui Basiliæ communionem appetebant: sed tribus ejusdem urbis presbyteris hæc laus tribuitur, quod argumento est episcopum male audiisse. Longe ergo probabilior alia Tillemontii conjectura, hanc epistolam inscribi Sympio, de quo in epist. præcedenti, sive Symposio Seleuciæ episcopo, qui concilio Constantinopolitano interfuit anno 381. Hæc sententia confirmatur ex epist. 204, in qua Basilius Isauros enumerat inter suos communicatores. Porro nemo non videt facile fuisse librariis in his Sympii et Symposii vocibus errare. Quæcumque autem statuatur opinio, facile perspicitur gravissimum esse in titulo epistolæ erratum. Neque enim de reconciliatione Basilius agere potuit cum Amphilochio, cum inter utrumque semper extiterit arctissima conjunctio.

(38) Ἢμῖν. Quamvis in quatuor veteribus libris legatur ὑμῖν, magis tamen arridet scriptura codicum Coisl. primi et Med. qui cum editis consentiunt. In Harlæano autem non exstat hæc epistola. Paulo post idem Coisl. primus ἐλπίδι τῆς πίστεως· Medicæus ἐλπίδι τῆς κλήσεως.

(39) Συστατεῖν. Codices tres non antiquissimi συντάττειν.

\* Alias CCCXCVIII. Scripta anno 374.



utraq̃ parte venientes tanquam propria membra suscipiendo, tanquam ad amicos mittendo, et rursus tanquam ab amicis excipiendo. Hæc enim erat olim Ecclesiæ gloria, ut ab orbis termino ad terminum brevibus tesseris, veluti viatico instructi fratres ex unaquaque Ecclesia patres ac fratres omnes invenirent; quod ipsum cum aliis nunc hostis Ecclesiarum Christi de nobis prædatus est, ac singulis civitatibus circumscribimur, et unusquisque proximum suspectum habemus. Et **285** quid aliud dicam, nisi charitatem nostram refrixisse, qua sola Dominus noster suos discipulos dixit, veluti propria nota, dignosci? Ac prius quidem, si videbitur, ipsi vos ipsos mutuo cognoscite, ut sciamus quibuscum nobis futura sit consensio. Atque hoc pacto consensu uno locum aliquem utrisque commodum, tempusque itineri faciendo idoneum eligentes, alii ad alios convolabimus, nosque in via diriget Dominus. Valeas, lætusque sis ac preceris pro me, mihi que Sancti benignitate doneris.

#### EPISTOLA CXCH.

*Cum Sophronius petenti aliquid Basilio ita annuisset, ut seipse duplex beneficium accepisse diceret, nempe litteras Basilii et occasionem bene de eo merendi, Basilius gratias agit in hac epistola, sibi que rem eo gratiorem fuisse significat, quod a Sophronio proficisceretur.*

*Sophronio magistro.*

Si ipse duplex accepisti beneficium, quemadmodum mihi immensa quadam bene faciendi voluntate scripsisti, unum, quod acceperis litteras, alterum, quod tuam meo usu operam navaveris; quantam existimandum est me habere gratiam, qui et litteras suavissimæ tuæ vocis legi, et id quod

\* Alias CCCXXIX. Scripta anno 374.

(40) Ὑποδεχόμενοι. Ita septem mss. Editi ἀποδεχόμενοι,

(41) Συμβολοίς. Sic Coisl. primus et Med. Editi συμβολαίοις. Ad auctoritatem vetustissimorum codicum accedit ipsius Basilii testimonium, qui eadem voce utitur in loco simillimo ex epistola 203, in qua sic loquitur: Ἡμεῖς δὲ, ἐκείνων ὄντες τῶν πατέρων, οἱ ἐνομοθέτησαν διὰ μικρῶν χαρακτήρων τὰ τῆς ἐπιμιξίας σύμβολα ἀπὸ περάτων τῆς γῆς εἰς πέρατα περιφέρεισθαι, καὶ πάντας πᾶσι πολίτας καὶ οἰκείους εἶναι, νῦν ἀποτέμνομεν ἑαυτοὺς τῆς οἰκουμένης, καὶ οὔτε ἐπισχυνομεθα τῇ μονῶσει, οὔτε ζημίαν φέρειν τὸν διάσπασμόν τῆς ὁμονοίας τιθέμεθα, οὔτε φρίσσομεν, ὅτι εἰς ἡμᾶς φθάνει ἡ φοβερά τοῦ Κυρίου ἡμῶν προφητεία, εἰπόντος, etc.: *Nos autem, qui filii sumus illorum patrum, qui legem tulerunt, ut brevibus notis commercii signa a terminis orbis terrarum usque ad terminos circumferrentur, ac omnes omnibus cives et propinqui essent, nunc abscindimus nosmetipsos ab orbe terrarum, neque nos pudet solitudinis, nec damnum ferre dissolutionem concordiae ducimus; neque horrescimus, quod ad nos pervenerit terribilis Domini nostri prophetia dicentis, etc.* Sæpe alias Basilius luctuosa tempora deplorat. Sed tamen cum dissolutionem concordiae in allato testimonio describit, vel, cum ait infra in hac epistola, *singulis civitatibus circumscribimur, non de se ipso loquitur, sed aliorum mala deflet, ut sua propria. Quanto enim studio arserit fovendæ cum omnibus communionis, perspici potest,*

Α τοῦ Θεοῦ χάριτι ἀπολαβόντες ἀλλήλους, τῷ ἀρχαίῳ εἶδει τῆς ἀγάπης τὰς Ἐκκλησίας οἰκονομήσωμεν· τοὺς παρ' ἑκατέρου μέρους βαδίζοντας τῶν ἀδελφῶν ὡς ἴδια μέλη προσιέμενοι, προπέμποντες ὡς ἐπὶ οἰκείους, καὶ ὑποδεχόμενοι (40) πάλιν ὡς παρ' οἰκείων. Τοῦτο γὰρ ἦν ποτε τῆς Ἐκκλησίας τὸ καύχημα, ὅτι ἀπὸ τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τὰ πέρατα μικροῖς συμβολοῖς (41) ἐφοδιαζόμενοι οἱ ἐξ ἑκάστης Ἐκκλησίας ἀδελφοὶ πάντας πατέρας καὶ ἀδελφοὺς εὕρισκον· ὁ νῦν μετὰ τῶν ἄλλων ἀφήρηται ἡμῶν ὁ ἐχθρὸς τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ πόλεις περιγεγράμεθα, καὶ ἕκαστος δι' ὑποψίας ἔχομεν τὸν πλησίον. Καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐψύξαμεν τὴν ἀγάπην, ἀφ' ἧς μόνης τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ Κύριος ἡμῶν εἶπε χαρακτηρίζεσθαι; Καὶ εἰ δοκεῖ, πρότερον αὐτοὶ μετ' ἀλλήλων γνωρίσατε ἑαυτοὺς, ἵνα γνῶμεν πρὸς τίνας ἡμῖν ἔσται ἡ συμφωνία. Καὶ οὕτως ἐκ κοινῆς συγκαταθέσεως τόπον τινὰ τοῖς ἀμφοτέροις (42) ἀνεπαχῆ, θ καὶ χρόνον ταῖς ὁδοπορικαῖς πρέποντα ἐκλεξάμενοι, δραμούμεθα παρ' ἀλλήλοις, καὶ ὁ Κύριος ἡμᾶς κατευοδώσει. Ἐρρωμένους καὶ εὐθυμους εἶης, ὑπερευχόμενός μου, καὶ χαρισθείης μοι τῇ τοῦ Ἁγίου (43) φιλανθρωπία.

#### ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΗΒ.

*Σωφρονίῳ μαγίστρῳ.*

Εἰ αὐτὸς διπλὴν ἔλαβες χάριν, ὡς αὐτὸς τῇ ἀνυπερβλήτῳ προθυμίᾳ περὶ τὰ ἀγαθὰ ἔργα ἐπέστειλας ἡμῖν, μίαν μὲν τῷ δέξασθαι (44) γράμματα, δευτέραν δὲ τῷ ὑπουργῆσαι τῇ χρεῖᾳ ἡμῶν· πόσῃν τινὰ χρεὶ νομίζεις ἡμᾶς ἔχειν τὴν χάριν, γράμμασί τε τῆς ἡδίστης φωνῆς ἐντυχόντας, καὶ τὴν ἐπιζητηθεῖσαν

tum ex lætitia, quam ei litteræ ab Ecclesiis remotis scriptæ afferebant, tum ex iis quæ scripsit et gessit, ut maritimos episcopos, Neocæsarienses, Lyciæ Ecclesias sibi charitate devinciret. Testatur in epistola 204, secum communicare Pisidas, Lycaones, Isauros, Phryges, Armenos, Neocæsariensibus vicinos, Macedones, Achæos, Illyrios, Gallos, Hispanos, totam simul Italiam, Siculos, Afros, et quidquid sani in Ægypto et Syria supererat.

(42) Τοῖς ἀμφοτέροις. Ita Coisl. primus et Med. Editi τὸν ἀμφοτέροις. Paulo post editi παρ' ἀλλήλους, Uterque Coisl. et plures alii ut in textu. Utrum ad affectum perducta fuerint, quæ hic proponuntur a Basilio, nullo cognoscimus monumento. Semel eum in Pisidiam, nempe anno 375, venisse et cum Amphilochio ac vicinis episcopis consiliatum esse scimus. Sed ante hoc tempus jam Isauros inter communicatores suos enumeraverat in epist. 204, ex quo coniecimus Basilius, etiamsi cum his episcopis non convenerit, pacem cum illis et communionem per litteras redintegrasse. Præterquamquod nulla necessitas erat conveniendi, cum tota res per litteras confici posset; forte congressum anni tempestas et Basilii morbi interpellarunt.

(43) Τοῦ ἁγίου. Editi addunt Θεοῦ. Sed ea vox deest in codicibus Med. et Coisl. utroque et tribus aliis.

(44) Τῷ δέξασθαι. Legitur τὸ in utroque Coisl. et Reg. secundo, et paulo post τὸ ὑπουργῆσαι.



χρείαν τοσούτῳ ταχεὶ πληρωθεῖσαν ὁρῶντας! Ὡστε, ἠθέως δεξάμενοι τὸ ἀποσταλὲν (45) διὰ τὴν οἰκειάν αὐτοῦ φύσιν, πολλῶ ἡδίων αὐτὸ προσηκάμεθα τῷ σὲ εἶναι τὸν τῆς κατασκευῆς αὐτοῦ προσετώτα. Παράσχοι δὲ ἡμῖν ὁ Κύριος ἰδεῖν σε ἐν τάχει, ὥστε ἀπὸ γλώττης ὁμολογήσαι τὴν χάριν, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἐν σοὶ καλῶν ἀπολαῦσαι.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΗΓ'.

*Peracu Basilius sese cum gruibus comparat. Quominus se ad solitudinem Meletii conferret, tum negotiorum exteriorum occupationibus detentus fuerat, tum vehementibus ac continuis febribus, quæ illum ita debilitaverant, ut aranea infirmior videretur. Venturum se ad Meletium promittit verno tempore, si Dei ope ex hoc morbo evaserit.*

Μελετίῳ ἀρχιάτρῳ (46).

Ἡμῖν (47) οὐδ' ὅσον ταῖς γεράνοις ὑπάρχει τὰ δυσχερῆ τοῦ χειμῶνος διαφυγεῖν· ἀλλ' ἔνεκα μὲν τοῦ προιδέσθαι τὸ μέλλον, οὐδὲν ἴσως τῶν γεράνων χείρους (48) ἐσμὲν· τῷ δὲ κατὰ τὸν βίον αὐτεξουσίῳ τοσούτον τῶν ὀρνίθων ἀπολιμπανόμεθα, ὅσον καὶ τοῦ πέτεσθαι δύνασθαι, μικροῦ δεῖν. Πρῶτον μὲν γὰρ με ἀσχολίαι τινὲς τῶν κατὰ τὸν βίον πραγμάτων ἐπέσχον (49)· ἔπειτα δὲ πυρετοὶ συνεχεῖς καὶ λάβροι οὕτω μου τὸ σῶμα κατεδαπάνησαν, ὥστε ἐφάνη τι καὶ ἐμοῦ λεπτότερον, αὐτὸς ἐγὼ ἐμαυτοῦ· εἶτα τεταρταίων προσβολαὶ πρὸς πλείον ἢ εἴκοσι διαρκέσασαι κύκλους. Νυνὶ δὲ, ὅτε δοκῶ τῶν πυρετῶν ἀπηλλάχθαι, οὕτως ὑπὸ τῆς ἀδυναμίας διάκειμαι, ὥστε μηδὲν ἐν τούτῳ ἀποδεῖν ἀραχνίου. Ὅθεν μοι πᾶσα μὲν ὁδὸς ἄβατος, πᾶσα δὲ πνεύματος προσβολὴ πλείονα φέρει τὸν κίνδυνον ἢ αἱ τριχυμῖαι τοῖς πλεύουσιν. Ἀνάγκη τοίνυν ὑπὸ δωματίῳ κεκρύφθαι, καὶ ἀναμένειν τὸ ἔαρ, ἐάνπερ διαρκέσαι πρὸς αὐτὸ θνηθῶμεν, ἀλλὰ μὴ προδιαμάρτοιμεν (50) ὑπὸ τοῦ κακοῦ τοῦ τοῖς σπλάγγχοις ἐνιδρυμένου. Ἐάν δὲ διασώσῃ ἡμᾶς ὁ Κύριος τῆ μεγάλης αὐτοῦ χειρὶ, ἀσμενέστατα μὲν τὴν ἐσχατιάν ὑμῶν καταληψόμεθα· ἀσμενέστατα δὲ σὲ τὴν φίλην ἡμῖν κεφαλὴν περιπτυσόμεθα. Μόνον εὐχου πρὸς τὸ συμφέρον τῆ ψυχῆ τὴν ζωὴν ἡμῶν οἰκονομεῖσθαι.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΗΔ'.

*Zoili litteris respondet Basilius, hortatur ut sæpe scribat. Morbi sui magnitudinem exprimi non posse dicit; sed vires a Deo exspectat ad patienter ferendum.*

Ζωίλῳ.

Οἷα ποιεῖς, ὦ θαυμάσιε, προλαμβάνων ἡμᾶς εἰς τὸ τῆς ταπεινώσεως μέτρον; ὅς γε, τοιοῦτος ὢν τὴν παιδευσιν, καὶ οὕτως εἰδῶς ἐπιστέλλειν, ὡς δηλοῖ τὰ γράμματα, ὁμῶς ἀξιοῖς, ὡς ἐπὶ τολμηροτέρῳ

(45) Τὸ ἀποσταλὲν. Manifesta est necessitudo hujus epistolæ cum centesima nonagesima. Promiserat Basilius se apud potentiores amicos acturum, si ita Amphilochio videretur, et dignitatem aliquam petiturum, ut amici domus magnum aliquod incommodum effugeret. Observavimus hanc dignitatem non in aliqua administratione, sed in codicillis positam fuisse. Quod ergo tam celeriter confectum misit Sophronius magister officiorum, nihil aliud videtur esse, quam codicillaria aliqua dignitas. Id autem pretio impetratum fuisse, nec Sophronii liberalitas patitur suspicari, nec scriptæ ab eo ad Basilium perhonorifice litteræ.

(46) Ἀρχιάτρῳ. Medicæus codex et duo alii recentiores ἀρχιήτρῳ. Regius primus et Bigot.

expetebam tam celeriter confectum vidi! Itaque id quod missum est sua sponte pergratum fuit: sed longe libentius hoc ipsum eo nomine suscepi, quod tu rei illius conficiendæ exstiteris dux et auctor. Det autem nobis Dominus te cito videre, ut lingua gratias referamus, omnibusque simul bonis tuis perfruamur.

## EPISTOLA CXCIII\*.

*Meletio archiatro.*

Nobis ne quantum quidem gruibus licet hiemis incommoda effugere; sed quantum quidem ad futuri prænotationem attinet, nihil forte deteriores gruibus sumus; quod vero ad vitæ libertatem spectat, tanto fere ab avibus distamus, quanto a volandi facultate. Primum quidem occupationes me nonnullæ negotiorum exteriorum detinuerunt deinde continuæ ac vehementes febres corpus meum usque adeo consumpserunt, ut visum sit aliquid etiam me tenuius, ego videlicet *meipso*. Præterea quartanarum accessus ultra viginti **286** vices perstiterunt. Nunc autem cum a febribus liber esse videor, ita sum debilis, ut nihil in hoc ab aranea differam. Unde mihi omne iter imperivium, et quilibet auræ impulsus periculiosior, quam fluctus decumani navigantibus. Necesse est ergo domi latitare, et tempus vernum exspectare, si modo eo usque perdurare possim, nec prius spe excidam ob morbum visceribus insidentem. Quod si me Dominus magna sua manu servaverit, libentissime me conferam ad vestram solitudinem: libentissime te charum mihi caput amplectar. Tantum roga, ut de mea vita, prout animæ meæ conducit, statuatur.

## EPISTOLA CXCIV\*\*.

*Zoilo.*

Quid agis, vir egregie, prævertens me humilitatis modo? qui cum tanta sis ornatus eruditione, ac scribendi adeo peritus, ut litteræ demonstrant, tamen postulas, ut in audaciore quodam conatu

ιατρῶ.

(47) Ἡμῖν. Coisl. primus et Harl. Ἡμῖν δέ.

(48) Χείρους. Hanc vocem addidimus ex septem mss.

(49) Ἐπέσχον. Ita tres vetustissimi codices. Editi κατέσχον. Paulo post iidem codices cum tribus aliis οὕτω μου. Editi οὕτως μου.

(50) Προδιαμάρτοιμεν. Non male Vaticanus codex et ad marginem Claromontanus προδιαρπασθῶμεν, nisi prius abripiar morbo visceribus insidente, Nihil tamen mutandum duximus, quia vulgata scriptura nec sua sponte vitiosa est, et pluribus antiquis codicibus nititur.

\* Alias CCCLXIX. Scripta anno 375.

\*\* Alias CCCLXVIII. Scripta anno 375.



et meritis tuis majore, veniam tibi a nobis dari. Verum prætermissa hac ironia, scribe nobis ad omnem occasionem. Sive enim eloquentiæ non sum expers, eloquentis viri litteras libentissime legam: sive quantum sit charitatis bonum, e Scriptura didici, maximo prorsus in pretio est hominis me diligentis colloquium. Utinam autem perscribas quæ tibi precor bona, corporis valetudinem, ac domus totius prosperitatem! Jam quod ad res nostras spectat, scito eas solito non esse tolerabiliores. Satis autem erit hoc dicere, ut tibi corporis nostri infirmitas demonstretur. Nam morbi nunc detinentis magnitudinem, nec verbis demonstrare facile, nec re persuadere: siquidem iis quæ noveras, majus quidpiam a nobis ad infirmitatem inventum est. Jam Dei boni opus est vires mihi sufficere, ut patienter feram inflictas corporis ad nostram utilitatem plagas ab eo qui bene nobis facit Deo.

## EPISTOLA CXCIV\*.

*Rationem reddit Basilius cur raro scribat: ad postutandum a Deo reditum episcoporum hortatur.*

*Euphronio, episcopo Coloniae Armeniæ.*

Propterea quod longe dissita est a viis publicis Colonia, quam tibi Dominus gubernandam credit, etiamsi sæpe cæteris minoris Armeniæ fratribus scribam, ægre tamen ad tuam pietatem litteras mitto, neminem sperans futurum, qui illas eo usque perferat. Cum autem nunc sperem aut te adfuturum, aut epistolam ab episcopis quibus scribo, esse **287** ad te transmittendam; et tuæ scribo pietati, et te per litteras saluto; cum te certiore faciens videri me adhuc in terra versari; tum adhortans, pro me ut preceris, ut ærumnas ac calamitates minuat Dominus, et vehemens illud doloris pondus, nunc cordibus nostris incumbentis, veluti nubem quamdam, a nobis submoveat. Hoc autem continget, si celebrem det reditum religiosissimis episcopis, qui nunc dispersi sunt, pœnas pro pietate pendentes.

## EPISTOLA CXCVI\*\*.

*Basilius Aburgio gratulatur summos honores, ac prosperum incepti exitum precatur, seque gravissimis morbis debilitatum significat.*

*Aburgio.*

Prosilire te instar stellarum, modo in hac, modo in illa barbarorum regione apparentem, nunc quidem annonam militibus subministrantem, nunc vero imperatori in splendido apparatu

τινὲ ἐγχειρήσει καὶ ὑπερβαινούση σου τὴν ἀξίαν, συγγνώμης παρ' ἡμῶν τυγχάνειν. Ἄλλὰ, τῆς εἰρωνείας ταύτης ἀφέμενος, ἐπίστελλε ὑμῖν διὰ πάσης προφάσεως. Εἴτε γὰρ ἡμῖν λόγων μέτεστιν, ἡδίστα λογίου ἀνδρὸς γράμμασιν ἐντευξόμεθα (51)· εἴτε καὶ τὸ τῆς ἀγάπης καλὸν ὅσον ἐστὶ, παρὰ τῆς Γραφῆς πεπαιδευόμεθα, τοῦ παντὸς ἀξίαν τιθέμεθα ἀνδρὸς ἀγαπῶντος ἡμᾶς ὁμιλίαν. Εἴη δὲ σε γράφειν ἅ εὐχόμεθά σοι ἀγαθὰ, ὑγίαν σῶματος, καὶ εὐθηνίαν οἴκου παντός! Τὰ δὲ ἡμέτερα μηδὲν ἀνεκτότερα γίνωσκε τῆς συνηθείας εἶναι. Ἀρκεῖ δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν, καὶ ἐνδείξασθαι σοι τοῦ σώματος ἡμῶν τὴν ἀσθένειαν. Τὴν γὰρ νῦν κατέχουσιν ἡμᾶς εἰς τὸ ἀρρώστειν ὑπερβολὴν, οὔτε λόγῳ ἐδείξασθαι ῥᾶδιον, οὔτε ἔργῳ πεισθῆναι· εἴπερ ἐκείνων, ὧν αὐτὸς ἦθεις, εὐρέθη τι πλεῖον παρ' ἡμῶν εἰς ἀρρώστιαν. Θεοῦ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ἔργον δοῦναι ἡμῖν δύναμις, πρὸς τὸ ἐν ὑπομονῇ φέρειν τὰς ἐπὶ συμφέροντι ἡμῖν ἐπαγομένας εἰς τὸ σῶμα πληγὰς παρὰ τοῦ εὐεργετοῦντος ἡμᾶς Κυρίου.

EPISTOLA P<sup>h</sup>E'.

*Εὐφρονίῳ, ἐπισκόπῳ Κολωνείας Ἀρμενίας.*

Διὰ τὸ μακρὰν ἀπώκισθαι τῶν ὀδευομένων τόπων τὴν Κολωνείαν, ἣν ὁ Κύριος ἔδωκεν ὑπὸ σοὶ διεθύνεσθαι, πολλάκις κἂν τοῖς ἄλλοις ἀδελφοῖς ἐπιστέλλωμεν τοῖς κατὰ τὴν μικρὰν Ἀρμενίαν, ὀκνηρῶς πέμπομεν γράμματα πρὸς τὴν εὐλάβειάν σου, μηδένα ἐλπίζοντες εἶναι τὸν μέχρις ἐκείνων διακομίζοντα. Ἄλλὰ νῦν ἡ αὐτὸν σε παρέσεσθαι προσδοκῶντες, ἢ διαπεμφθῆσεσθαι τὴν ἐπιστολὴν παρὰ τῶν ἐπισκόπων οἷς ἐπεστείλαμεν, καὶ γράφομεν τῇ εὐλαβείᾳ σου, καὶ προσαγορευόμεν σε διὰ τοῦ γράμματος, ὁμοῦ μὲν σημαίνοντες, ὅτι δοκοῦμεν ἔτι εἶναι ὑπὲρ τῆς γῆς, ὁμοῦ δὲ παρακαλοῦντες προσεύχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ὁ Κύριος ἐλαττώσῃ τὰς θλίψεις, καὶ τὸ πολὺ τοῦτο βᾶρος τῆς ὀδύνης τῆς νῦν ἐπικειμένης ταῖς καρδίαις ἡμῶν, οἷόν τι νέφος, ἀφ' ἡμῶν ἀπαγάγῃ. Ἔσται δὲ τοῦτο ἐὰν ταχεῖαν δῶ τὴν ἐπάνοδον τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, οἱ νῦν εἰσιν ἐν τῇ διασπορᾷ, δικᾶς διδόντες ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας.

EPISTOLA P<sup>h</sup>ς'.

*Ἀβουργίῳ.*

Διάπτειν σε ὡς τοὺς ἀστέρας, ἄλλοτε κατ' ἄλλο μέρος τῆς βαρβαρικῆς ἀνίσχοντα, νῦν μὲν σιτηρέσια στρατιωτικὰ παρέχοντα (52), νῦν δὲ βασιλεῖ φαινόμενον μετὰ λαμπροῦ τοῦ σχήματος, ἢ τῶν

\* Alias CCCXII. Scripta anno 375.

\*\* Alias CCCLIX. Scripta anno 375.

(51) Ἐντευξόμεθα. Sic mss. codices et prima editio Parisiensis. Legitur in secunda ἐντευξοίμεθα.

(52) Στρατιωτικὰ παρέχοντα. Sic Harl. et uter-

que Coisl. cum Reg. secundo. Editi τῶ στρατιωτικῶ. Sæpe in provincias extra ordinem mittebantur qui annonam militarem expedirent et diligentius curarent, ut docet Gothofredus ad lib. vii cod. Theod. Munus ejusmodi Aburgio commissum gratulatur Basilius.



ἀγαθῶν ἄγγελος φήμη ἀγγέλλουσα ἡμῖν (53) οὐ διαλείπει. Εὐχόμεθα δὲ τῷ Θεῷ, κατὰ λόγον (54) σοι προϊούσαν τὴν ἐπιχείρησιν, ἐπὶ μέγα σε προσελθεῖν, καὶ φανῆναί ποτε τῇ πατρίδι ἕως ἔσμεν ὑπὲρ γῆς, καὶ τὸν ἀέρα τοῦτον ἀνέλκομεν (55). Τοσοῦτον γὰρ μέτεσται ἡμῖν τοῦ βίου, ὅσον ἀναπνεῖν μόνον.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΣΖ'

*Ambrosius missis clericis Basilium rogaverat, ut sibi corpus beati Dionysii Mediolanensis redderetur, respondet ejus litteris Basilius, mirabilem gratulatur electionem, hortatur ad Patrum sequenda vestigia, narratque accurate, quomodo corpus beati Dionysii a fidelibus, qui illud custodiebant, impetratum fuerit, ac veras esse illius reliquias asseverat, et certissimis argumentis confirmat.*

Ἀμβροσίῳ, ἐπισκόπῳ Μεδιολάνων.

1. Μεγάλαι αἰεὶ καὶ πολλαὶ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν αἰδωρεαὶ, καὶ οὔτε τὸ μέγεθος αὐτῶν μετρητὸν, οὔτε τὸ πλῆθος ἀριθμητὸν. Μία δὲ τῶν μεγίστων δωρεῶν ἐστὶ τοῖς εὐαίσθητως δεχομένοις τὰς χάριτας καὶ ἡ παροῦσα αὐτῇ, ὅτι πλείστον (56) ἡμᾶς τῇ θέσει τοῦ τόπου διηρημένους ἔδωκεν ἀλλήλοις συνάπτεσθαι διὰ τῆς ἐν τοῖς γράμμασι προσφωνήσεως. Καὶ γνώσεως τρόπον διττὸν ἡμῖν ἐχαρίσατο· ἓνα μὲν διὰ τῆς συντυχίας, ἕτερον δὲ τὸν διὰ τῆς τοῦ γράμματος ὁμιλίας. Ἐπεὶ οὖν ἐγνωρίσαμεν σε δι' ὧν ἐφθέγγω. καὶ ἐγνωρίσαμεν, οὐ τὸν σωματικὸν χαρακτήρα ταῖς μνήμασι ἡμῶν ἐντυπωσάμενοι, ἀλλὰ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου τὸ κάλλος τῇ ποικιλίᾳ τῶν λόγων καταμαθόντες, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας λαλεῖ· ἐδοξάσαμεν τὸν Θεὸν ἡμῶν, τὸν καθ' ἑκάστην γενεάν ἐκλεγόμενον τοὺς αὐτῷ εὐαρεστούντας· ὃς πρότερον μὲν ἐκ τῶν ποιμνίων τῶν προβάτων ἤγειρεν ἄρχοντα τῷ λαῷ αὐτοῦ· καὶ τὸν Ἀμώς ἐκ τοῦ αἰπολίου ἐνδυναμώσας διὰ τοῦ Πνεύματος, ὕψωσεν εἰς προφήτην· νῦν δὲ ἄνδρα ἐκ τῆς βασιλευούσης πόλεως, ἀρχὴν ὅλου ἔθνους πεπιστευμένον, ὑψηλὸν τῷ φρονήματι, γένους λαμπρότητι, περιφανείᾳ βίου, λόγων δυνάμει, πᾶσι τοῖς (57) κατὰ τὸν βίον περιδλεπτον, εἰλκυσεν εἰς τὴν τῶν ποιμνίων τοῦ Χριστοῦ ἐπιμέλειαν· Ὅς, πάντα ῥίψας τὰ τοῦ βίου πλεονεκτήματα, καὶ ἠγησάμενος αὐτὰ ζημίαν ἵνα Χριστὸν κερδήσῃ (58) τοὺς οἰακὰς δέξασθαι ἐπετράπη τῆς μεγάλης καὶ περιβοήτου νηὸς ἐπὶ τῇ εἰς Θεὸν πίστει, τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας. Ἄγε τοίνυν, ὦ Θεοῦ ἄνθρωπε, ἐπειδὴ οὐ παρ' ἀνθρώπων παρέλαβες ἢ ἐδιδάχθης τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' αὐτὸς σε ὁ Κύριος ἀπὸ τῶν κριτῶν τῆς γῆς ἐπὶ τὴν καθέδραν (59) τῶν ἀποστόλων μετέθηκεν,

<sup>63</sup> Matth. xii, 34.

(53) Ἀγγέλλουσα ἡμῖν. Duo vetustissimi codices Coisl. et Med. ἀγγέλλουσα ὑμᾶς.

(54) Κατὰ λόγον. Mallet Combefisius κατὰ νοῦν. Sed inutilis illius conjectura. Quemadmodum enim dicitur παράλογος συμφορά, calamitas inopinata, ut est apud Plutarchum initio libri *De consolatione*; cur non etiam dicatur inceptum aliquod κατὰ λόγον succedere, cum expectationi et meritis respondet?

(55) Ἀνέλκομεν. Ita mss. sex, pro eo quod erat in editis ἔλκομεν.

(56) Ὅτι πλείστον. Ita mss. et antiquæ editiones. Editio Parisiensis ὅτι πλείον.

(57) Ἡᾶσι τοῖς. Ita Harl. uterque Reg. et uterque

A astantem, nuntia bonorum fama nobis narrare non cessat. Deum autem precor, ut, incepto tibi pro meritis succedente, ad magnum quiddam eveharis; et tandem aliquando conspiciaris in patria, dum in terris versor atque hunc aerem duco. In hoc enim tantum vitæ particeps sum, quod respiro.

## EPISTOLA CXCVII'.

Ambrosio, episcopo Mediolanensi.

1. Magna semper et multa Domini nostri dona, nec eorum magnitudinem metiri, aut multitudinem fas est numerare. Unum autem ex maximis donis, illud etiam est his qui non sine sensu beneficia suscipiunt, quod nunc longissime nobis locorum intervallo distantibus dedit inter nos conjungi per litterarum allocutionem. A cognoscendi quidem modum duplicem nobis impertivit: unum per congressum, alterum vero per litterarum colloquium. Quoniam igitur cognovimus te ex his quæ locutus es: cognovimus autem, non corporis figuram memoriæ nostræ imprimentes, sed hominis interni pulchritudinem ex sermonum varietate perspicientes, siquidem unusquisque nostrum ex abundantia cordis loquitur <sup>63</sup>; glorificavimus Deum nostrum qui singulis ætatibus eligit eos qui ipsi placent, ac prius quidem ex ovium grege suscitavit principem populo suo, et Amos ex caprili corroboratum a Spiritu in prophetam evexit; nunc autem virum ex regia urbe, gentis totius rectorem, **288** animo sublimem, generis claritate, opum splendore, dicendi facultate omnibus in sæculo degentibus conspicuum, ad gregis Christi curam pertraxit. Qui projiciens omnia sæculi ornamenta, eaque damnum existimans ut Christum lucrifaciat, commissa gubernacula suscepit magnæ et ob fidem in Deum celeberrimæ navis, Christi Ecclesiæ. Age igitur, o homo Dei, quandoquidem non ab hominibus accepisti aut edoctus es Evangelium Christi, sed ipse te Dominus ex terræ iudicibus ad cathedram apostolorum transtulit: certa bonum certamen: infirmitates populi cura, si quem forte Arianæ insanis

D

que Coisl. Editi πράγμασι τοῖς. Editio Hagan, ἐργοῖς τοῖς, *rebus in sæculo gestis*.

(58) Κερδήσῃ. Harlæanus codex cum Medicæο κερδήσῃς, et mox ἐπετράπης. Ibidem deest δέξασθαι in utroquo Regio et Coisl. secundo, quod quidem elegantius videtur abesse, nec tamen delevi, quia non omnino vitiosum est et in aliis antiquioribus codicibus legitur. Mox vitiose in utroque Regio et Coisl. secundo τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία.

(59) Ἐπὶ τὴν καθέδραν. Sic tres vetustissimi codices. Editi ἐπὶ τὴν προεδρίαν. Legitur vulgata scriptura ad oram codicis Harl.

\* Alias LV. Scripta anno 375.



labes attingit : renova vetera Patrum vestigia, et dilectionis erga nos fundamento, quod a te jactum est, da operam ut superstruas frequentia salutationum. Sic enim poterimus vicini inter nos esse spiritu etiamsi habitatione terrestri plurimum sejungamur.

(17) Τῶν περὶ Δομνῖνον. Existimat Combefisius solum Dominum sichonoris causa nominari, nec ullos designari comites. Atque id quidem libenter assentior doctissimo viro, solum hic Dominum nominari; non idcirco tamen, quod sociis careret, sed quia illi præcipue honor habebatur. Sic enim fieri solere observavimus ad epist. 243, ut cum

5. Paulinus autem utrum aliquid et circa ordinationem reprehensionem obnoxium habeat, ipsi dixeritis. Nos sane mærore afficit, quod in Marcelli dogmata propendet, ac illius sectatores sine discrimine ad suam communionem admittit. Scitis enim, fratres maxime colendi, spem nostram omnem everti Marcelli dogmate, quod neque Filium in propria hypostasi confitetur, sed prolatum esse, et rursus reversum ad eum, ex quo processerat, neque Paracletum hypostasim propriam habere concedit: quare non aberraverit, qui a Christianismo penitus alienam hæresim pronuntiet, ac Judaismum corruptum illam appellet. A vobis ut horum curam suscipiatis efflagitamus. Suscipietis autem, si omnibus Orientis Ecclesiis scribere non gravemini, eos qui hæc depravant, si corrigantur, admittendos ad communionem; sin autem pertinaciter novitatibus adhærescere voluerint, ab Ecclesiis abscindendos, atque id quidem factum a nobis oportuisse, ut una cum vestra prudentia sedentes, communi deliberatione de his ageremus, ne ipsi quidem ignoramus. Sed quoniam tempus non permittit, et dilatio exitiosa est, illato ab ipsis damno radice agente, necessario hos fratres misimus, ut et quæcunque litterarum documenta effugerunt, hæc per se ipsi edocentes, pietatem vestram incitent ad expetiturum Dei Ecclesiis ferendum auxilium,

## EPISTOLA CCLXIV\*.

Barsæ, Edessæ episcopo, exsulanti.

Vere religiosissimo omnique reverentia et honore digno episcopo Barsæ Basilius in Domino salutem. Cum proficisceretur germanissimus frater Dominus ad tuam pietatem, libenter occasionem scribendi excepimus, teque per illum salutamus, Deum sanctum precantes, ut tandiu custodiamur in hac vita, donec digni habeamur, qui te videamus, ac donis, quæ in te sunt, perfruamur. Tantum precare, obsecro, ut Dominus **408** non tradat nos in perpetuum inimicis crucis Christi, sed custodiat Ecclesias suas usque ad tempus pacis, quam novit ipse justus iudex quando sit redditurus. Reddet enim, nec nos perpetuo

plures mitterentur, unus tamen nominaretur. Domino autem aliquem adfuisse comitem conijcimus ex epist. 267 ad eundem Barsam, ubi Basilius latores litterarum suarum fratres commemorat, hanc ipsam epistolam indicans. Aitenim se Barsæ non sæpe quidem scripsisse, sed tamen scripsisse: quibus verbis unica designatur epistola.

(18) Φυλαχθῆναι. Ita mss. septem. Edlti διαφυλαχθῆναι. Paulo post editi καὶ αὐτοπροσωπῶς ἰδεῖν σε, octo mss. ut in textu.

(19) Φυλάξῃ. Sic Vat., Coisl. uterque et Reg. secundus ac Bigot. alter. Quatuor alii φυλάξει. Editi φυλάξοι.

\* Alias CCCXXVI. Scripta circa annum 377.



deseret. Sed quemadmodum Israelitis annos septuaginta præstituit pro peccatis ad captivitatis pœnam<sup>34</sup>; ita forte et nos omnipotens per statum aliquod tempus traditos aliquando revocabit, ac in pristinam pacem restituet; nisi forte appropinquat defectio, et quæ nunc fiunt, exordia sunt ingressus Antichristi. Quod quidem si ita sit, precare ut aut ærumnas auferat, aut nos inter ærumnas invictos bonus ille custodiat. Omnem illum cœtum, qui pietatis tuæ consuetudine dignus habitus est, per te salutamus. Pietatem tuam omnes, qui nobiscum sunt, salutant. Valens ac lætus in Domino, et pro me orans, Ecclesiæ Dei serveris, Sancti gratia.

## EPISTOLA CCLXV\*.

*Basiliius gratias agit Deo, quod iis, apud quos exsulant confessores, auxilia ad salutem providerit: seque perspecto illorum fidei studio adductum esse ait, ut diaconum Elpidium cum litteris ad eos mitteret. Laudat eos quod damnaverint Apollinarium, cujus et nefarias molitiones, et impios de Trinitate, de Incarnatione et promissionibus errores recenset. Sed queritur quod Marcelli discipuli a confessoribus recepti fuerint sine Occidentalium et aliarum Ecclesiarum consensu. Scire cupit quibus conditionibus recepti fuerint.*

*Eulogio, Alexandro, et Harpocrati, Ægypti episcopis exsulibus.*

1. Magnam in omnibus reperimus boni Dei erga suas Ecclesias providentiam; ita ut quæ molesta esse videntur, nec omnino ex sententia occurrunt, ea etiam ad multorum utilitatem dispensentur in occultissima Dei sapientia, et indeprehensis illius justitiæ judiciis. Ecce enim et dilectionem vestram ex Ægypti locis excitans Dominus, in media Palæstina constituit, ad exemplum antiqui Israel, quem captivum in Assyriorum terram abducens, exstinxit illic simulacrorum cultum per sanctorum adventum. Itaque et nunc ita factum invenimus, cum reputamus Dominum, dum vestrum pro pietate certamen in medio proponit, vobis quidem exsilio stadium aperuisse beatorum certaminum; iis vero, quibus vestrum illud eximium propositum ante oculos versatur, manifesta ad salutem largitum esse exempla. Cum igitur Dei gratia didicerimus vestrum rectæ fidei studium, didicerimus et sollicitudinem erga fratres, vosque non perfunctorie aut negligenter quæ ad communem utilitatem spectant et ad salutem necessaria sunt, exhibere, sed si quid ad Ecclesiarum ædificationem conducat, libenter suscipere; æquum esse putavimus, ut in bonæ vestræ partis veniremus communionem, nosque

<sup>34</sup> Jerem. xxv, 12.

\* Alias CCXCH. Scripta anno 377.

(20) Φυλαχθείης. Sic tres antiquissimi codices et Bigot. alter. Editi διαφυλαχθείης.

(21) Χάριτι τοῦ ἁγίου. Sic. mss. septem. Editi Χάριτι αὐτοῦ.

(22) Αἰγύπτου. Ita tres vetustissimi codices. Editi Αἰγυπτίους. Ibidem Reg. secundus, Coisl. secundus et Paris. habent Ἀδελφοκρατίωνι, quod nomen in scite videtur unum ex duobus esse factum, id est ex Ἀδελφίῳ et Ἀρποκρατίωνι. Nam inter hos exsules episcopos numeratur Adelphius apud

A γὰρ, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψει ἡμᾶς εἰς τὸ παντελές Ἄλλ' ὡσπερ τοῖς Ἰσραηλίταις τὴν ἐβδομηκονταετίαν ὥρισεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων εἰς τὴν τῆς αἰχμαλωσίας καταδίκην, οὕτω τάχα καὶ ἡμᾶς ὁ δυνατὸς χρόνῳ τινὶ ὠρισμένῳ παραθοῦς ἀνακαλέσεται ποτε καὶ ἀποκαταστήσει εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς εἰρήνην· εἰ μὴ ἄρα ἐγγύς ποῦ ἐστὶν ἡ ἀποστασία, καὶ τὰ νῦν γινόμενα προοίμιά ἐστι τῆς εἰσόδου τοῦ Ἀντιχρίστου. Ὅπερ δὲ εἴαν ἦ, προσεύχου ἵνα ἡ τὰς θλίψεις παρενέγκῃ, ἣ ἡμᾶς ἀπταίστους διὰ τῶν θλίψεων ὁ ἀγαθὸς διασώσῃται. Πᾶσαν τὴν συνοδίαν τὴν καταξιωθεῖσαν συνεῖναι τῇ εὐλαβείᾳ σου ἀσπαζόμεθα διὰ σοῦ. Τὴν σὴν εὐλάβειαν οἱ σὺν ἡμῖν πάντες προσαγορεύουσιν. Ἐρρωμένως καὶ εὐθυμῶς ἐν Κυρίῳ, ὑπερευχόμενός μου, φυλαχθείης (20) τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ χάριτι (21)

B τοῦ Ἁγίου.

## EPISTOLA CCLXV\*.

Εὐλογίῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ἀρποκρατίωνι, ἐπισκόποις Αἰγύπτου (22) ἐξορισθεῖσιν.

1. Μεγάλην ἐν πάσιν εὐρίσκομεν τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ τὴν περὶ τὰς Ἐκκλησίας αὐτοῦ οἰκονομίαν, ὥστε καὶ τὰ δοκοῦντα εἶναι σκυθρωπά, καὶ μὴ πάντα κατὰ βούλησιν ἀπαντῶντα, καὶ ταῦτα ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν πολλῶν οἰκονομείσθαι, ἐν τῇ δυσθεωρήτῳ τοῦ Θεοῦ σοφίᾳ, καὶ τοῖς ἀνεξιχνιάστοις αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης κρίμασιν. Ἴδού γὰρ καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ἐκ τῶν κατ' Αἴγυπτον τόπων ἀναστήσας ὁ Κύριος, εἰς μέσην ἀγαθῶν τὴν Παλαιστίνην ἰδρύσατο, κατὰ μίμησιν τοῦ πάλαι Ἰσραήλ, ὃν διὰ τῆς αἰχμαλωσίας ἀγαθῶν εἰς τὴν Ἀσσυρίων γῆν, ἔσβεσε τὴν ἐκεῖ εἰδωλολατρείαν διὰ τῆς τῶν ἁγίων ἐπιδημίας. Καὶ νῦν τοίνυν οὕτως εὐρίσκομεν, λογιζόμενοι, ὅτι τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἄθλον ὑμῶν (23) προβαλλόμενος ὁ Κύριος, ὑμῖν μὲν διὰ τῆς ἐξορίας στάδιον ἤνοιξε τῶν μακαρίων ἀγωνισμάτων, τοῖς δὲ περιτυγχάνουσιν ὑμῶν τῇ ἀγαθῇ προαιρέσει ἐναογῇ τὰ πρὸς σωτηρίαν ἐχαρίσατο ὑποδείγματα. Ἐπεὶ οὖν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἐμάθομεν ὑμῶν τὴν ὀρθότητα τῆς πίστεως, ἐμάθομεν δὲ τὸ περὶ τὴν ἀδελφότητα ἐπιμελεῖς, καὶ ὅτι οὐ παρέργως, οὐδὲ ἡμελημένως παρέχεσθε (24) τὰ κοινωφελῆ καὶ ἀναγκαῖα πρὸς σωτηρίαν, ἀλλ' εἴ τι πρὸς οἰκοδομὴν τῶν Ἐκκλησιῶν ἐνεργεῖν προαιρεῖσθε· δίκαιον ἐλογισάμεθα (25) κοινωνοὶ γενέσθαι

Epiphanium cum pluribus aliis hæres. LXXII. Simplicior Regii primi titulus, Ἐπισκόποις Αἰγυπτίους ἐξορισθεῖσιν Ἐπισκόποις Ἀἰγυπτίους ἐξορισθεῖσιν. (23) Ὑμῶν. Ita Parl. et Coisl. primus. Editi ὑμῶν. Codex Medicæus ἡμῶν.

(24) Παρέχεσθε. Legitur in quatuor recentioribus codicibus παρέργως.

(25) Ἐλογισάμεθα. Ita tres vetustissimi codices. Editi ἐνομίσταμεν. Eisdem codices paulo post secuti mutavimus quod erat in editis Ἐλπίδιον τὸν συνδιάκονον. Ibidem codex Medicæus ἀπέστειλα.



τῆς ἀγαθῆς μερίδος ὑμῶν, καὶ συνάψαι ἑαυτοὺς διὰ τοῦ γράμματος τῇ ὑμετέρᾳ εὐλαβείᾳ. Οὐπερ ἕνεκα ἀπεστείλαμεν καὶ τὸν ποθεινότατον υἱὸν ἡμῶν καὶ συνδιάκονον Ἐλπίδιον, ὁμοῦ μὲν τὴν ἐπιστολὴν διακομίζοντα, ὁμοῦ δὲ καὶ παρ' ἑαυτοῦ δυνάμενον ἀπαγγεῖλαι ὑμῖν ὅσα τὴν ἐκ τοῦ γράμματος ἐκφύγη (26) διδασκαλίαν.

2. Μάλιστα δὲ ἡμᾶς ἐπέρρωσε πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν τῆς συναφείας ὑμῶν ἡ ἀκοὴ τοῦ περὶ τὴν ὀρθότητα ζήλου τῆς εὐσεβείας ὑμῶν· ὅτι οὔτε πλήθει συνταγμάτων, οὔτε ποικιλίᾳ ἰσορισμάτων παρενήχθη ὑμῶν τὸ στερόρον τῆς καρδίας· ἀλλ' ἐπέγνωτε μὲν τοὺς κατὰ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων καινοτομοῦντας, σιωπῇ δὲ κατασχεῖν τὴν ἐνεργουμένην παρ' αὐτῶν βλάβην οὐ κατεδέξασθε. Καὶ γὰρ τῷ ὄντι πολλὴν εὐρομεν λύπην παρὰ πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις τῆς τοῦ Κυρίου εἰρήνης ἐπὶ ταῖς νεωτεροποιίαις ταῖς παντοδαπαῖς Ἀπολιναρίου τοῦ Λαοδικέως· ὃς τοσοῦτω πλέον ἐλύπησεν ἡμᾶς, ὅσῳ ἔδοξεν εἶναι ἐξ ὑμῶν (28) τὸ ἐξ ἀρχῆς. Τὸ μὲν γὰρ παρὰ φανεροῦ πολεμίου παθεῖν τι, καὶ ὑπερβάλλῃ τῷ ἀλγεινῷ, φορητὸν πῶς ἐστὶ τῷ κατακονουμένῳ, καθὼς γέγραπται, ὅτι Εἰ ὁ ἐχθρὸς ὠνειδίσέ με ὑπήνεγκα ἂν· τὸ δὲ παρ' ὁμοφύχου καὶ οἰκείου βλάβης τινὸς πειραθῆναι, τοῦτο δύσφορον παντελῶς, καὶ οὐδεμίαν ἔχον παραμυθίαν. Ὅν γὰρ προσεδοκῆσαμεν συνασπιστὴν ἔξειν (28) τῆς ἀληθείας, τοῦτον εὐρομεν νῦν ἐν πολλοῖς ἐμποδίζοντα τοῖς σωζομένοις, ἐκ τοῦ περιέλκειν αὐτῶν τὸν νοῦν καὶ ἀποσπᾶν τῆς εὐθύτητος τῶν δογμάτων. Τί γὰρ ἐν ἔργοις παρ' αὐτοῦ τολμηρὸν καὶ θερμὸν οὐκ ἐπράχθη; Τί δὲ ἐν λόγοις οὐ παρεπνοήθη νεώτερον καὶ ἐπικεκινδυνευμένον; Οὐ πᾶσα μὲν Ἐκκλησία ἐφ' ἑαυτὴν ἐμερίσθη, μάλιστα δὲ ταῖς ὑπὸ τῶν (29) ὀρθοδόξων κυβερνωμέναις ἐπιπεμφθέντων παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸ σχίσαι, καὶ ἰδίαν τινὰ παρασυναγωγὴν ἐκδικῆσαι; Οὐχὶ γελᾶται τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ὡς ἄνευ λαοῦ καὶ κλήρου ἐπισκόπων περιερχομένων, καὶ ὄνομα φιλὸν περιφερόντων, οὐδὲν δὲ κατορθούντων εἰς προκοπὴν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης καὶ σωτηρίας (30); Οὐχὶ οἱ περὶ τοῦ Θεοῦ λόγοι πλήρεις παρ' αὐτῷ εἰσὶν ἀσεβῶν δογμάτων, τῆς παλαιᾶς ἀσεβείας τοῦ ματαιόφρονος Σαβελλίου δι' αὐτοῦ νῦν ἀνανεωθείσης ἐν τοῖς συντάγμασιν; Εἰ γὰρ ἂ περιφέρουσιν οἱ Σεβαστηνοὶ, μὴ συμπέπλασται παρ' ἐχθρῶν, ἀλλὰ κατ' ἀλήθειαν αὐτοῦ εἰσι συγγραφαί, οὐδεμίαν εἰς ἀσέβειαν ὑπερβολὴν καταλείπει, τὸν αὐτὸν Πατέρα λέγων καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα (31), καὶ ἄλλα τινὰ

A 409 per epistolam cum vestra pietate jungeremus. Quapropter misimus etiam desideratissimum filium nostrum Elpidium condiaconum, qui epistolam perferret, et per se ipse potest nuntiare vobis, quæcunque litterarum effugerint documenta.

2. Illud autem me maxime impulit, ut vobiscum conjungi cuperem, quod vestrum rectæ doctrinæ studium ad meas aures pervenit: quippe cum nec librorum multitudine, nec sophismatum varietate emota sit cordis vestri firmitas sed eos agnovistis, qui contra dogmata apostolica novitatem inducunt, nec silentio continere damnum ab illis illatum potueritis. Nam revera magnum reperimus dolorem in omnibus Domini pacem cordi habentibus, ex omnigenis Apolinarii Laodicensi novitatibus: qui eo magis nos afflixit, quod ex nobis ab initio esse videbatur. Aliquid enim ab hoste manifesto pati, etiamsi id sit molestissimum, res est tamen quodammodo tolerabilis patienti, sicut scriptum est: *Si inimicus probris me affecisset, sustinuissem utique*<sup>35</sup>. Sed ab unanimi et necessario aliquid accipere detrimenti, id omnino ad ferendum difficile, nec ullam habens consolationem. Quem enim expectaveramus socium nobis in defensione veritatis futurum, eum nunc invenimus in multis obstantem his qui salvantur, dum illorum abducit mentem, et avellit a rectis dogmatibus. Quid enim in actionibus ab eo non callide et audacter perpetratum? Quid in sermonibus non juveniliter et periculose excogitatum? Nonne Ecclesia omnis inter se divisa est, præsertim ex quo in gubernatas ab orthodoxis Ecclesias immisit qui scindant, et illegitimos conventus proprios sibi vindicent? Nonne ridetur magnum pietatis mysterium, episcopis sine populo ac clero obambulantibus, ac nomen nudum circumferentibus, nec quidquam ad promovendum pacis et salutis Evangelium facientibus? Nonne illius de Deo sermones pleni sunt impiis dogmatibus, antiqua insulsi Sabellii impietate nunc ab eo in scriptis renovata? Nam si quæ circumferunt Sebasteni, ficta non sunt ab inimicis, sed vere ipsius scripta sunt, eundem dicens Patrem et Filium et Spiritum, et alias quasdam tenebrosas impietates, quas nos ne auribus quidem admisimus, quippe cum prece-

<sup>35</sup> Psal. LIV, 13.

(26) Ἀπαγγεῖλαι ὑμῖν, ὅσα... ἐκφύγη. Sic tres iidem codices. Editi ἀναγγεῖλαι ὑμῖν ὅσου... διαπέφυγε. Legitur ὅσα in secunda editione Parisiensi.

(27) Εἶναι ἐξ ὑμῶν. Harl. et Med. εἶναι ἡμῶν. Ibidem tres vetustissimi codices τοσοῦτον πλέον ἐλύπησεν, ὅσου. Sed res tanti non videtur, ut contextum mutemus.

(28) Ἐξειν. Coisl. primus ἔχειν. Ibidem νῦν addidimus ex Coisl. utroque Harl. et duobus Regiis. Paulo ante Coisl. primus καὶ ὑπερβάλλῃ τὸ ἀλγεινόν.

(29) Ὑπὸ τῶν. Ita tres vetustissimi codices. Editi παρὰ τῶν. Ibidem Coisl. primus ἐφ' ἑαυτῆς.

(30) Καὶ σωτηρίας. Hæc desunt in Harl. et Med. In aliis nonnullis desunt hæc verba εἰρήνης καὶ.

(31) Καὶ Πνεῦμα. Editi addunt καὶ πάλιν Υἱὸν καὶ Πατέρα, quæ melius multo absunt a tribus vetustissimis codicibus et Bigot. Ibidem legimus ex codice Hartæano σκοτεινὰ ἀσεβήματα. Illud autem τινὰ deprompsimus ex eodem codice et ex Coisl. primo, in quo legitur καὶ ἄλλα τινὰ ἀσεβῆ ῥήματα, et alia quædam impia verba. Scriptura codicis



mur ut nullam partem cum iis qui sic loquuntur habeamus. Nonne doctrinam confundit Incarnationis? nonne dubia multis facta est salutifera Domini nostri dispensatio ex lutulentis et tenebricosis illius de Incarnatione quæstionibus? Quæ omnia ut colligantur et arguendi **410** causa exponantur, longo tempore et sermone opus est. Promissionum autem doctrinam quis sic obliteravit ac delevit, ut illius fabulosæ nugæ? Qui quidem beatam spem repositam his, qui secundum Christi Evangelium vixerint, ita exiliter et demisse ausus est interpretari, ut ad fabulas aniles et Judaica commenta deflectat. Denuo pollicetur templi instaurationem et cultus legalis observationem, pontificem typicum post verum pontificem victimas pro peccatis post Agnum Dei qui peccatum mundi tollit<sup>36</sup>, baptismata varia post unicum baptismata, et juvenæ cineres, quibus aspergatur Ecclesia, quæ ob fidem in Christum non habet maculam nec rugam nec quidquam ejusmodi<sup>37</sup>: lepræ expurgationem post resurrectionis statum perpersionis expertem, zelotypiæ oblationem, ubi neque matrimonium contrahunt, neque connubio junguntur; panes propositionis, post panem illum qui de cælo descendit: lucernas ardentes, post verum lumen. Et in summa, si mandatorum lex in dogmatibus abolita est, palam est tunc Christi dogmata in præceptis legalibus antiquatum iri. Ob hæc pudor et verecundia vultus nostros operuit, et tristitia vehemens corda nostra opplevit. Quapropter adhortor vos tanquam medicos peritos, et scientes in lenitate erudire eos qui adversantur, ut illum conemini ad rectum Ecclesiæ ordinem reducere, eique persuadere, ut commentationum suarum loquacitatem contemnat (etenim confirmavit verba proverbii: *Non est in multo sermone peccatum effugere*<sup>38</sup>); eique fortiter rectæ fidei dogmata proponatis, ut illius emendatio manifesta fiat, ac fratribus innotescat illius pœnitentia.

(ἐβεβηαίωσε γὰρ τὸν τῆς παροιμίας λόγον, ὅτι Οὐκ ἔστιν ἐκ πολυλογίας ἐκφυγεῖν (42) ἁμαρτίαν)· στερβῶς δὲ αὐτῷ προβάλλειν τὰ τῆς ὀρθοδοξίας δόγματα, ἵνα κάκεινου ἢ ἐπανόρθωσις φανερά γένηται, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ γνωρισθῆ ἢ μεταμέλεια.

3. Nec abs re fuerit de Marcelli discipulis pietatem vestram commonere, ut nihil inconsiderate, nihil facile de illis statuatis. Sed cum ob impia

<sup>36</sup> Joan. i, 29. <sup>37</sup> Ephes, v, 27, <sup>38</sup> Prov. x, 49.

Harlæani eo magis arrisit, quod ei favet Medicæus cum tribus aliis, in quibus legitur σκοτεινὰ ἀσεβῆ ῥήματα. Editi καὶ ἄλλα σκοτεινὰ καὶ ἀσεβῆ ῥήματα.

(32) Παραδέξασθαι. Hanc vocem, quæ necessaria quidem non videtur, sed tamen nihil nocet, addidimus ex tribus vetustissimis codicibus et totidem aliis non ita antiquis.

(33) Ἰφάνισε, etc. Sic tres vetustissimi codices. Editi ἡμαύρωσε καὶ ἡφάνισε μυθολογία.

(34) Πολιτευσαμένοις. Coisl. primus πολιτευομένοις.

(35) Γραώδεις. Ita mss. codices sex. Editi γραϊώδεις.

(36) Ἄνωθεν ἐπαγγέλλεσθαι. Codices Harl. et Med. καὶ ἄνωθεν ἐπαγγέλλεσθαι.

σκοτεινὰ ἀσεβήματα, ἃ ἡμεῖς οὐδὲ ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν κατεδέξασθαμεθα παραδέξασθαι (32), εὐχόμενοι μηδεμίαν μερίδα εἶχειν πρὸς τοὺς ἐκεῖνα τὰ ῥήματα φθεγξαμένους. Οὐχὶ συγκέχυται παρ' αὐτῶ ὁ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγος; οὐκ ἀμφίβολος γέγονε τοῖς πολλοῖς ἡ σωτήριος τοῦ Κυρίου ἡμῶν οἰκονομία ἐκ τῶν θολερῶν αὐτοῦ καὶ σκοτεινῶν περὶ σαρκώσεως ζητημάτων; Ἄ πάντα συναγαγεῖν καὶ εἰς ἔλεγχον καταστῆσαι μακροῦ καὶ χρόνου καὶ λόγου δεῖται. Τὸν δὲ τῶν ἐπαγγελιῶν τόπον τίς οὕτως ἡφάνισε (33) καὶ ἡμαύρωσεν, ὡς ἡ τούτου μυθοποιία; Ὅς γε τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, τὴν ἀποκειμένην τοῖς πολιτευσαμένοις (34) κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, οὕτω ταπεινῶς καὶ ἐρριμμένως ἐτόλμησεν ἐξηγήσασθαι, ὥστε εἰς γραώδεις (35) μύθους καὶ λόγους Ἰουδαϊκούς ἐκτραπήναι. Ἄνωθεν ἐπαγγέλλεται (36) τοῦ ναοῦ τὴν ἀνανέωσιν, καὶ τῆς νομικῆς λατρείας τὴν παρατήρησιν, καὶ πάλιν ἀρχιερέα τυπικὸν μετὰ τὸν ἀληθινὸν ἀρχιερέα, καὶ θυσίαν (37) ὑπὲρ ἁμαρτιῶν μετὰ τὸν ἁμῶν τοῦ Θεοῦ τὸν αἵροντα (38) τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ βαπτίσματα μερικὰ μετὰ τὸ ἐν βάπτισμα, καὶ σποδὸν δαμάλως ῥαντίζουσαν τὴν Ἐκκλησίαν τὴν οὐκ ἔχουσαν διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως σπῖλον ἢ ῥυτίδα, ἣ τι τῶν τοιούτων· καὶ καθαρισμὸν λέπρας μετὰ τὴν ἀπάθειαν τῆς ἀναστάσεως· καὶ ζηλοτυπίας προσφοράν, ὅτε οὔτε φαιμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται· ἄρτοι (39) προθέσεως μετὰ τὸν ἄρτον τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· λύχνοι καιόμενοι μετὰ τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν· καὶ ὅλως εἰ νῦν ὁ νόμος τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι κατήρηται, δῆλον, ὅτι τότε (40) τὰ δόγματα τοῦ Χριστοῦ ἐν τοῖς νομικοῖς ἐντάλμασι ἀκυρωθήσεται. Ἐπὶ τούτοις αἰσχύνη μὲν καὶ ἐντροπὴ ἐκάλυψεν ἡμῶν τὰ πρόσωπα· λύπη δὲ βαρεῖα πεπλήρωκεν ἡμῶν τὰς καρδίας. Διὸ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, ὡς ἐπιστήμονας ἰατροὺς καὶ διδασκαμένους ἐν πραύτητι (41) παιδεύειν τοὺς ἀντιδιθεμένους, πειραθῆναι αὐτὸν ἐπαναγαγεῖν πρὸς τὴν εὐταξίαν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ πείσαι αὐτὸν καταφρονῆσαι τῆς πολυφωνίας τῶν συνταγμάτων

3. Εὐλογον δὲ καὶ περὶ τῶν κατὰ Μάρκελλον ὑπομνήσαι (43) τὴν εὐλάβειαν ὑμῶν, ἵνα μηδὲν ἀπερισκέπτως, μηδ' εὐκόλως περὶ αὐτῶν τυπώσητε. Ἄλλ'

(37) Καὶ θυσίαν. Ita sex mss. codices. Editi καὶ θυσίας.

(38) Τὸν αἵροντα. Ita tres vetustissimi codices. Editi τὸν ἄραυτα.

(39) Ἄρτοι. Sic habent omnes editi et mss., nisi quod in codice ms. insignis Ecclesiæ Paris. legitur ἄρτους et paulo post λύχνους.

(40) Κατήρηται, δῆλον, ὅτι τότε. Ita Regius uterque. Coisl. secundus. Paris. et Bigot. Editi οὐ κατήρηται, δῆλον, ὅτι οὔτε τότε.

(41) Πραύτητι. Harl. et Med. ἐν πραύτητι.

(42) Ἐκφυγεῖν. Coisl. primus διαφυγεῖν. Med. ἐκφεύγειν.

(43) Ὑπομνήσαι. Quatuor codices non antiquissimi ὑπομνησθῆναι.



ἐπειδὴ δόγματων ἕνεκεν ἀσεβῶν ἐξῆλθε τῆς Ἐκκλησίας (44) ἐκεῖνος, τοὺς ἐπομένους αὐτῷ ἀναγκαῖον, ἀναθεματίσαντας ἐκείνην τὴν αἵρεσιν αὐτῷ δεκτοὺς (45) γενέσθαι τῇ κοινωνίᾳ, ἐν ᾧ οἱ ἡμῖν συναπτόμενοι δι' ὑμῶν παρὰ πάσης δεχθῶσι τῆς ἀδελφότητος. Ἐπεὶ νῦν γε οὐ μετρία κατέσχε λύπη τοὺς πολλοὺς, ἀκούσαντας, ὅτι παραγενομένους πρὸς τὴν ὑμετέραν τιμιότητα καὶ προσήκασθε, καὶ κοινωνίας αὐτοῖς ἐκκλησιαστικῆς μετεδώκατε. Καίτοι γε εἰδέναι ὑμᾶς ἔχρη, ὅτι τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι οὔτε κατὰ τὴν Ἀνατολὴν μόνοι ἐστέ, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἔχετε τῆς ἑαυτῶν μερίδος, οἱ τὴν τῶν Πατέρων ἐκδικουσιν ὀρθοδοξίαν, τῶν κατὰ Νίκαιαν τὸ εὐσεβὲς δόγμα τῆς πίστεως ἐκθεμένων· καὶ οἱ τῆς Δύσεως πάντες σύμφωνοι ὑμῖν τε καὶ ἡμῖν τυγχάνουσιν ὧν δεξόμενοι τῆς πίστεως τὸν τόμον ἔχομεν παρ' ἑαυτοῖς, ἐπόμενοι αὐτῶν τῇ ὑγιαίνουσῃ (46) διδασκαλίᾳ. Ἔδει οὖν πάντας πληροφορεῖσθαι τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ συναρείᾳ τυγχάνοντας ὑμῖν, ἵνα καὶ τὰ γινόμενα μᾶλλον βεβαιώθῃ (47) ἐν τῇ πλειόνων συγκαταθέσει, καὶ ἡ εἰρήνη μὴ διεσπᾶτο, ἐν τῇ τινῶν προσλήψει ἐτέρων ἀφισταμένων. Οὕτως οὖν ἦν κέρον βουλευσασθαι ὑμᾶς σιβαρῶς καὶ πράως περὶ πραγμάτων πάσαις ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησιαῖς διαφερόντων. Οὐ γὰρ ὁ ταχύ τι δογματίσας ἐπαινετός, ἀλλ' ὁ παγίως καὶ ἀσαλεύτως ἕκαστα κανονίσας, ὥστε καὶ εἰς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον ἐξεταζομένην τὴν γνώμην δοκιματέραν φαίνεσθαι, οὗτος ἀπόδεκτος καὶ παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ὡς οἰκονομῶν τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει. Ταῦτα, ὅσα ἐδίδοι ἡμῖν ἢ διὰ τοῦ γράμματος ὁμιλία, προσηγορευόμεθα ὑμῶν τὴν εὐλογία. Παράσχοι δὲ ὁ Κύριος καὶ εἰς ταυτὸν ἡμᾶς ἀλλήλοις γενέσθαι ποτέ· ἵνα, πάντα πρὸς καταρτισμὸν τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ μεθ' ὑμῶν οἰκονομήσαντες, μεθ' ὑμῶν δεξώμεθα τὸν μισθὸν τὸν ἡτοιμασμένον παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ τοῖς πιστοῖς καὶ φρονίμοις οἰκονομοῖς. Τέως δὲ νῦν καταξιώσατε ἡμῖν ἀποστεῖλαι τὰς προτάσεις, ἐφ' αἷς ἐδέξασθε τοὺς Μαρκελλου, ἐκεῖνο εἰδοτες, ὅτι κἄν πάνυ τὸ καθ' ἑαυ-

A dogmata exierit ille ex Ecclesia, necesse est illius sectatores, anathematizata illa hæresi, sic ad communionem admitti, ut qui nobis conjuncti per vos fuerint, ab omni recipiantur fraternitate. Nunc enim pluribus non medioeris dolor inflictus, ubi audierunt eos ad vestram præstantiam **411** accedentes, et admissos esse a vobis, et communio- nis ecclesiasticæ factos esse participes. Ac vos quidem par erat intelligere, Dei gratia nec in Oriente solos vos esse, sed et multos habere communicatores, Patrum illorum, qui Nicææ pium fidei dogma exposuerunt, recte fidei defensores; et in Occidente omnes vobiscum ac nobiscum consentire: quorum fidei tomum acceptum apud nos custodimus, et sanam ipsorum doctrinam sequimur. Decebat igitur, omnibus, qui in eadem ac vos communionem sunt, satisfieri, ut res gestæ magis firmentur ex multorum consensu, nec pax scindatur, aliis abscedentibus dum alii admittuntur. Sic igitur decebat concilium a vobis graviter ac leniter iniri de rebus ad omnes orbis terrarum Ecclesias spectantibus. Non enim qui cito aliquid decernit, laudandus est; sed qui firma et immobili norma omnia constituit, adeo ut examinata subsequenti tempore sententia probatior et spectatior fiat, is Deo et hominibus acceptus est, ut qui sermones suos disponat in iudicio <sup>39</sup>. His verbis, quantum per litteras colloqui mihi licuit, pietatem vestram compellavi. Faxit autem Dominus, ut nos mutuo aliquando in unum conveniamus: ut omnia ad Ecclesiarum Dei concinnitatem vobiscum constituentes, vobiscum recipiamus mercedem præparatam a justo iudice fidelibus prudentibusque dispensatoribus! Nunc interim dignemini ad me propositiones mittere, quibus assentientes Marcelli discipulos recepistis; haud illud ignorantes, etiamsi omnino id quod in vobis situm est, sartum tectumque præstetis, non tamen vos rem tanti momenti vobismetipsis attribuere

<sup>39</sup> Psal. cxi, 5.

(44) Ἐξῆλθε τῆς Ἐκκλησίας. Mirum id videtur ac prima specie vix credibile, Marcellum ob impios errores ex Ecclesia exiisse. Nam S. Athanasius suspectum illum quidem, sed tamen purgatum habuit, teste Epiphano, hæres. lxxii, p. 837. Hinc illius discipuli communicatorias beatissimi papæ Athanasii litteras ostenderunt confessoribus Ægyptiis, ibid. pag. 843. Testatur idem Epiphanius varia esse Catholicorum de Marcello iudicia, aliis eum accusantibus, aliis defendentibus, p. 834. Paulinus ejus discipulos sine discrimine recipiebat, ut in superiore epistola vidimus. Ipse Basilius in epist. 69 queritur quod cum Ecclesia Romanâ in communionem ab initio suscepisset. Quomodo ergo exiisse dicitur ex Ecclesia qui tot habuit communicatores? Sed tamen S. Basilius testimonium cum sua sponte magni est momenti (non enim ut in dijudicandis Marcelli scriptis, ita in ejusmodi facto proclive fuit errare), tum etiam hoc argumento confirmatur quod Athanasius extremis vitæ suæ annis Marcellum a communionem sua removerit. Neque enim, si semper cum eo communi-

casset Athanasius, opus habuissent illius discipuli confessione fidei ad impetrandam confessorum Ægyptiorum communionem: nec Petrus Athanasii successor canones violatos, concessa illis communionem, quereretur, ut videmus in epistola sequenti, si Ægyptum inter ac Marcellum ejusque clerum et plebem non fuisset rupta communio. Videtur ergo Marcellus sub finem vitæ aliquid peccasse, quod Anathasium ab ejus communionem discedere cogeret: et cum jamdudum a toto fere Oriente damnatus esset, amissa Athanasii communionem, quæ unicum fere illius refugium erat, desertus ab omnibus videri debuit, nec ei nova ignominia notato prodesse poterat concessa olim a Romana Ecclesia communio.

(45) Οὕτω δεκτοὺς. Has voces addidimus ex octo mss.

(46) Τῇ ὑγιαίνουσῃ. Ita tres vetustissimi codices. Editi τῇ ὑγιεινῇ.

(47) Βεβαιώθη. Ita Parl. et Med. Editi ἐβεβαιώθη. Ibidem editi ἐν τῇ τῶν πολλῶν et διέσπαστο. Tres vetustissimi codices ut in textu.



solis debere; sed oportere, ut et Occidentales, et A qui in Oriente sunt communicatores, restitutioni eorum consentiant.

## EPISTOLA CCLXVI\*.

*Fatetur Basilius minus recte a se factum, quod non scripserit ad Petrum de iis quæ egerant confesso- res; cæterum ita assuetum se esse iis, quæ non solum ab Arianis, sed etiam ab unanimibus suis molesta sibi accidunt, ut ejusmodi rebus nec commotus fuerit, nec nuntiandus Petro duxerit. Sed tamen se ad confessores scripsisse, eosque hortatum esse, ut mali remedium ab iis expectent, quibus hæc curare convenit. Laudat hæc in re constantiam Petri et studium canonum: sequæ ait eodem studio adductum fuisse, ut nihil hactenus Galatis responderet, quia Petri judicium expectabat; sed tamen eos sperat ad Ecclesiam ita adductum iri, ut ipsi ad Catholicos, non ad eos Catholici accessisse videantur. Dolet quod Dorotheus Petrum minus leniter allocutus fuerit; sed indigne factum esse demonstrat, ut Meletius et Eusebius inter hæreticos coram Damaso et Petro numerarentur. Præterita oblivioni tradenda censet; plurimi enim interesse, ut nunc maxime pax servetur.*

*Petro, episcopo Alexandriæ.*

1. Recte me reprehendisti, et ut decebat fratrem B spiritualem, dilectionem veram a Domino edoctum quod non te de omnibus quæ hic geruntur, sive parvis sive magnis, certiolem facimus. Nam et tibi convenit nostra curare, et nobis ad tuam charitatem de rebus nostris referre. Sed noveris, frater nobis colendissime atque desideratissime, continuas illas ærumnas vehementemque illum tumultum, **412** quo nunc exagitantur Ecclesiæ, id efficere, ut nihil ex his quæ fiunt, novum nobis videatur. Quemadmodum enim ii, quorum aures in officinis ærariis obtunduntur, ad sonos audiendos exercitati sunt: ita nos assiduitate absurdorum nuntiorum assuefacti jam sumus, ut animum imperturbatum habeamus et interritum ad casus inopinatos. Quæ quidem ab Arianis jampridem in Ecclesiis struuntur, et si multa et magna et per totum divulgata terrarum orbem; sunt tamen nobis tolerabilia, eo quod a manifestis inimicis ac veritatis doctrinæ hostibus fiant: quos quidem, cum consuetudo non faciunt, tunc miramur, minime vero, cum magni aliquid aut temerarii contra pietatem moliantur. Sed mœrorem nobis ac perturbationem afferunt, quæ ab unanimibus et idem sentientibus fiunt. Attamen et hæc ipsa, propterea quod multa sunt, ac frequenter incidunt in nostras aures, ne inexpectata quidem videntur. Quamobrem nec commoti sumus ob ea quæ nuper præter ordinem gesta sunt, nec aures tuas obtudimus; partim quidem cum sciremus famam sua sponte res gestas perlaturam, partim expectantes, dum alii has molestias nuntiarent: postremo decorum esse non D judicantes, ut ob talia indignaremur, quasi contemptos nos esse ægre ferremus. His tamen qui hæc fecerunt scripsimus quæ conveniebant, adhortantes

\* Alias CCCXXI. Scripta anno 377.

(48) Πέτρον, etc. In codicibus melioris notæ legitur τῷ αὐτῷ, quia scilicet præcessit alia ad eundem Petrum epistola: ejus titulum hic apposimus. In editis autem habetur argumentum quoddam totius epistolæ, quod ex tribus codicibus mss. emendatum proferimus: Τῷ αὐτῷ, ἀπολογία καθ- ἀψαμένῳ, διότι μὴ ἐσήμενεν αὐτῷ τὰ κινούμενα, καὶ εἴπερ ἀνάσχοιτο αὐτοῦ, οἱ κατὰ Μάρκελλον ἐνοῦνται πρὸς αὐτόν, καὶ μαρτυρία τῆς ὀρθοδοξίας Μελετίου καὶ Εὐσεβίου τῶν ἐπισκόπων. *Eidem, responsio ad illius querelas, quod non ei Basilius significasset ea*

τοὺς ἀσφαλίσθηθε, μόνοις ἑαυτοῖς ἐπιτρέψαι πράγμα τοσοῦτον οὐκ ὀφείλετε, ἀλλὰ χρῆ καὶ τοὺς ἐν τῇ Δύσει, καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἀνατολήν κοινωικοῦς, συμψήρους αὐτῶν τῇ ἀποκαταστάσει γενέσθαι.

## EPISTOLA ΣΞΣ'.

Πέτρῳ (48), ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας.

1. Καλῶς μου καθήψω καὶ προπόντως πνευματικῶ ἀδελφῶ, ἀληθινὴν ἀγάπην παρὰ τοῦ Κυρίου δεδι- δαγμένῳ, ὅτι σοι μὴ πάντα καὶ μικρὰ καὶ μεῖζον φανερά ποιῶμεν τῶν τῆδε. Καὶ γὰρ ἐπιβάλλει καὶ σοὶ φροντίζειν τῶν καθ' ἡμᾶς, καὶ ἡμῖν τῇ σῇ ἀγά- πῃ ἀναφέρειν τὰ ἡμέτερα. Ἀλλὰ γίνωσκε, τιμιώτατε ἡμῖν καὶ ποθεινότατε ἀδελφε, ὅτι τὸ συνεχὲς τῶν θλίψεων, καὶ ὁ πολὺς οὗτος ὁ κλονος ὁ νῦν σαλεύων τὰς Ἐκκλησίας, πρὸς οὐδὲν ἡμᾶς ξενίζεσθαι τῶν γινομένων ποιεῖ. Ὡς γὰρ οἱ ἐν τοῖς χαλκείοις τὰς ἀκοάς κατακτυπούμενοι (49) ἐν μελέτῃ εἰσι τῶν ψόφων, οὕτως ἡμεῖς τῇ πυκνότητι τῶν ἀτόπων ἀγγελῶν εἰθίσθημεν λοιπὸν ἀτάραχον ἔχειν καὶ ἀπτόητον τὴν καρδίαν πρὸς τὰ παράλογα. Τὰ μὲν οὖν παρὰ τῶν Ἀρειανῶν ἐκ παλαιοῦ (50) κατὰ τῆς Ἐκκλησίας σκευωρούμενα, εἰ καὶ πολλὰ καὶ μεγά- λα, καὶ κατὰ πᾶσαν διαβεβοημένα τὴν οἰκουμένην, ἀλλ' οὖν φορητὰ ἡμῖν ἐστι, διὰ τὸ παρὰ φανερῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας γίνε- σθαι· οὗς, ὅταν μὴ ποιήσωσι τὰ συνήθη, θαυμάζο- μεν· οὐχ ὅταν μέγα τι καὶ νεανικὸν κατὰ τῆς εὐσ- θείας τολμήσωσι. Δυπεῖ δὲ ἡμᾶς καὶ ταρασσει τὰ παρὰ τῶν ὁμοψύχων καὶ ὁμοδόξων γινόμενα. Ἀλλ' ὁμως καὶ ταῦτα, διὸ τὰ πολλὰ εἶναι, καὶ συνεχῶς ἐμπίπτειν ἡμῶν ταῖς ἀκοαῖς, οὐδὲ ταῦτα παράδοξα καταφαίνεται. Ὅθεν οὔτε ἐκινήθημεν ἐπὶ τοῖς πρώην γινομένοις ἀτάκτως, οὔτε τὰς σὰς διωχθήσασιν ἀκοάς· τοῦτο μὲν εἰδότες, ὅτι φήμη διακομίσαι αὐτὸ μάτως (51) τὰ πεπραγμένα, τοῦτο δὲ ἀναμένοντες, ἐτέρους ἀγγέλους τῶν λυπηρῶν γενέσθαι· ἐπειτα οὔτε κρίναντες εὐλογον εἶναι ἡμᾶς ἀγκαλακτεῖν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ὡσπερ δυσχεραίνοντας διὰ τί παρ- ὤφθημεν. Αὐτοῖς μέντοι τοῖς ταῦτα ποιήσασιν ἐπ- εστείλαμεν τὰ πρέποντα, παρακαλοῦντες αὐτούς, ἐπειδὴ τινὰ διχόνοιαν ἔπαθον οἱ ἐκεῖ ἀδελφοί, τῆς

*quæ movebantur: secum conjunctum iri Marcel- lianos, si se patienter audiunt. Item testimonia de recta fide Meletii et Eusebii episcoporum.*

(49) Κατακτυπούμενοι. Ita omnes mss. Editi κατακτυπόμενοι.

(50) Ἐκ παλαιοῦ. Ita tres vetustissimi codices. Editi ἐκ παλαι. Paulo post Coisl. primus et Harl. βεβοημένα.

(51) Αὐτόματως. Ita Coisl. uterque, Harl., Regius secundus et Paris. Editi αὐτόματος. Paulo post Coisl. primus κρίνοντες.



μὲν ἀγάπης μὴ ἀποστῆναι, τὴν δὲ διόρθωσιν ἀναμέ-  
νειν παρὰ τῶν δυναμένων ἐκκλησιαστικῶς ἰατρεύειν  
τὰ πταίσματα. Ὅπερ ἐπειδὴ ἐποίησας, καλῶς καὶ  
προσηκόντως κινήθεις, ἐπηνέσαμέν σε, καὶ εὐχαρι-  
στήσαμεν (52) τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἐστὶ λείψανον τῆς  
παλαιᾶς εὐταξίας (53) σωζόμενον παρὰ σοὶ καὶ ἡ  
Ἐκκλησία τὴν ἐαυτῆς ἰσχύον οὐκ ἀπώλεσεν ἐν τῷ  
ἡμετέρῳ διωγμῷ. Οὐ γὰρ μεθ' ἡμῶν ἐδιώχθησαν  
καὶ οἱ κανόνες. Πολλὰκις οὖν ὄχληθεις παρὰ τῶν  
Γαλατῶν, οὐδέποτε ἠδυνήθη αὐτοῖς ἀποκρίνασθαι,  
ἀναμένων τὰς ὑμετέρας ἐπικρίσεις. Καὶ νῦν, ἐὰν ὁ  
Κύριος θῷ, καὶ θελήσωσιν ἀνασχέσθαι ἡμῶν, ἐλπίζομεν  
τὸν λαὸν προσάξειν τῇ Ἐκκλησίᾳ ὡς μὴ αὐ-  
τοὺς ἡμᾶς ὀνειδίζεσθαι Μαρκελλιανοῖς προσκεχωρη-  
κέναι (54), ἀλλ' ἐκείνους μέλη γενέσθαι τοῦ σώματος  
τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ ὥστε τὸν πονηρὸν ψό-  
γον, τὸν κατασκευασθέντα ἐκ τῆς αἰρέσεως, ἐνοφρα-  
μισθῆναι τῇ ἡμετέρᾳ προσλήψει, καὶ μὴ ἡμᾶς κατ-  
αίσιχυνθῆναι ὡς προσθεμένους αὐτοῖς.

2. Ἐλύπησε δὲ ἡμᾶς ὁ ἀδελφὸς Δωρόθεος, ὡς αὐ-  
τὸς ἐπέστειλας, μὴ πάντα προσηνῶς, μηδὲ πρῶως  
διαλεχθεὶς τῇ κοσμιότητί σου. Καὶ τοῦτο τῇ τῶν  
καιρῶν λογιζομαι (55) δυσκολία. Ἐοίκαμεν γὰρ εἰς  
μηδὲν εὐδοοῦσθαι ὑπὸ τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν, εἴπερ  
οἱ σπουδαιότατοι τῶν ἀδελφῶν οὐχ εὑρίσκονται προση-  
νεῖς, οὐδὲ εὐθετοὶ ταῖς διακονίαις, τῷ μὴ πάντα  
κατὰ γνώμην ἡμετέραν ἐπιτελεῖν (56). Ὃς ἐπανελ-  
θὼν διηγήσατο ἡμῖν τὰς ἐπὶ τοῦ σεμνοτάτου ἐπι-  
σκόπου Δαμάσου πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα γενομένας  
αὐτῷ διαλέξεις, καὶ ἐλύπει ἡμᾶς λέγων τοῖς Ἀρειο-  
μανίταις συγκατηριθμηθῆσθαι (57) τοὺς θεοφιλεστάτους  
ἀδελφοὺς ἡμῶν τοὺς συλλειτουργοὺς Μελέτιον καὶ  
Εὐσέβιον. Ὡς εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο συνίστη τὴν ὀρθο-  
δοξίαν, ὁ γοῦν παρὰ τῶν Ἀρειανῶν πόλεμος ἀπόδει-  
ξιν ἔχει ὀρθότητος οὐκ ὀλίγην τοῖς εὐγνωμόνως λογι-  
ζομένοις. Τὴν δὲ σὴν εὐλάβειαν συνάπτειν αὐτοῖς εἰς  
ἀγάπην ὀφείλει καὶ ἡ κοινωνία τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ  
παθημάτων. Ἐκεῖνο δὲ πέπεισο, ὡς ἀληθῶς τιμιώ-  
τατε, ὅτι οὐκ ἐστὶ τι ῥῆμα ὀρθοδοξίας, ὃ μὴ μετὰ  
πάσης παρόρησίας παρὰ τῶν (58) ἀνδρῶν τούτων  
ἐκηρύχθη ὑπὸ Θεῷ μάρτυρι καὶ ἀκροαταῖς ἡμῖν.  
Οἱ οὐδ' ἂν πρὸς ὦραν αὐτῶν ἐθεξάμεθα τὴν συν-

(52) Εὐχαριστήσαμεν. Sic Harl. et Coisl. pri-  
mus. Editi εὐχαριστήσαμεν. Ibidem editi ὅτι ἐστὶ τι  
λείψανον. Deest vocula in iisdem duobus mss.

(53) Εὐταξίας. Editi addunt ἐκείνης, quod nullo  
in codice ms. reperitur.

(54) Προσκεχωρηκέναι. Codex Medicæus παρα-  
κεχωρηκέναι.

(55) Λογιζομαι. Coisl. primus et Med. λογιζόμεθα.

(56) Ἡμετέραν ἐπιτελεῖν. Harl. et Med. ὑμετέ-  
ραν ἐπιστέλλειν.

(57) Συγκατηριθμηθῆσθαι. Hæc scriptura antiquis-  
simi codicis Coisl. videtur præferenda vulgatæ συγ-  
καταριθμῆσθαι. Vix credibile est tam iniquum ser-  
monem ex ore Petri Alexandrini emissum fuisse.  
Sed tamen Basilii querelæ non alium petere viden-  
tur quam vis leniter rem insinuet et cum urbanis-  
sima quadam circuntione. At enim sibi narrasse  
Dorotheum quos cum Petro sermones coram Da-  
maso habuisset, seque addit vehementer doluisse,  
cum is diceret Meletium et Eusebium numeratos in

A eos, quia dissensio aliqua inter fratres, qui illic  
sunt, intercesserat, ut a charitate quidem non  
discedant, ab iis autem qui ecclesiastico jure erratis  
mederi possunt, expectent emendationem.  
Quod cum præstiteris præclaro ac convenienti con-  
silio, laudavi te, ac Domino egi gratias, quod ali-  
quæ veteris disciplinæ reliquæ apud te serventur,  
nec Ecclesia suum ipsius robur in nostra persecu-  
tione amiserit. Non enim nobiscum persecutionem  
passi sunt et canones. Itaque sæpe a Galatis im-  
portune rogatus, nondum illis potui respondere,  
vestrum exspectans iudicium. Et nunc si Deus de-  
derit nobisque patientem aurem præbeant, spe-  
ramus nos populum ad Ecclesiam adducturos, ita  
ut non ipsis nobis exprobretur nos ad Marcellia-  
nos accessisse, sed illi membra corporis Eccle-  
siæ Christi fiant: et malum dedecus, quod ex  
hæresi aspersum est, nostra suscipiendi ratione  
deleatur, nec nobis opprobrium inuratur ut ad  
illos translatis.

2. Nos autem in tristitiam conjecit frater Doro-  
theus, quod, ut ipse scripsisti, omnia leniter  
et mansuete dixerit dignitati tuæ. Atque id equi-  
dem temporum attribuo difficultati. Videor enim  
mihi nulla in re ob mea peccata prosperos habere  
successus: siquidem fratrum optimi non compe-  
riuntur lenes, neque ab obeunda munera idonei,  
eo quod ex mea sententia non omnia peragunt. Is  
reversus mihi narravit quos coram Damaso epi-  
scopo reverendissimo cum tua præstantia sermones  
C 413 habuisset: ac dolorem mihi afferebat cum  
diceret numeratos in Arianis fuisse religiosissi-  
mos fratres comministros nostros Meletium et Eu-  
sebium. Quorum rectam doctrinam etiamsi nihil  
aliud commendaret, saltem illatum ab Arianis bel-  
lum non exile rectæ fidei indicium apud æquos re-  
rum æstimatores haberet. Tuam autem pietatem  
conjungere cum illis ad charitatem debet ipsa  
etiam ærumnarum pro Christo toleratarum socie-  
tas. Persuasum autem sit tibi, vir certe reveren-  
dissime, nullum rectæ doctrinæ verbum esse, quod  
ab his viris cum omni libertate non fuerit prædi-  
catum, Deo teste et audientibus nobis. Qui profe-

Arianis fuisse. Non alius ergo collocutus est cum  
Dorotheo, nec alius Meletium et Eusebium tam in-  
honeste appellavit. His adde adhibitam a Basilio  
operam, ut eximium illud par episcoporum apud  
Petrum Alexandrinum purget. Demonstrat eum  
vel ob solam persecutionis societatem conjungi  
cum illis viris debuisse; præterita libenter oblivioni  
tradit, modo deinceps initium aliquod pacificum ins-  
tituatur. Hæc profecto probant iniquum illud de  
Meletio et Eusebio iudicium, quod Basilio tantum  
inussit doloris, a Petro profectum esse. Mirum id  
de tanto viro ac luctuosum: sed inde perspicitur  
quid peccent studia partium. Videntur enim hanc  
Petro opinionem injecisse calidiores Paulini asti-  
pulatores. Non æquior fuit in Meletium Hierony-  
mus, ut patet ex ejus epistola ad Damasum papam.

(58) Παρὰ τῶν. Ita tres vetustissimi codices cum  
pluribus aliis. Editi ὑπὸ τῶν. Paulo post quatuor  
mss. recentiores ἐπεθεξάμεθα.



cto ne ad horam quidem admissemus eorum communionem, si illos in fide claudicantes deprehendissemus. Sed, si videbitur, omittamus præterita, futuris autem initium aliquod demus pacificum. Nam nobis invicem indigemus omnes secundum membrorum societatem, et maxime præsentis tempore, quo Orientis Ecclesiæ ad nos respiciunt, ac vestra quidem illis concordia roboris et firmitatis erit occasio; sed si vos sentiant mutua aliqua suspicione laborare, solventur ac manus remittent, quominus obsistant fidei hostibus.

## EPISTOLA CCLXVII\*.

*Basiliius gravi corporis infirmitate, quominus Barsam invisat, et Ecclesiarum cura detentus, desiderio suo per litteras satisfacit, eumque rogat ut pro se et pro Ecclesia oret; jam se ad eum scripsisse declarat, et quædam mittit munuscula.*

*Barsæ, episcopo Edessæ, exsulanti.*

Equidem pro mea in tuam pietatem animi affectione exoptarem coram adesse, et veram tuam dilectionem per me ipse amplecti, ac Dominum glorificare, qui in te magnificatus est, ac venerandam tuam senectutem omnibus Dominum in terrarum orbe timentibus illustrem ac conspicuam præstitit. Sed quia et gravis corporis infirmitas me afflicta, et Ecclesiarum cura non enarrabilis mihi incumbit nec in mea situm est potestate, ut quo velim proficiscar, et congregiar quibuscum cupio; per litteras lenio meum bonis, quæ in te sunt, perfruendi desiderium ac eximiam tuam pietatem adhortor, ut pro meae Ecclesia preceris, ut Dominus det nobis sine offensione decurrere reliquos dies aut horas peregrinationis nostræ, ac præstet etiam, ut videamus pacem Ecclesiarum ipsius, et tum de reliquis tuis comministris ac commilitonibus audiamus ea quæ precamur, tum de teipso, quæ die ac nocte populi tibi subditi efflagitant a Domino justitiæ. Scito autem me **414** non sæpe quidem scripsisse, nec quoties par fuerat, sed tamen scripsisse ad tuam pietatem. Ac forte non potuerunt servare salutationes meas, qui ministerium litterarum susceperant fratres. Sed nunc cum copia sit mihi quorundam e nostris ad tuam præstantiam proficiscentium, et litteras eis commisi libenter, et misi nonnulla, quæ dignare a mea humilitate suscipere sine fastidio, ac mihi exemplo Isaac patriarchæ benedicere <sup>40</sup>. Quod si quid etiam ut occupati animumque curarum multitudine obrutum habentes, decori negleximus, mihi ne imputaveris, neque afficiaris tristitia: sed tuam in omnibus perfectionem imitare: ut et nos virtute tua perfruamur, quemadmodum et reliqui omnes. Sa-

<sup>40</sup> Gen. xxvii, 27.

\* Alias CCCXXVII. Scripta videtur anno 377 exeunte, aut 378 ineunte.

(59) Πρὸς ἡμᾶς. Harl., Coisl. primus, Regius primus, Paris. et Bigot. πρὸς ἡμᾶς. Infra Reg. secundus et Coisl. secundus τὴν ἡμετέραν, εἰ αἰσθωνται ἡμᾶς.

A ἀφειαν, εἰ σκάζοντας αὐτοὺς περὶ τὴν πίστιν εὐρομεν. Ἄλλὰ, εἰ δοκεῖ, τὰ παρελθόντα ἐάσωμεν, τοῖς δὲ ἐφεξῆς ἀρχὴν τινα δώμεν εἰρηνικὴν. Χρήσομεν γὰρ ἀλλήλων πάντες κατὰ τὴν τῶν μελῶν κοινωνίαν, καὶ μάλιστα νῦν, ὅτε αἱ τῆς Ἀνατολῆς Ἐκκλησίαι πρὸς ἡμᾶς (59) ἀποβλέπουσι, καὶ τὴν μὲν ὑμετέραν ὁμοιοικον ἀφορομὴν εἰς στρηγιμὸν καὶ βεβαιότητα λήφονται· ἐὰν δὲ αἰσθωνται ὑμᾶς ἐν ὑποψίᾳ τινὶ πρὸς ἀλλήλους εἶναι, ἐκλυθήσονται καὶ παρήσουσιν ἑαυτῶν τὰς χεῖρας, πρὸς τὸ μὴ ἀνταίρειν τοῖς πολεμίοις τῆς πίστεως.

## EPISTOLA ΣΕΖ'.

B Βάρσῃ, ἐπισκόπῳ Ἐδέσσης, ἐν ἐξορίᾳ ὄντι.

Ἐγὼ τῆς διαθέσεως μὲν ἕνεκεν, ἧς ἔχω περὶ τὴν σὴν θεοσεβείαν, ἐπεθύμουν αὐτὸς παραγενέσθαι, καὶ δι' ἑμαυτοῦ περιπτύξασθαι σου τὴν ἀληθινὴν ἀγάπην, καὶ δοξάσαι τὸν Κύριον τὸν ἐν σοὶ μεγαλυθέντα, καὶ τὸ τίμιόν σου γῆρας περιφανές κατακτήσαντα πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκουμένῃ φοβουμένοις αὐτόν· ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀσθένεια τοῦ σώματος βάρεια καταπονεῖ με, καὶ φροντὶς Ἐκκλησιῶν ἐπίκειται μοι ἀμύθητος, καὶ οὐκ εἰμί ἑμαυτοῦ κύριος πρὸς τὸ ἀποδημεῖν ὅπου βουλομαι, καὶ συντυγχάνειν οἷς ἐπιθυμῶ, διὰ τοῦ γράμματος ἀναπαύει τὸν πόθον ὃν ἔχω ἐπὶ τῇ ἀπολαύσει τῶν ἐν σοὶ καλῶν, καὶ παρακαλῶ τὴν ἀνυπερόβλητόν σου εὐλάβειαν εὐχεσθαι ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας, ἵνα ὁ Κύριος δῶ ἡμῖν ἀπροσκόπως C παρελθεῖν τὰς λυπούμενας ἡμέρας ἢ ὥρας τῆς παρεπιδημίας ἡμῶν· παράσχοι δὲ ἡμῖν καὶ ἰδεῖν τὴν εἰρήνην τῶν Ἐκκλησιῶν αὐτοῦ, καὶ ἀκοῦσαι περὶ τε τῶν λοιπῶν συλλειτουργῶν σου καὶ τῶν συναθλητῶν ἃ εὐχόμεθα, καὶ περὶ σου αὐτοῦ, ἃ νυκτός (60) καὶ ἡμέρας οἱ ὑπὸ σέ λαοὶ ζητοῦσι παρὰ τοῦ Κυρίου τῆς δικαιοσύνης. Γίνωσκε δὲ, ὅτι πολλάκις μὲν οὐκ ἐπεστείλαμεν, οὐδὲ ὅσάκις ὀφειλόμενον ἦν, ἐπεστείλαμεν δὲ ὁμῶς τῇ θεοσεβείᾳ σου. Καὶ τάχα οὐκ ἠδυνήθησαν διασῶσαι τὰς προσηγορίας ἡμῶν οἱ πιστευθέντες τὴν διακονίαν τῶν γραμμάτων ἀδελφοί. Ἄλλὰ νῦν, ἐπειδὴ ἐπετύχομεν ἡμετέρων τῶν ὁδοιπορούντων πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα, καὶ τὰ γράμματα αὐτοῖς ἐνεχειρίσαμεν προθύμως, καὶ ἀπεστείλαμεν (61) τινα, ἃ καταξίωσον ὑποδέξασθαι παρὰ τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως ἀνυπερηφάνως, καὶ εὐλογῆσαι ἡμᾶς κατὰ μίμησιν τοῦ πατριάρχου Ἰσαάκ. Εἰ δὲ τι, καὶ ὡς ἀσχολούμενοι, καὶ ὑπὸ πλήθους φροντιδῶν τὸν νοῦν βαπτιζόμενοι ἔχοντες, παρείδομεν τῶν πρεπόντων, μὴ λογίσῃ ἡμῖν, μηδὲ λυπηθῆς·

(60) Ἄ νυκτός. Editi ἃ καὶ νυκτός. Deest conjunctio in plerisque mss. Paulo ante Coisl. primus ἀθλητῶν.

(61) Ἄπεστείλαμεν. Quinque codices ἐπεστείλαμεν. Quatuor ἐπέστελαμεν. Mox codex Medicæus δέξασθαι.



ἀλλὰ μίμησαι τὴν σεαυτοῦ ἐν πᾶσι τελειότητα, ἵνα καὶ A nus, in Domino lætus, ac pro me orans, conceda-  
 ἡμεῖς ἀπολαύσωμέν σου τῆς ἀρετῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ris mihi et Dei Ecclesiæ.

πάντες. Ἐρρωμένος εὐθυμος (62) ἐν Κυρίῳ, ὑπερευχόμενός μου, χαρισθείης μοι καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΞΗ.

EPISTOLA CCLXVIII\*.

*Eusebio mirabiliter servato gratulatur, ejusque reditum sperat Ecclesiarum precibus concessum iri. De rebus illius ex Libanio diacono edoctus, cætera scire avet, aut citius, aut saltem per Paulum presbyterum, cum redibit. Nihil ei in manus tradere ausus est; eo quod viæ latronibus et desertoribus planæ sint. Exercitus adventu nuntiato sperat modicam tranquillitatem; tumque mittet aliquem e suis ad Eusebium.*

Εὐσεβίῳ ἐν ἐξορίᾳ ὄντι.

*Eusebio exsuli.*

Ἐδειξε καὶ ἐφ' ἡμῶν ὁ Κύριος, ὅτι οὐκ ἐγκατα-  
 λείπει τοὺς ὀσίους αὐτοῦ, τῇ μεγάλῃ καὶ κραταιᾷ  
 χειρὶ αὐτοῦ περισκεπάσας τὴν ζωὴν τῆς ὀσιότητός  
 σου. Σχεδὸν γὰρ παραπλήσιον τοῦτο τιθέμεθα τῷ ἐν  
 κοιλίᾳ κήτους ἀπαθῆ διαμεῖναι τὸν ἅγιον, καὶ ἐν  
 πυρὶ λάβρῳ ἀβλαβῶς διαιτᾶσθαι τοὺς φοβουμένους  
 τὸν Κύριον· ὅπου γε καὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν παντα-  
 χόθεν ὑμῖν, ὡς ἀκούω, τοῦ πολέμου περιχυθέντος, B  
 ἀβλαβῆ διεφύλαξε. Καὶ φυλάξειέ γε (63) πρὸς τὸ ἐξῆς  
 ὁ δυνατὸς Θεὸς ἡμῖν, ἐὰν ἔτι ζῶμεν (64), τὸ πολύευ-  
 κτον θέαμα· ἢ τοῖς γούν ἄλλοις, οἳ σὴν ἐπάνοδον  
 οὕτως ἀναμένουσιν, ὡς οἰκείαν ἑαυτῶν σωτηρίαν.  
 Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι τοῖς δάκρυσιν τῶν Ἐκκλησιῶν,  
 καὶ τοῖς στεναγμοῖς οἷς ἐπὶ σοὶ (65) πάντες στενά-  
 ζουσι προσχῶν ὁ φιλόνητος, διαφυλάξει σε τῷ βίῳ,  
 ἕως ἂν δῶ τὴν χάριν τοῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας δεομέ-  
 νοις αὐτοῦ. Τὰ μὲν οὖν μέχρι τῆς ἐπιδημίας τοῦ  
 ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Λιβανίου τοῦ συνδιακόνου  
 πεπραγμένα καθ' ὑμῶν (66) δι' αὐτοῦ κατὰ τὴν  
 πάροδον ἱκανῶς ἐδιδάχθημεν· τὰ δὲ ἀπ' ἐκείνου τοῦ  
 χρόνου δεόμεθα μαθεῖν. Μείζονα γὰρ ἐν τῷ μεταξὺ  
 καὶ χαλεπώτερα ἀκούομεν γεγενῆσθαι πάθη περὶ τοὺς  
 τόπους (67)· ἅπερ, ἐὰν μὲν ἦ δυνατόν, καὶ θάττον (68),  
 εἰ δὲ μὴ, διὰ γούν τοῦ εὐλαβεστάτου ἀδελφοῦ Παύλου  
 τοῦ συμπρεσβυτέρου ἐπανιόντος μάθοιμεν, ὡς εὐχό-  
 μεθα, ὅτι ἀβλαβῆς καὶ ἀνεπηρέαστος ὑμῶν φυλάττεται  
 ἡ ζωὴ. Διὰ δὲ τὸ ἀκοῦσαι πάντα ληστῶν καὶ δησερ-  
 τῶρων (69) πεπληρῶσθαι τὰ τῆς ὁδοῦ, ἐφοβήθημέν τι  
 εἰς χεῖρας ἐμβαλεῖν τοῦ ἀδελφοῦ, μὴ καὶ αὐτῷ (70)  
 παραίτιοι θανάτου γενώμεθα. Ἐὰν δὲ δῶ ὁ Κύριος  
 μετρίαν γαλήνην, ὡς ἀκούομεν τοῦ στρατοπέδου τὴν  
 πάροδον, σπουδάσομεν μαὶ τῶν ἡμετέρων ἐκπέμψαι  
 τινὰ, τὸν ἐπισκεψόμενον καὶ ἕκαστα ἡμῖν τῶν παρ'  
 ὑμῖν (71) ἀναγγέλλοντα.

(62) Εὐθυμος. Editi καὶ εὐθυμος. Daest conjun- D  
 ctio in plerisque mss.

(63) Πανταχόθεν... φυλάξειέ γε. Ita veteres libri  
 summo consensu. Editi πανταχόσε, et paulo post  
 διαφυλάξειέ γε.

(64) Ἐτι ζῶμεν. Ita tres vetustissimi codices cum  
 pluribus aliis. Editi ἐπιζῶμεν.

(65) Οἷς ἐπὶ σοί. Plerique mss. οὗς ἐπὶ σοί. Har-  
 læanus et Medicæus consentiunt cum editis.

(66) Καθ' ὑμῶν. Multi codices καθ' ὑμᾶς.

(67) Γεγενῆσθαι πάθη περὶ τοὺς τόπους. Ita  
 Harl., Coisl. uterque, Vat. et Reg. secundus et ve-  
 tustæ editiones. Parisiensis γίνεσθαι πάθη περὶ  
 ἐκείνους τοὺς τόπους.

(68) Καὶ θάττον. Conjunctio addita ex quinque  
 melioris notæ. Sic etiam eosdem secuti muta-  
 vimus quod infra legebatur in editis διαφυλάττονται  
 ὑμῶν.

Docuit nostra etiam ætate Dominus, sanctos suos  
 a se non deseri, dum magna et potenti manu sua  
 vitam sanctitatis tuæ protexit. Fere enim simile id  
 ducimus ac in ventre ceti illæsum permanere san-  
 ctum, et in vehementi flamma citra damnum ver-  
 sari homines Dominum timentes; quandoquidem  
 pietatem tuam bello undique, ut audio, vos cir-  
 cumstante, incolumem servavit. Et utinam servet  
 omnipotens Deus nobis, si vixerimus, prooptandum  
 spectaculum, aut saltem aliis, qui tuum reditum  
 perinde expectant ut suam ipsorum salutem! Nam  
 futurum mihi persuadeo, ut Ecclesiarum lacrymis  
 et gemitibus, quos tua causa omnes effundunt, at-  
 tentus misericors Deus incolumem te custodiat,  
 donec annuat iis, qui eum noctu ac interdium pre-  
 cantur. Equidem quæ usque ad dilecti fratris no-  
 stris Libanii condiaconi adventum contra vos acta  
 sunt. satis ex ipso transeunte edocti sumus: quæ  
 vero ab illo tempore contigerunt, discere cupi-  
 mus. Majora enim interjecto tempore et graviora  
 audimus mala istis evenisse: quæ quidem, si fieri  
 possit, etiam citius, sin minus, saltem per religio-  
 sissimum fratrem Paulum compresbyterum, cum  
 revertetur, discamus ita esse, ut precamur, nempe  
 vitam tuam incolumem et illæsam custodiri. Quo-  
 niam autem audivimus cunctas prædonibus ac de-  
 sertoribus refertas esse vias, veriti **415** su-  
 mus quidquam in fratris manus tradere, ne ei etiam  
 mortis causa simus. Quod si dederit Dominus mo-  
 dicam tranquillitatem (siquidem exercitus audi-  
 mus adventum), curabimus et nostrorum aliquem  
 mittere, qui vos invisat, et singula quæ ad vos  
 spectant, nobis nuntiet,

(69) Καὶ δησερτῶρων. Ita codex Vaticanus in duo-  
 bus locis; bis enim hæc epistola in eodem codice  
 reperitur. Sic etiam codex Claromontanus. Regius  
 primus δησερτῶρων· secundus δισερτῶρων. Coisl.  
 primus δισερτῶρων· secundus δισερτέρων. Medicæus  
 δυσερτῶρων secunda manu; at prima scriptum fuisse  
 δεσερτῶρων, conjicit doctissimus Salvinus. Harlæa-  
 nus nunc habet ut editi διακτῶρων, at olim videtur  
 habuisse δισερτῶρων. Non dubium est quin legen-  
 dum sit δισερτῶρων, vel δεσερτῶρων, cum constet  
 tunc Thraciam, ubi exsulabat Eusebius, gravissimo  
 bello arsisse.

(70) Καὶ αὐτῷ. Conjunctio addita ex sex mss.

(71) Παρ' ὑμῖν. Consentiant in hac voce libri  
 veteres. Editi παρ' ὑμῶν. Ibidem Coisl. secundus et  
 Reg. secundus τὸν καὶ ἐπισκεψόμενον καὶ ἀγγελοῦντα.  
 Alias IX. Scripta anno 378.



## EPISTOLA CLXIX\*

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΞΘ.

*Arinthæi mortui uxorem consolatur Basilius, eique auctor est, ut et rerum humanarum conditionis memor, et mariti tum in hac vita splendorem considerans, tum etiam in altera felicitatem ob susceptum uxoris opera et consilio baptismum, et ad promissam patientiæ mercedem respiciens, dolori modum imponat.*

*Ad conjugem Arinthæi ducis consolatoria.*

1. Consentaneum quidem erat et debitum animi tui statui, ut ipse coram adessem et eorum quæ acciderant particeps fierem. Sic enim et dolorem meum lenissem, et apud tuam dignitatem consolationis officium implevissem. Sed quia non jam fert amplius corpus meum longiores motus, eo redactus sum ut tecum per litteras colloquar, ne omnino videar aliena existimare quæ acciderunt. Quis ergo virum illum gemitu non prosecutus est? quis adeo corde lapideo, ut ipsius causa ferventes lacrymas non profunderet? Me vero tristitia singulari implevit tum honores, quos mihi privatim habuit, considerantem, tum commune Ecclesiarum Dei patrocinium. Sed tamen mihi in mentem venit illum cum homo esset ac convenienti in hac vita munere esset perfunctus, congruis temporibus rursus a Deo rerum nostrarum moderatore assumptum fuisse. Quæ quidem ut tua etiam prudentia considerans, casum animo æquo ferat hortamur, et, quantum fieri potest, ærumnam moderate sustineat. Idoneum quidem et tempus, ut cor tuum leniat, et locum det rationi: sed tamen suspectus mihi est ingens tuus mariti amor, ac tua in omnes benignitas: ne forte mœrori te dedas, ob simplicitatem morum profundam accipiens plagam doloris. Ac semper quidem utilis Scripturarum doctrina, sed maxime ejusmodi temporibus. Memento igitur latæ a Creatore nostro sententiæ, per quam quotquot ex terra orti sumus, in terram revertimur<sup>1</sup>: nec quisquam ita magnus, ut dissolutioni non sit obnoxius,

Non vocatus quiritas, vocatus vero non obsequeris. Liquet autem ex secundis te in prioribus inani prætextu usum esse. Neque enim venisses, ut credere par est, etiamsi vocatus tunc fuisses. Obtempera igitur nunc vocantibus, et ne iterum fias iniquus, cum probe scias, crimen crimine accedente confirmari, et secunda culpa certiolem fieri accusationem prioris. Te autem semper adhortor, me ut patienter feras: quod si me non fers patienter, saltem æquum fuerit, ut martyres nequaquam contemnas, quorum ut memoriis communices advocaris. Fac igitur in primis ab utrisque, sin hoc tibi visum non fuerit, saltem a præstantioribus gratiam ineas.

(44) Πρὸς ἐπίσκοπον. Harl. et Clarom. ἐπισκόπῳ καλουμένοι εἰς σύνοδον, *Episcopo ad conventum vocato.*

(45) Μὴ δοκεῖ. Harl. μὴ δοκεῖ.

\* Alias CCLXXVIII. Scripta in episcopatu.

\*\* Alias CCCXXXVI. Scripta in episcopatu.



## EPISTOLA CCLXXXIII\*.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΓ'.

*Spem affert viduæ se illam visurum, alio conventu, post eos quos brevi habiturus erat, indicto. Somnium quoddam illius interpretatur.*

*Ad viduam.*

A

Ἐλευθέρα.

Diem quidem conventui idoneum inventuros nos speramus, post eos conventus, quos in montanis locis indicturi sumus. Colloqui autem tempus præter conventus celebrationem, nullum aliud nobis apparet, nisi quid præter spem Dominus dispensaverit. Conjecturam autem facere debes ex statu rerum tuarum. Si enim nobilitatem tuam de una domo sollicitam tanta circumstat turba curarum, quantis putas me quotidie negotiis distineri? Tuum autem somnium perfectiore quadam ratione arbitror id significare, contemplationis animi curam aliquam esse suscipiendam; ac oculos illos, quibus Deus conspici potest, esse sanandos. Cæterum solatium ex Scripturis divinis habens, neque me, neque alio quoquam ad ea quæ decent perspicienda indigebis, satis munita Spiritus sancti consiliis, ejusque præsidio, ad ea quæ conducunt.

Ἐμέραν μὲν ἐπιτηδείαν τῆς συνόδου (46) ἐλπίζομεν εὐρίσκειν μετὰ τὰς κατὰ τὴν ὄρεινὴν μελλούσας παρ' ἡμῶν τυποῦσθαι· συντυχίας δὲ (47) καιρὸς ἀνευ τῆς κατὰ τὴν σύνοδον λειτουργίας ἄλλος ἡμῖν οὐχ ὑποφαίνεται· πλὴν ἐὰν μὴ τι ἔξω τῶν ἐλπιζομένων ὁ Κύριος οἰκονομήσῃ. Στοχάζεσθαι δὲ ὀφείλεις ἐν τῶν κατὰ σεαυτὴν (48) πραγμάτων. Εἰ γὰρ τῆ σῆ εὐγενείᾳ μιᾶς φροντιζούσῃ (49) τοσοῦτος περίκειται ὄχλος μεριμνῶν, πόσας νομίζεις ἡμᾶς τὰς ἐφ' ἐκάστης ἡμέρας ἀσχολίας, ἔχειν; Τὸ δὲ σὸν ὄναρ ἡγοῦμαι τελειότερον ἐνδείκνυσθαι, ὡς ἄρα δέοι περὶ τῆς κατὰ ψυχὴν θεωρίας ποιῆσθαι τινὰ ἐπιμέλειαν, κακείνους τοὺς ὀφθαλμοὺς θεραπεύειν οἷς ὁ Θεὸς ὁρᾶσθαι πέφυκεν. Ἐχουσα δὲ τὴν ἐκ τῶν θείων Γραφῶν παράκλησιν, οὔτε ἡμῶν οὔτε ἄλλου τινὸς δεηθήσῃ πρὸς τὸ τὰ δέοντα συναρᾶν, αὐτάρκη τὴν ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔχουσα συμβουλίαν καὶ ὁδηγίαν πρὸς τὸ συμφέρον.

## EPISTOLA CCLXXXIV\*\*.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΔ'.

*Petit ut monachi a tributis sint immunes.*

*Ad censitorem, causa monachorum.*

Περὶ μοναζόντων (50), κησιτόρι.

Equidem puto jam normam aliquam constitutam esse apud tuam dignitatem de iis quæ spectant ad monachos, adeo ut necesse non habeam peculiare beneficium ipsis 425 petere, sed satis sit eis, communi cum omnibus perfrui humanitate. Sed tamen mei officii esse ducens, horum hominum pro viribus curam gerere, ad eximiam tuam prudentiam litteras mitto, ut qui jam olim sæculo nuntium remiserunt, ac suum ipsorum corpus ita mortificaverunt, ut neque pecuniis, neque corporeo labore quidquam prodesse publicæ rei possint, tributis eximantur. Enimvero, si modo secundum professionem vivant, neque pecunias, neque corpora habent; cum illas videlicet in egenorum usus profuderint, hæc vero jejunando ac precando contriverint. Scio autem fore, ut nihil magis reveraris, quam homines ita viventes, tibi que illos adjuutores parare velis, ut qui per evangelicum vivendi genus Dominum placare possim.

Οἶμαι μὲν τινὰ ἤδη τύπον κεκρατῆσθαι τατὰ τῆ τιμιότητι σου τῶν μοναζόντων ἐνεκεν, ὡς μηδὲν ἡμᾶς δεῖσθαι ἰδιάζουσιν χάριν ἐπ' αὐτοῖς αἰτεῖν, ἀλλ' ἐξαρκεῖν αὐτοῖς, εἰ τῆς κοινῆς μετὰ πάντων ἀπολαύσειαν φιλανθρωπίας· ὅμως δὲ καὶ ἐμαυτῶ ἐπιβάλλειν ἡγούμενος φροντίζεις, τὰ δυνατὰ, τῶν τοιούτων, ἐπιστέλλω τῆ τελείᾳ συνέσει σου τοὺς πάλαι μὲν ἀποταξαμένους τῷ βίῳ, νεκρώσαντας δὲ ἑαυτῶν τὸ σῶμα, ὡς μήτε ἀπὸ χρημάτων μήτε ἀπὸ τῆς σωματικῆς ὑπηρεσίας δύνασθαι τι παρέχειν τοῖς δημοσίοις χρήσιμον, ἀφιέναι τῶν συντελειῶν. Καὶ γὰρ εἶπερ εἰσὶ κατὰ τὸ ἐπάγγελμα ζῶντες, οὔτε χρήματα ἔχουσιν οὔτε σώματα· τὰ μὲν εἰς τὴν τῶν θεομένων κοινωνίαν ἀποκτησάμενοι, τὰ δὲ ἐν νηστεύσει καὶ προσευχαῖς κατατρίψαντες. Οἶδα δὲ, ὅτι τοὺς οὕτω βεβιωκότας παντὸς μᾶλλον δι' αἰδοῦς ἄξεις, καὶ βουλήσει (51) σεαυτῶ κτήσασθαι βοηθοὺς, δυνατοὺς διὰ τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείας δυσωπῆσαι τὸν Κύριον.

\* Alias CCLXXXIV. Scripta in episcopatu.

\*\* Alias CCCIV. Scripta in episcopatu.

(46) Τῆς συνόδου. Synodi nomine multa apud Basilium significari solent, interdum episcoporum concilia, interdum fidelium conventus ad dies festos martyrum, ut in epistolis 95, 98, 126. Ipsæ etiam ecclesiæ vocantur synodi in epist. 286 et 321. Hic autem eos conventus designat Basilius, quos, cum ecclesias agrorum visitaret, convocatis presbyteris, indicere solebat: horum exempla habes in epistola 278.

(47) Συντυχίας δέ. Ita Coisl. uterque. Reg. secundus et Clarom. Plures codices non habuimus in

hanc epistolam. Editi συντυχίας καιρὸς.

D. (48) Κατὰ σεαυτὴν. Sic iidem mss. Editio prima Paris. κατὰ σεαυτὸν.

(49) Μιᾶς φροντιζούσῃ. Coisl. secundus et Reg. secundus addunt, quod deest tum in editis, tum in codicibus Coisl. primo et Clar.. οἰκίας.

(50) Περὶ μοναζόντων. Hunc titulum sic exhibent Coisl. primus et Med. Alii codices et editi addunt ὥστε αὐτοὺς τῶν συντελειῶν διαφεῖναι, ut eos a tributis eximat.

(51) Βουλήσει. Ita Coisl. primus et Med. cum aliis nonnullis. Editi. βουλήσῃ.



## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΕ'.

## EPISTOLA CCLXXXV\*.

*Commendat Ecclesiæ possessiones quæ nimis tributis premebantur.*

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ τῇ τῆς Ἐκκλησίας προστασίᾳ. A *Sine inscriptione, ut patrocinium Ecclesiæ conciliet.*

Ὁ τῆς Ἐκκλησίας φροντίζων, καὶ διὰ χειρὸς ἔχων τῶν κτήσεων τὴν ἐπιμέλειαν, αὐτὸς ἐστὶν ὁ τὴν ἐπιστολὴν ἐπιδιδούς σοι ταύτην, ὁ ἀγαπητὸς υἱὸς ὁ δεῖνα. Τούτῳ καταξίωσον, περὶ ὧν ἀναφέρει τῇ κοσμιότητι σου, δοῦναι καὶ λόγου παρρησίαν, καὶ περὶ ὧν διαβεβαιούται (52) προσχεῖν· ἵνα ἀπὸ γούν τοῦ νῦν δυνηθῇ ἡ Ἐκκλησία ἑαυτὴν ἀναλαβεῖν, καὶ τῆς πολυκεφάλου ταύτης ὑδρας ἀπαλλαγῆναι. Τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν πτωχῶν κτήσις, ὥστε αἰεὶ ἡμᾶς ζητῆσαι τὸν ὑποδεχόμενον αὐτὴν, διὰ τὸ προσαναλίσκειν μᾶλλον τὴν Ἐκκλησίαν, ἢ τινα καρπὸν ἔχειν ἀπὸ τῶν κτημάτων.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΖ'.

## EPISTOLA CCLXXXVI\*\*.

*Significat Basilius fures in ecclesia comprehensos a se judicari debere, ac immerito Commentariensem sibi eorum receptionem arrogare.*

## Κομενταρησίῳ.

## B

## Commentariensi.

Ἐπειδὴ τινες ἐν τῇ συνόδῳ (53) τῇδε συνελήφθησαν τῶν τὰ πονηρὰ ἐργαζομένων, καὶ κλεπτόντων παρὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου ἱμάτια εὐτελῆ πτωχῶν ἀνθρώπων, οὓς ἐνδοῦεν μᾶλλον ἔχρῃν ἢ ἀποδοῦεν· συνελάβοντο μὲν αὐτοὺς οἱ τῆς εὐταξίας ἐπιμελούμενοι τῆς ἐκκλησιαστικῆς νομίσας (54) δὲ αὐτῷ σοι διαφέρειν, ὡς τὰ δημόσια πράττουσι, τὴν τῶν τοιούτων ὑποδοχὴν (55), ἐπέστειλά σοι, γνωρίζων, ὅτι τὰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀμαρτανόμενα ὑφ' ἡμῶν (56) προσήκει τῆς πρεπούσης τυγχάνειν διορθώσεως, δικαστὰς δὲ περὶ τούτων μὴ παρενοχλεῖσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ σῦλα αὐτῶν, ἃ δηλοῖ τὸ παρὰ σοὶ κείμενον, καὶ ἡ ἐπὶ πάντων τῶν παρόντων γενομένη ἀντιγραφὴ, ὑποδεχθῆναι προσέταξα, καὶ τὰ μὲν ταμιευθῆναι τοῖς ἐπερχομένοις, τὰ δὲ διαδοθῆναι τοῖς παροῦσι· τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἐπιστρέφειν ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου, οὓς οἶμαι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ βελτίους ποιήσειν πρὸς τὸ ἐφεξῆς. Ἄ γὰρ αἱ τῶν δικαστηρίων πληγαὶ οὐκ ἐργάζονται (57), ταῦτα ἐγνωμεν πολλάκις τὰ φοβερὰ κρίματα τοῦ Κυρίου κατορθοῦντα. Εἰ δὲ δοκεῖ σοι καὶ περὶ τούτων ἀνενεγκεῖν τῷ κόμητι (58), τοσοῦτον θαρρόμεν τοῖς δικαίοις καὶ τῇ τοῦ ἀνδρός ὀρθότητι, ὅτι ἐπιτρέπομεν σοι ποιεῖν ὃ βούλει.

(52) Διαβεβαιούται. Sic mss. tres. Editi βεβαιούται.

(53) Ἐν τῇ συνόδῳ τῇδε. Quamvis hæc verba sic reddi possint, in hoc conventu, id est, in aliquo martyrum festo, videtur tamen Basilius ipsum locum, ut Commentariensi notum, designare, non diem festum, qui forte illi non tam cognitus erat. Porro ecclesias vocari synodos perspicimus ex epist. 321.

(54) Νομίσας. Quamvis in hac voce consentiant editi et mss. codices, nullus tamen dubito quin legendum sit ἐνομίσας, ut legi interpret ac legendum monet Combefisius. Nam si legamus νομίσας, referendum id erit ad Basilium. At quomodo Basilius ejusmodi personarum receptionem ad Commentariensem pertinere existimasset, qui

Qui Ecclesiæ curam gerit, cuique possessionum administratio commissa, ipse est, qui hanc tibi tradit epistolam, dilectus ille filius. Huic digneris quibus de rebus ad tuam dignitatem referet, tum loquendi libertatem dare, tum asseveranti aures præbere: ut saltem nunc recreare se possit Ecclesia, et ab illa multorum capitum hydra liberari. Pauperem enim possessio est ejusmodi, ut semper quæramus, qui eam suscipiat; eo quod Ecclesia suum insuper potius absumat, quam ex possessionibus aliquid percipiat emolumentum.

Cum nonnulli in hac ecclesia comprehensi sint malefici, qui furati sunt contra Domini, præceptum vilia pauperum vestimenta, quos induere oportebat magis, quam exuere; cumque ab iis, quibus recti in Ecclesia ordinis cura incumbit, comprehensi fuerint, ad te autem existimaveris, ut qui rem publicam geras, ejusmodi personarum receptionem pertinere; dedi ad te litteras, ut te facerem certiore, quæ in ecclesiis peccantur, ea a nobis, ut par est, emendari debere, nec de his rebus judices esse interpellandos. Quapropter vestes sacrilege subreptas, quas depositum apud te inventarium, et in omnium astantium oculis exscriptum exemplar declarat, recipi præcepi, et alias quidem venturis servari, alias vero iis qui aderant tradi, 426 homines vero in disciplina atque admonitione Domini corrigi; quos spero in Dei nomine meliores deinceps me redditurum. Quæ enim tribunalium plagæ non efficiunt, ea plerumque novimus tremenda Domini judicia perficere. Quod si tibi visum fuerit et de his ad Comitem referre, adeo et juri, et viri integritati confidimus, ut per me tibi liceat facere quod libuerit.

non alio consilio hanc epistolam scribit, nisi ut sibi iudicium hujus rei vindicet?

(55) Ὑποδοχὴν. Ad Commentariensem receptarum personarum custodia observatioque pertineat, ait lex data anno 371, cod. Theod. lib. ix. tit. 3, p. 38.

(56) Ὑφ' ἡμῶν. Ita Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi ὑφ' ἡμῶν.

(57) Ἐργάζονται. Coisl. primus ἐξεργάζονται.

(58) Τῷ κόμητι. Comitem Orientis intelligit Gothofredus in notis ad legem modo citatam. Sed non video cur non potius intelligendus sit comes Ponticæ, cujus in dicecesi erat Cæsarea.

\* Alias CCXXIX. Scripta in episcopatu.

\*\* Alias CCCCXVII. Scripta in episcopatu.



## EPISTOLA CCLXXXVII\*.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΖ'.

*Removet a precibus hominem nequissimum cum tota familia.*

*Sine inscriptione, contra ultores.*

A

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἐκδικηταῖς.

Difficillimum est cum hoc homine negotium. Non enim habemus quid faciamus tam versipelli ingenio atque, ut ex rebus ante oculos positis conjicere est, desperato. Nam in iudicium vocatus, non respondet; quod si advenerit, tanta ubertate utitur dicendi ac jurandi, ut præclare nobiscum agi putemus, si cito ab illo discedamus. Sæpe etiam illum vidi crimina in accusatores convertentem. Et in summa, natura nulla est inter ea quæ hanc terram depascunt, tam versuta, tamque ad malitiam flexibilis, quam est viri illius, quemadmodum levi facto periculo spectare licet. Quid autem me percontamini, ac non vobis ipsi persuadetis, ut illius toleretis injurias, tanquam iram quamdam divinitus invectam? Sed ne vos peccatorum communicatio B contaminet, cum omni sua familia a precum consortio et a reliqua cum sacratis communione separetur. Forte jam res cavenda effectus, pudore suffundetur.

## EPISTOLA CCLXXXVIII\*\*.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΗ.

*Nefarium hominem, primum coram uno aut altero, deinde coram Ecclesia frustra reprehensum et a precibus remotum excommunicat Basilius, ac vetat ne quis cum eo misceatur.*

*Sine inscriptione, contra ultores.*

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἐκδικηταῖς.

Quos communes pœnæ ad sanam mentem non revocant, nec a precum communione separatio ad pœnitentiam adducit, eos necesse est traditis a Domino canonibus subijcere. Scriptum est enim: *Si frater tuus peccaverit, corripe eum inter te et ipsum: si te non audierit, assume tecum alium: quod si ne sic quidem, dic Ecclesiæ: si vero neque C Ecclesiam audierit, sit tibi de cætero ut ethnicus et publicanus*<sup>43</sup>; quod ipsum et in isto factum fuit. Semel accusatus est: coram uno et altero convictus fuit, tertio coram Ecclesia. Cum igitur 427 eum obtestati fuerimus, nec acquieverit, sit deinceps excommunicatus. Et hoc pago toti nuntietur, eum admittendum non esse ad ullam rerum ad

● Οὓς τὰ κοινὰ ἐπιτίμια οὐ σωφρονίζει, οὔτε τὸ εἰρχθῆναι τῶν εὐχῶν ἄγει εἰς μετάνοιαν, ἀνάγκη τοῖς παρὰ τοῦ Κυρίου δοθεῖσι κανόσιν ὑποβάλλειν. Γέγραπται γάρ· Ἐάν ὁ ἀδελφός σου ἀμάρτη, ἔλθῃ αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ· εἴαν σοὶ μὴ ἀκούσῃ παράλαβε μετὰ σεαυτοῦ ἄλλον· εἴαν δὲ μὴδὲ οὕτως, εἰπέ τῇ Ἐκκλησίᾳ· εἴαν δὲ καὶ τῆς Ἐκκλησίας παρακούσῃ ἔστω σοὶ λοιπὸν ὡς ἐθνικός (64) καὶ ὁ τελώνης· ὁ οὖν ἐγένετο (65) καὶ ἐπὶ τοῦδε. Ἀπαξ ἐνεκλήθη· ἐπὶ ἐνός καὶ δευτέρου διελέγχθη· τρίτον ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας. Ἐπεὶ οὖν διεμαρτυράμεθα αὐτῶ, καὶ οὐ κατεδέξατο, λοιπὸν ἔστω (66) ἐκκήρυκτος. Καὶ διαγγελθῆτω πάσῃ τῇ κώμῃ ἀπρόσδεκτον αὐτὸν εἶναι πρὸς πᾶσαν κοι-

<sup>43</sup> Matth. xviii, 15-17.

\* Alias CCLXV. Scripta in episcopatu.

\*\* Alias CCLXVI. Scripta in episcopatu.

(59) Οὐχ ὑπακούει. Negatio addita ex Medicæo et duobus aliis. Ibidem Coisl. primus τὸσαύτην χρῆται περιουσίαν.

(60) Ἐξ ὀλίγης. Coisl. primus ἐξ ὀλης. Medicæus cum Reg. secundo et Coisl. secundo ἐξ ὀλίγου. Plures in hanc epistolam codices non habuimus. D

(61) Ὑπομένειν. Coisl. secundus et Reg. secundus φέρειν. Vituperat S. Augustinus in epist. 230 factum Auxilii episcopi, qui virum spectabilem Classicianum cum tota familia excommunicaverat. Discrepat ergo Basilius ab Augustino, si hominis nocentis innocentem familiam arcet a communione. Sed nihil cogit ejusmodi decretum ei attribuere. Nullo certe in canone pœnam ejusmodi imponit. In epistola sequenti gravissimam infligit excommunicationem, sed nocentis familiam non tangit. Quod si in epistola 270 eos, qui raptorem juverunt, cum

totis familiis arcet a precibus; communem irrogat pœnam, quia, ut ibidem observavimus, commune peccatum erat. Quinetiam in hac ipsa epistola cum ait, *sed ne vos peccatorum communicatio contaminet, cum omni sua familia a precum consortio et reliqua cum sacratis communione separetur*, satis indicat sibi innocentem hominis familiam non videri, seque metuere ne pravo exemplo corrupta similem perniciem aliis inferat.

(62) Πανοικεί. In Coisl. utroque, et Med. et Reg. secundo scribitur πανοικί.

(63) Ἴσως. Sic quatuor nostri codices pro eo quod erat in editione 2 Paris ἦς ὡς.

(64) Ἐθνικός. Editi ὁ ἐθνικός. Melius deest articulus in Coisl. primo.

(65) Ἐγένετο. Editi addunt τοῦτο, quod melius deest in Reg. secundo et Coisl. secundo.

(66) Ἔστω. Sic iidem duo codices. Editi ἔσται. Ibidem editi διαγγελθῆτω. Mss. διαγγελθήτω.



ωνίαν χρήσεως βιωτικῆς, ὡς, ἐκ τοῦ μὴ συνανα-  
μίγνυσθαι ἡμᾶς αὐτῷ, γένηται παντελῶς κατάβρωμα  
τοῦ διαβόλου.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΘ'.

*Rationes exponit cur eripere non possit hominem nocentem, qui sacram virginem famoso libello lace-  
raverat, et legibus punitus calumnias de integro renovaverat.*

Ἄνεπίγραφος περὶ γυναικὸς καταπονουμένης.

Ἐγὼ ἴσον ἡμάρτημα κρένας, καὶ ἀνεπιτιμώτους  
εἶν τοὺς ἀμαρτάνοντας, καὶ ὑπερβαίνειν τὸ μέτρον  
τῆ τιμωρίας (67), τὴν ἐμοὶ ἐπιβάλλουσαν ἐπέθηκα  
δίχην τῷδε, ἐξορίσας αὐτὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοι-  
νωνίας· καὶ τοῖς ἠδικημένοις παρήνεσα μὴ ἑαυτοὺς  
ἐκδικεῖν, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ τὴν ἀνταπόδοσιν ἐπιτρέ-  
ψαι. Ὡστε, εἴ τι ὄφελος ἡμῶν (68) παραγγελμά-  
των, τότε ἂν ἠκούσθην, πολλῶ ἀξιοπιστότερον κε-  
χρημένος τῷ λόγῳ ἢ ὅσον ἂν δυνηθεῖν δυσωπῆσαι  
τὰ γράμματα. Ἐπεὶ δὲ ἠκουσα ῥημάτων πολλῆν (69)  
ἐχόντων βαρύτητα, καὶ τότε ἠσύχασα, καὶ νῦν οὐκ  
οἶμαι πρέπον εἶναι μοι περὶ τῶν αὐτῶν διαλέγεσθαι.  
Ἐγὼ γάρ, φησὶν, ἀνδρὸς ὑπερεῖδον, καὶ παιδοποιίας  
καὶ βίου, ἵνα ἐνός τούτου τύχοιμι, τῆς παρὰ Θεοῦ (70)  
εὐδοκίμησης, καὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῦ βελτίονος  
ἀξιοῦσθαι λόγου, Ἐπειδὴ ἄνθρωπος ἐκ παιδὸς ταῖς  
οἰκοφθορίαις ἐντεθραμμένος, εἰσβιασάμενός ποτε τῆ  
συνήθει ἑαυτοῦ ἀναιδεία ἐνέπεσεν ἡμῶν τῷ οἴκῳ,  
καὶ μέχρι ψιλῆς συντυχίας ἐγένετο γνώριμος ἡμῖν,  
καὶ ἀγνοία τῶν κατ' αὐτὸν, καὶ αἰδοῖ τινα ἀπαιδευτῶ  
προφανῶς αὐτὸν αἰσχυνομένη ἐλάσαι εἰς τοσοῦτον  
ἐξῆλθεν ἀσεβείας καὶ ὑβρεως, ὥστε ἐμπλῆσαι μὲν  
τὴν πόλιν πᾶσαν τῶν κατ' ἐμοῦ (71) βλασφημιῶν,  
προγράμματι δὲ δημοσίῳ στηλιτεῦσαι, ἐκτεθέντι ἐπὶ  
τῶν προθύρων τῆς ἐκκλησίας. Ἐφ' οἷς καὶ τυχῶν  
τινος παρὰ τῶν νόμων ἀγανακτήσεως, πάλιν ἐπαν-  
ελθὼν (72) ἀνενώσατο τὰς αὐτοῦ βλασφημίας. Πά-  
λιν τῶν ἐμῶν λοιδοριῶν πλήρης ἡ ἀγορά, τὰ γυμνά-  
σια, τὰ θεάτρα, αἱ οἰκίαι τῶν δι' ὁμοιότητα τοῦ βίου  
δεχομένων αὐτὸν. Καὶ μηδὲ ἐπὶ τοῖς βελτίοσι γνω-  
ρίζεσθαι, ἐν οἷς εὐπρεπὲς ἦν, ὑπὴρξέ μοι ἐκ τῶν  
αἰσχίστων, διὰ τὸ παρὰ πᾶσι τῆ ἀκελάστῳ γνώ-  
μη (73) γενέσθαι περιφανῆ. Ἐπὶ τούτοις, φησὶν, οἱ μὲν  
ἠθροῦνται ταῖς βλασφημίαις, διὰ τὸ φύσει χεῖρειν ταῖς  
λοιδορίαις τοὺς ἀνθρώπους· οἱ δὲ ἀχθεσθαι μὲν λέ-  
γουσιν, οὐ συναλγοῦσι δὲ· ἄλλοι πείθονται ἀληθεῖς  
εἶναι τὰς λοιδορίας· ἄλλοι ἀμφίβολοί εἰσι, τῷ πλή-  
θει τῶν ὄρκων αὐτοῦ προσέχοντες. Ὁ δὲ συναλγῶν  
οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ὄντως νῦν τῆς ἐρημίας ἠσθόμην (74),

(67) Τῆ τιμωρίας. Med. et Vat. τὴν τιμωρίαν.

(68) Ἰμῶν. Duo codices recentiores ἐμῶν. Mox  
multi codices τῷ λόγῳ, ὅσον. Nonnulli καὶ ὅσον.

(69) Ἐπεὶ δὲ... πολλῆν. Ita Reg. secundus et  
Coisl. secundus. Alii et rditi Ἐπειδὴ... πολλῶν.

(70) Παρὰ Θεοῦ Sic Med. et Coisl. primus. Edit.  
παρὰ Θεῷ. Paulo post legendum Ἐπεὶ δὲ.

(71) Κατ' ἐμοῦ. Ita Coisl. primus. Editi κατ'  
ἐμαντοῦ. Paulo ante legendum αἰσχυνομένη, mu-  
tato, ut sæpe alias, numero, vel αἰσχυνομένας.

(72) Ἐπανελθὼν. Ex his patet auctorem libelli  
exsilio damnatum.

(73) Γνώμη. Mallet Combefisius γλώσση. Sed non  
favent codices mss., nec opus est sanam lectionem

A vitam pertinentium societatem : ut ex eo quod  
cum eo non commisceamur, sit prorsus diaboli  
pabulam.

## EPISTOLA CCLXXXIX\*.

*Sine inscriptione, de muliere afflicta.*

Ego par peccatum esse judicans et impunitos  
relinquere delinquentes, et modum transgredi  
plectendo, pœnam quæ mihi competebat, huic viro  
influxi, arcens eum a communione ecclesiastica;  
et eos qui læsi sunt hortatus sum, ut se ipsi non  
ulciscerentur, sed Domino ultionem permetterent.  
Quare si qua esset utilitas mearum admonitionum,  
B tunc fuisset exauditus, sermone utens ejusmodi  
qui multo esset ad fidem faciendam aptior, quam  
litteræ ad flectendum. Sed postquam verba au-  
divi valde gravia, et tunc silui, et nunc decere me  
non arbitror de iisdem agere. Ego enim, inquit,  
virum, liberorumque procreationem et sæculum  
contempsi, rei unius consequendæ causa, ut Deo  
probata essem, et bene apud homines audirem.  
Sed postquam homo a puero in corrupendis do-  
mibus institutus, solita impudentia sese obtrudens  
in domum meam aliquando irrupit, mihique co-  
gnitus tantum fuit ex simplici colloquio, quæ igno-  
ratione illius morum ac imperito quodam pudore  
illum aperte verecundabar expellere; eo impietatis  
ac contumeliæ devenit, ut civitatem totam injurio-  
sis in me sermonibus repletet, meque famoso li-  
bello valvis ecclesiæ affixo decantaret. Ob quæ  
etiam indignationem aliquam a legibus expertus,  
iterum rediens maledicta sua renovavit. Rursus  
referta conviciis meis, forum, gymnasia, theatra  
ac ædes eorum qui illum ob vitæ similitudinem  
recipiunt. Nec mihi turpissima convicia attule-  
runt, ut ex melioribus rebus, ut oportebat, co-  
gnoscerer, eo quod apud omnes intemperantis  
animi notis inusta sim. In his, inquit, alii quidem  
lætantur maledictis, propterea quod natura convi-  
ciis gaudent homines : alii vero se indignari di-  
cunt, non tamen mecum dolent; aliis persuasum  
est vera esse convicia; dubitant alii, dum ei to-  
ties juranti animum attendunt. Non est autem qui  
mei commiserescat : sed vere nunc solitudinem  
sensi, meque ipsa lugeo, non fratrem, non ami-

emendare. Subobscura autem hujus loci sententia  
sic videtur explicari posse : Erat illa virgo ob fa-  
mosos libellos omnibus cognita, ita ut in omnium  
sermone versaretur. Itaque si calumniæ non ip-  
sam pudicitiam; sed aliud quidpiam oppugnas-  
sent, illud saltem ex calumniis consecuta esset, ut  
eam omnes virginem esse scirent. Sed cum male-  
dicta in ipsam pudicitiam erupissent, non jam sua  
illam virginitas, utpote incontinentis animi notis  
inustam, apud homines commendare potuit.

(74) ἠσθόμην. Quatuor codices ἠσθην. Vat. ἠσθην.  
Reg. secundus ἠσθίζην.

\* Alias CCXLIX. Scripta in episcopatu.



cum, non cognatum, non servum, non liberum, A  
neminem **428** omnino hominum habens qui  
meo dolore moveatur; et, ut mihi videtur, solam  
me hac urbe miseriores invenio, in qua tam  
pauci improbos oderunt: qui quidem illatam his  
et illis contumeliam non vident in orbem pro-  
gredi, ac ipsos aliquando apprehensuram. Cum  
hæc et alia longe adhuc graviora mihi cum innu-  
meris lacrymis exposuisset, abiit ne me quidem a  
querelis immunem dimittens, quod cum paterno  
animo dolere cum illa deberem, indifferens es-  
sem in tanto malo, et in alienis ærumnis philoso-  
pharer. Non enim jubes, aiebat, ut pecuniarum  
jacturam contemnam, neque ut corporis labores  
perferam, sed ut lædar in ipsa fama, cujus jac-  
tura fit cleri commune damnum. Ad hæc verba B  
quid me illi respondere velis, ipse, o admirande,  
judica; cum apud me statutum habeam, ut no-  
centes magistratibus non tradere, ita nec traditos  
eripere; quibus id jam olim ab Apostolo dictum  
est, ut magistratum in malo opere timeant: *Non  
enim sine causa gladium portat*<sup>44</sup>. Quemadmodum  
igitur tradere inhumanum est: ita etiam eripere  
illius est qui contumeliam alit. Forte introitus in  
causam differetur ad nostrum usque adventum; et  
tunc ostendemus, nihil nos prodesse posse, quod  
non sint qui morem gerant ac obsequantur.

## EPISTOLA CCXC\*.

*Exponit Nectario quomodo eorum, qui pagis præficiuntur, id est chorepiscoporum, electiones peragi  
debeant.*

Nectario.

Bona multa eveniant tuis, qui tuam dignitatem  
ad continuum mecum per litteras colloquium in-  
citant. Non enim putes consuetudinis causa dici a  
nobis talia, sed ex vero amimi affectu vocem  
tuam a me maximi fieri. Quid enim mihi charius  
esse possit Nectario, qui mihi a puero ex dotibus  
perquam eximiis notus fuit, nunc vero omni vir-  
tute ad tantum splendorem pervenit? Quare mihi  
amicorum omnium amicissimus qui tuas ad me

<sup>44</sup> Rom. XIII, 4.

\* Alias CCCXXIII. Scripta in episcopatu.

(75) ἄφεσιν. Mallet Combefisius ἀφαιρέσιν. Sed  
nihil mutandum.

(76) Μηδὲ ἐξαιρείσθαι. Notum est olim episcopos  
pro nocentibus deprecatorum munere fungi solit-  
os esse. Videbitur forte Basilius ab hac humani-  
tate discedere: non tamen discedit, nec pugnat  
cum Augustino, qui reorum patrocinium apud ju-  
dices merito ab episcopis suscipi docet epist. 153  
ad Macedonium. Nam fatetur Augustinus in illa  
epistola n. 20, pro iis qui aliena rapuere, *magis  
apud eos qui repetunt, quam apud eos qui judi-  
cant, intercedere convenire*. Id autem perfecit Ba-  
silius; at ubi vidit nihil se apud virginem læsam  
promovere, incepto destitit. Deinde vero addit idem  
Augustinus n. 22, non audere se dicere, *interve-  
niendum esse pro aliquo, ut quod scelere abstulit,  
sceleris impunitate possideat*. Quamobrem non  
erat, cur Basilius deprecatorem se præberet pro  
ejusmodi sycophanta, quem perspicuum est ex

καὶ ἑμαυτὴν ὀδύρομαι, οὐκ ἀδελφόν, οὐ φίλον, οὐ  
συγγενῆ, οὐ δούλον, οὐκ ἐλεύθερον, οὐδένα ἀνθρώπων  
τὸ παράπαν ἔχουσα συναλγούντα· καὶ, ὡς εἶπε, μόνην  
ἑαυτὴν ἐλευσιτέραν τῆς πόλεως εὐρίσκω, ἐν ἣ τσοσάυτη  
σπάνις μισοπονήρων ἐστίν· οἱ τὴν εἰς ἀλλήλους γινομέ-  
νην παροινίαν οἶονται βαδίζουσαν ἐν κύκλῳ καὶ αὐτοὺς  
ποτε καταλήψεσθαι. Ταῦτα καὶ πολλῶ ἐτι πληκτικώτερα  
μετὰ ἀμυθῆτων δακρύων πρὸς ἐμὲ διεξελθούσα, ἀπήλθεν,  
οὐδὲ ἐμὲ τῶν μέμφεων ἐλεύθερον ἀφείσα, ὅτι, θεόν  
πατρικῶς αὐτῇ συναλγεῖν, ἐναδιαφορῶ κακῶ τσοσούτῳ,  
καὶ φιλοσοφῶ ἐν ἀλλοτρίοις παθήμασιν. Οὐ γὰρ  
χρημάτων ἀφῆσιν (75) κελεύεις ὑπεριδεῖν, οὐδὲ τοὺς εἰς  
τὸ σῶμα ποικίλους συννευχεῖν· ἀλλ' εἰς αὐτὴν ζημιωθῆναι  
τὴν ὑπόληψιν, ἧς ἡ βλάβη κοινῇ ζημία τοῦ κλήρου  
γίνεται. Ἐπὶ τούτοις τοῖς ῥήμασι τίνα με βούλει νῦν  
πρὸς αὐτὴν εἰπεῖν, αὐτὸς δοκίμασον, ὧ θαυμάσιε,  
ἔχοντα τοιαύτην κρίσιν παρ' ἑαυτῶ, μὴ παραδιδόναι  
ταῖς ἀρχαῖς τοὺς κακούργους, μὴ μέντοι μηδὲ ἐξαιρεί-  
σθαι (76) παραδοθέντας. οἷς πάλαι προεῖρηται παρὰ  
τοῦ Ἀποστόλου φοβεῖσθαι τὸν ἀρχοντα ἐπὶ τῷ πο-  
νηρῷ ἔργῳ· Οὐ γὰρ εἰκῆ, φησί, τὴν μάχαιραν φα-  
ρεῖ. Ὡσπερ οὖν τὸ παραδοῦναι οὐ φιλόανθρωπον (77),  
οὕτω καὶ τὸ ἐξαιρείσθαι τρέφοντός ἐστι τὴν παροι-  
νίαν. Ἴσως δ' ἂ γένοιτό τις ὑπέρθεσις τῆς εἰσόδου  
μέχρι τῆς ἡμῶν αὐτῶν παρουσίας· καὶ τότε δεῖξομεν,  
ὅτι οὐδὲν ἡμῶν ὄφελος, ἐκ τοῦ μὴ εἶναι τοὺς πειθο-  
μένους.

## EPISTOLA CCXC\*.

*Exponit Nectario quomodo eorum, qui pagis præficiuntur, id est chorepiscoporum, electiones peragi  
debeant.*

Nectario (78).

Πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτο τοῖς κινουσι τὴν τιμιότητά  
σου πρὸς τὴν συνεχῆ ὁμιλίαν ἡμῶν, τὴν διὰ τοῦ  
γράμματος (79). Μὴ γὰρ οἴου συνηθείας ἐνεκεν λέγε-  
σθαι παρ' ἡμῶν τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ ἐκ διαθέσεως ἀλη-  
θινῆς πλείστου ἀξίαν τίθεσθαι ἡμᾶς τὴν φωνὴν σου.  
Τί γὰρ ἂν ἐμοὶ Νεκταρίου γένοιτο τιμιώτερον, τοῦ  
ἐκ παιδὸς μὲν ἀπὸ τῶν καλλίστων ἡμῖν γνωρισθέν-  
τος, νῦν δὲ ἐκ παντοίας ἀρετῆς εἰς τσοσούτον περι-  
φανείας αναδραμόντος; Ὡστε μοι φίλων ἀπάντων

tota hac epistola calumnias et opprobria recan-  
tare noluisse. Ubi autem rei, incolumi æquitate,  
liberari poterant, non deerat operæ Basilius, ut  
perspici potest ex pluribus epistolis.

(77) Οὐ φιλόανθρωπον. Reg. secundus et Coisl.  
secundus ἀφιλόανθρωπον.

(78) Νεκταρίῳ. Reg. secundus et Coisl. itidem  
secundus τῷ αὐτῷ, quia videlicet in utroque co-  
dice præcedit epistola 5 ad Nectarium qui filium  
amiserat. Addit uterque codex cum editis Ὅτι  
οὐκ ἀνθρωπίνῃ περιδρομῇ τοὺς ἐπισκόπους δεῖ προχει-  
ρίζεσθαι, ἀλλὰ κατ' ἐκλογὴν τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ. Quod  
non humana concursatione promoveri oportet  
episcopos, sed per electionem Dei qui est super om-  
nia. Verum hæc melius desunt in aliis mss., nec  
de episcopis, sed de chorepiscopis agit Basilius.

(79) Τὴν διὰ τοῦ γράμματος. Primus articulus abest  
a codicibus Harl., Med., Coisl. secundo et Reg. se-  
cundo, et Bigot. altero; sed legitur in Coisl. primo  
et Reg. primo. Infra Coisl. primus Τί γὰρ ἐμοίς.



φίλτατος ὁ σά μοι γράμματα διαφέρων. Περὶ μέντοι τῆς τῶν προστησομένων τῆς συμμορίας (80) ἐκλογῆς, εἰ μὲν ἀνθρώποις χαριζόμενος, ἢ ἰκεσίαις ἐνδιδούς, ἢ φόβῳ εἰκῶν ποιῶ τι, μήτε ταῦτα (81) ποιῆσαιμι. Οὐ γὰρ οἰκονόμος, ἀλλὰ κάπηλος ἔσομαι, τὴν δωρεάν τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπινας φιλίας διαμειβόμενος. Εἰ δὲ αἱ μὲν δίδόμεναι ψῆφοι παρὰ ἀνθρώπων δίδονται, ἐκ τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας μαρτυρεῖν ἔχόντων, ἅπερ ἂν μαρτυρῶσιν, αἱ δὲ κρίσεις τῶν ἐπιτηδειοτέρων τῷ εἰδοῦσι τὰ ἀπόρρητα τῶν καρδιῶν παρὰ τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως ἐπιτρέπονται· τάχα τῷ παντὶ βέλτιον καταθέμενον τὴν μαρτυρίαν, σπουδῆς μὲν καὶ διαστάσεως πάσης ὡσπερ οἰκείων (82) τῶν μαρτυρηθέντων ἀφίστασθαι, προσεύχεσθαι δὲ τῷ Θεῷ μὴ λαθεῖν τὸ συμφέρον. Οὕτω γὰρ οὐκέτι ἀνθρώπων τῆς ἐφ' ἐκάτερα ἐκβάσεως αἰτιασόμεθα, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τὴν χάριν τῶν γενομένων εἰσόμεθα. Καίτοι εἰ κατὰ ἀνθρώπων γίνεται ταῦτα, οὐδὲ γίνεται· ἀλλὰ μίμησις μὲν ἐστὶ, τῆς ἀληθείας δὲ (83) πᾶμπληθες ἀπολείπεται. Σκέψαι δὲ, ὅτι οὐδὲ μικρὸς τις παραπέπηγε κίνδυνος τῷ ἐκ παντὸς τρόπου τὸ ἑαυτοῦ κρατῆσαι φιλονεικούντι, μὴ ποτε τῶν ἀμαρτανόμενων ἐφ' ἑαυτοὺς ἐλκύσωμεν τὴν μερίδα. Πολλὰ γὰρ ἂν ἀμαρτηθεῖη καὶ παρὰ τῶν οὐκ ἂν προσδοκηθέντων (84) ποτὲ, διὰ τὸ εὐκόλον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Εἶτα ἰδίᾳ μὲν τοῖς φίλοις συμβουλευσάντες πολλάκις τὰ κράτιστα, καὶ ἀπίθανοι δόξωμεν τοῖς βουλευομένοις, οὐ χαλεπαινομεν· ἐν οἷς δὲ οὐ βουλή ἀνθρώπων, ἀλλὰ κρίσις ἐστὶ Θεοῦ, μὴ καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων προτιμηθέντες ὀνυχρανοῦμεν; Εἰ μὲν οὖν παρὰ ἀνθρώπων δίδεται, τί χρὴ παρ' ἡμῶν αἰτεῖν; ἀλλ' οὐχὶ αὐτὸν παρ' ἑαυτοῦ λαμβάνειν; εἰ δὲ παρὰ Κυρίου, εὐχεσθαι προσῆκεν, ἀλλ' οὐχὶ ἀγανακτεῖν· καὶ ἐν τῇ εὐχῇ, μὴ τὸ ἴδιον θέλημα αἰτεῖν, ἀλλ' ἐπιτρέπειν τῷ οἰκονομοῦντι τὸ συμφέρον Θεῷ (85). Ὁ δὲ Θεὸς ὁ ἅγιος ἀπαγάγοι πάσαν πείραν λυπηρῶν πραγμάτων ἀπὸ τοῦ οἴκου ὑμῶν· καὶ αὐτῷ τε σοὶ καὶ πᾶσι τοῖς προσήκουσι σοὶ ἄνοσον καὶ ἀβλαβῆ ἐν πάσῃ (86) εὐθηνία τὸν βίον ἐπιμετρήσεις.

ctus omnem rerum molestarum experientiam a vestra domo arceat, atque tum tibi, tum omnibus

(80) Τῆς συμμορίας. Hac voce non designatur tota diœcesis, sed certus quidam pagorum numerus chorepiscopo commissus, ut patet ex epist. 142, ubi Basilius sic loquitur de quodam chorepiscopo: Καταξιώσεις δὲ, δηλονότι, καὶ πτωχοτροφίαν τῆς συμμορίας τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκέψασθαι. *Dignaberis autem et pauperum domum ad pagos ei commissos pertinentem invisere.* Ex hac autem epistola patet chorepiscopos non ad arbitrium episcoporum designari solitos esse, sed rem electioni commissam fuisse. Quod minime mirum, cum ipsi etiam in pagis presbyteri et diaconi non sine electione ordinarentur, ut patet ex epist. 54. Erat autem chorepiscoporum sedes insigni alicui affixa pago, cui alii pagi attribuebantur. Unde Basilius in epist. 188, can. 10, auctor est Amphilochio ut agrum Mestiae subjectum Vasodis subijciat.

(81) Μήτε ταῦτα. Ita Harl., Coisl. primus et Med. Editi μήτε ταῦτα. Vertendum putat Combefisius, *hæc nunquam fecerim.* Sed nostra interpretatio confirmatur ex his quæ infra dicit Basilius: *At profecto si hæc secundum hominem fiunt, ne fiunt quidem.*

(82) Ὡσπερ οἰκείων. Nititur hæc scriptura au-

A litteras affert. Quod autem attinet ad electionem eorum qui pagis præficiendi sunt, si quid certe aut gratiam apud homines iniens, aut precibus indulgens, aut timori cedens fecero; quidvis potius quam electionem peragam. Non **429** enim dispensator ero, sed caupo humanis amicitiiis Dei donum permutans. Quod si data suffragia ab hominibus dantur, qui ex specie externa testari possunt, quæcunque testantur, illa autem iudicia, quinam magis idonei sint, ei qui cordium arcana novit, a nostra humilitate permittuntur; illud sane universis satius fuerit, dicto testimonio, a studio et contentione omni pro iis quibus datum est testimonium, quasi pro necessariis, abstinere: Deum autem precari, ut quod utile fuerit, non lateat. Sic enim non jam homini eventum in utramque partem ascribemus, sed Deo gratias ob ea quæ evenerint referemus. Ac profecto si hæc secundum hominem fiunt, ne fiunt quidem: sed imitatio quidem sunt, a veritate autem absunt longissime. Illud etiam considera, ei, qui ut sua ipsius sententia vincat, omni modo contendit, non leve periculum propositum esse ne peccatorum partem ad nos aliquando trahamus. Enimvero etiam ab iis a quibus id nunquam exspectasses, multa peccantur ob naturæ humanæ proclivitatem. Deinde vero privatim amicis consilia dantes sæpe optima, etiamsi consulentibus nihil videamur dicere quod persuadeat, sægre non ferimus: quibus autem in rebus non hominum voluntas, sed Dei iudicium est, nos etiam Dei iudiciis non anteponi indignabimur? Itaque si hoc ab hominibus datur, quid opus est a nobis petere? nonne potius par fuerit quemvis hoc ipsum a semetipso accipere? Sin autem a Domino datur, precari decet, non vero indignari. Atque inter precandum nostra ipsorum voluntas exposcenda non est: sed quod utile est permittendum dispensanti Deo. Deus autem sanctus omnem rerum molestarum experientiam a vestra domo arceat, atque tum tibi, tum omnibus

etoritate antiquissimorum codicum, Coisl., Med. atque etiam Harl. qui sic habuit prima manu. Editi ὡς ὑπὲρ οἰκείων. Possent autem Basilius verba sic intelligi: Abstinentium a contentione, quasi non unus aliquis inter eos, quibus datum est testimonium, sed omnes nostri sint necessarii. Sed magis arridet sensus, quem in interpretando secuti sumus. Similiter Basilius in caput III Isaiæ, pag. 456, vituperat ejusmodi electiones, in quibus unusquisque non virtutem, sed necessitudinem et consanguinitatem spectat.

(83) Τῆς ἀληθείας δὲ. Sic Medicæus et Harlæanus. Editi μίμησις μὲν ἐστὶ τῆς ἀληθείας, αὐτῆς δὲ τῆς ἀληθείας, etc. *Sed imitatio quidem sunt veritatis, ab ipsa autem veritate absunt longissime.*

(84) Προσδοκηθέντων. Tres mss. non vetustissimi προσδοκώμενων.

(85) Τὸ συμφέρον Θεῷ. Regius uterque et Coisl. secundus cum utroque Bigot. Θεῷ τὸ συμφέρον. Hac lectione confirmatur nostra interpretatio. Aliter enim reddi potuisset, *dispensanti quod utile est Deo.*

(86) Ἐν πάσῃ. Deest præpositio in tribus vetustissimis codicibus.



## EPISTOLA CCXCI\*.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΗΑ'.

*Timotheum chorepiscopum, qui ex summo asceticæ vitæ fervore ad sæcularia negotia delapsus fuerat, ad pristinam pietatem Basilius revocare conatur.*

*Timotheo chorepiscopo.*

A

Τιμοθέω χωρεπισκόπω.

Et scribere omnia quæcunque sentio, neque epistolæ modo convenire video, neque alias salutationis speciem decere; et silentio præterire pene impossibile mihi est, justa in te iracundia corde fervente. Mediam igitur viam inibo, alia quidem scribens, alia prætermittens. Volo enim te reprehendere, si fas est, amica dicendi æqualitate. Quomodo Timotheus ille, quem a pueritia ita sese ad rectam et asceticam vitam intendisse novimus, ut immoderationis in his rebus accusaretur; **430** nunc ab ea re unice consideranda discedens, quid faciendum sit, ut cum Deo jungamur, respicis ad ea quæ de te nescio quis existimat, et suspensam ex aliorum sententia vitam habes, et quomodo nec amicis inutilis sis, nec inimicis ridiculus consideras, ac ignominiam apud multos ut magnum aliquod malum formidas; nec cogitas te dum in his rebus immoraris, imprudentem præcipuum ac primarium vitæ genus negligere? Plenæ enim sunt Scripturæ testimoniis, quibus edocemur non posse simul utraque retineri, mundi hujus negotia et vitam secundum Deum; plena est etiam ipsa natura ejusmodi exemplis. Nam in mentis actione duo simul cogitare omnino non possumus. Atque in iis quæ sensu percipiuntur, duæ voces simul emissæ auribus capi eodem momento et discerni non possunt; idque cum duo nobis ad audiendum meatus aperti sint. Oculi quoque, nisi ambo in una aliqua re visibili defigantur, suum munus accurate obire non queunt. Atque ita est in rebus naturalibus. Jam Scripturarum testimonia tibi referre non minus ridiculum, quam noctuam, ut aiunt, Athenas ferre. Quid igitur miscemus quæ misceri non possunt, tumultus civiles et pietatis exercitationem, ac non potius a tumultibus, et a negotiis gerendis aut alii exhibendis recedentes, nobiscum ipsi versamur; et quod dudum suscepimus pietatis propositum, opere confirmamus, et calumniari volentibus ostendimus situm in illis non esse, ut molestiam nobis creent, cum voluerint? Hoc autem fiet, ubi nos ab omni ansa liberos exhibuerimus. Et hæc quidem hæcenus. Utinam autem et simul aliquando congregiamur, et diligentius deliberemus de iis quæ nostris animabus conducunt, ne inter inanes curas deprehendamus, necessario exitu nobis superveniente. Cæterum iis quæ tua charitas

B

C

D

Καὶ τὸ πάντα γράφειν, ὅσα φρονῶ, οὔτε τῷ μέτρῳ τῆς ἐπιστολῆς ὁρῶ συμβαίνον, οὔτε ἄλλως πρέπον τῷ τῆς προσηγορίας εἶδει· καὶ τὸ σιωπῆ παρελθεῖν μικροῦ καὶ ἀδύνατον (87) ἐστὶ μοι, δικαίῳ θυμῷ τῷ κατὰ σοῦ φλεγμαινούσης μοι τῆς καρδίας. Μέσαν οὖν βαδιοῦμαι, τὰ μὲν γράφω, τὰ δὲ παρῆς. Καθ-ἀψασθαι γὰρ σου βούλομαι, εἰ θέμις ἐστίν, ἐν ἰσηγορίᾳ φιλικῇ. Εἰ Τιμοθεὸς ἐκείνος, ὃν ἐκ παιδὸς οἶδαμεν τοσοῦτον πρὸς τὴν ὀρθότητα καὶ τὸν κατησκη-μένον βίον τῷ τόνῳ χρώμενον, ὥστε ἐγκαλεῖσθαι τὴν ἐν τούτοις (88) ἀμετρίαν, ἀποστάς νῦν τοῦ σκοπεῖν πάντα τρόπον ὃ τι χρῆ ποιούντα τῷ Θεῷ προσοικειοῦσθαι, ἀποβλέπεις πρὸς τὰ τῷ δεῖνι δοκοῦντα περὶ σοῦ, καὶ τῆς ἐτέρων γνώμης τὴν ζωὴν ἔχεις ἐξήρητημένην, καὶ ὅπως μὴ φίλοις ἀχρηστος, μηδὲ ἐχθροῖς ἢ καταγέλαστος ἐνθυμῆ, καὶ τὴν παρὰ πολλῶν αἰσχύνῃ, ὡς δευόν τι, φοβῆ, καὶ οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι ἐν ὅσῳ περὶ ταῦτα τρίβῃ, λαυθάνεις σεαυτὸν τῆς προηγουμένης ζωῆς ἀμελῶν; Ὅτι γὰρ οὐκ ἐγχωρεῖ ἀμφοτέρων ὁμοῦ περιγενέσθαι, τῶν τε κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον πραγμάτων, καὶ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας, πλήρεις μὲν (89) αἱ θεῖαι Γραφαί, ὧν ἐδίδαξαν ἡμᾶς· πλήρης δὲ καὶ αὐτὴ ἡ φύσις τῶν τοιούτων ὑποδειγμάτων ἐστίν. Ἐν τε γὰρ τῇ κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείᾳ δύο νοῆσαι κατὰ ταυτὸν νοήματα παντελῶς ἀμήχανον· ἐν τε ταῖς κατὰ τὴν αἴσθησιν ἀντιλήψειςι δύο φωνᾶς ὁμοῦ προστιπτούσας ταῖς ἀκοαῖς δέχεσθαι ἐν ταυτῷ καὶ διακρίνειν ἀδύνατον· καὶ τοῦτο δύο ἀκουστικῶν πόρων ἡμῖν ἀνεργημένων. Ὀφθαλμοὶ δὲ, ἐὰν μὴ ἀμφοτέροι πρὸς ἓν τι τῶν ὀρατῶν ἀποταθῶσιν, ἐνεργεῖν τὸ ἑαυτῶν ἀκριβῶς οὐ δύνανται. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ παρὰ τῆς φύσεως· τὰ δὲ ἐκ τῶν Γραφῶν σοι διηγεῖσθαι οὐχ ἥττον ἐστὶ καταγέλαστον ἢ γλαῦκα, φησὶν (90), Ἀθηναίοις ἄγειν. Τί οὖν τὰ ἄμικτα μίγνυμεν; θορύβους πολιτικούς καὶ εὐσεβείας ἀσκησιν; ἀλλ' οὐχὶ ἀποστάντες τῶν θορύβων, καὶ τοῦ πράγματα (91) ἔχειν καὶ παρέχειν ἑτέροις, ἡμῶν αὐτῶν γινόμεθα· καὶ ὃν πάλαι ὑπεθέμεθα τῆς εὐσεβείας σκοπὸν βεβαιοῦμεν τῷ ἔργῳ, καὶ δείκνυμεν τοῖς ἐπηρεάζειν ἡμῖν βουλομένοις, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς τὸ λυπεῖν ἡμᾶς ὅταν ἐθέλωσι; Τοῦτο δὲ ἔσται ἐπειδὴν πάσης λαβῆς ἐλευθέρους ἑαυτοὺς ἀποδείξωμεν. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Εἴη δὲ ἡμᾶς ποτε καὶ ἐν ταυτῷ γενέσθαι, καὶ ἀκριβέστερον βουλεύσασθαι περὶ τῶν συμφερόντων ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, ἵνα μὴ ἐν τῇ περὶ τῶν ματαίων φροντίδι καταληφθῶμεν, τῆς ἀναγκαίας ἐξόδου ἐπελθούσης ἡμῖν. Τοῖς δὲ ἀποσταλεῖσι παρὰ τῆς ἀγάπης σου ὑπερήσθην,

simi πλήρης μὲν ἡ θεία Γραφή ὧν ἐδίδαξεν ἡμᾶς. Paulo post Harlæanus codex Ἐν τῇ γὰρ et κατὰ τοῦτο.

(90) Φησὶν. Coisl. primus et alius quidam φασὶν.

(91) Καὶ τοῦ πράγματα. Ita Coisl. primus, Reg. primus, Harl. et Clarom. Editi et nonnulli mss. τῶν πραγμάτων.

\* Alias CCCXL. Scripta in episcopatu.

(87) Ἀδύνατον. Sic veteres libri sex. Corrupte in editis ἀδυνατόν. Mox tres codices φλεγμαινούσης μου.

(88) Ἐν τούτοις. Tres mss. ἐπὶ τούτοις. Mox deest νῦν in Medicæo.

(89) Πλήρεις μὲν. Quatuor codices non antiquis-



οἷς ὑπῆρχε μὲν ἡδίστοις εἶναι καὶ κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν· πολλαπλασίονα δὲ τὴν ἡδονὴν ἐνεποίει (92) ἢ προσθήκη τοῦ ἀποστείλαντος. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Πόντου, κηρούς καὶ ἄκοπα, ἡδέως, δέξαι, ὅταν ἀποστείλωμεν· νῦν γὰρ ἡμῖν οὐ παρῆν.

(92) Ἐνεποίει. Sic Med., Harl. et Coisl. primus. Editi ἐποίει. Paulo post auctoritate eorumdem trium codicum mutavimus, quod nimio gram-

A misit, sum valde delectatus: quæ quidem et sua sponte erant jucundissima: at multiplicem fecit voluptatem quod accessit a mittente. Ponti autem munuscula, ceras videlicet et acopa, cum misero, libenter suscipe: nunc enim his carebam.

maticæ studio inductum videtur fuisse in textum, ἄκοπα καὶ κηρούς.

## CLASSIS TERTIA.

Epistolæ nulla temporis nota signatæ, cum pluribus dubiis et spuriiis nonnullis.

### 431 ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΉΒ'.

*Significat suum videnti Palladii desiderium, cujus uxorem viderat, eumque hortatur ut vestimentum immortalitatis, nuper in baptismo acceptum, ab omni macula purum conservet.*

Παλλαδίῳ.

Τὸ ἡμῖν τῆς ἐπιθυμίας ἡμῶν ἐξεπλήρωσεν ὁ ἅγιος Θεός, οἰκονομήσας τὴν συντυχίαν τῆς κοσμιωτάτης ἀδελφῆς ἡμῶν τῆς συμβίου σου· Δυνατός δὲ παρασχεῖν καὶ τὸ λειπόμενον, ὥστε ἰδόντας (93) ἡμᾶς καὶ τὴν σὴν εὐγένειαν, τελείαν ἀποδοῦναι τῷ Θεῷ τὴν χάριν. Ἐν πολλῇ γὰρ ἐσμεν ἐπιθυμία· μάλιστα νῦν, ὅτε ἠκούσαμεν τιμηθῆσθαι σε τῇ μεγάλῃ τιμῇ, τῷ ἀθανάτῳ ἐνδύματι, ὁ περισχόν (94) ἡμῶν τὴν ἀνθρωπότητα, τὸν ἐν τῇ σαρκὶ θάνατον ἐξηφάνισε, καὶ κατεπόθη τὸ θνητὸν ἐν τῷ τῆς ἀφθαρσίας ἐνδύματι. Ἐπειδὴ οὖν εἰκείον μὲν σε ἑαυτῷ (95) ὁ Κύριος διὰ τῆς χάριτος ἐποίησεν, ἠλλοτρίωσε δὲ πάσης τῆς ἀμαρτίας, ἠνοιξε δὲ βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ ὁδοὺς τὰς ἀπαγούσας πρὸς τὴν ἐκεῖ μακαριότητα ὑπέδειξε· παρακαλοῦμέν σε, ἄνδρα τοσοῦτον φρονήσει τῶν λοιπῶν ὑπερέχοντα, λελογισμένως τὴν χάριν δέξασθαι, καὶ πιστὸν φύλακα γενέσθαι τοῦ θησαυροῦ, πάσῃ ἐπιμελείᾳ τηροῦντα τῆς βασιλικῆς παρακαταθήκης τὴν φυλακὴν, ἵνα ἄσυλον τὴν σφραγίδα διασωσάμενος παραστῆς τῷ Κυρίῳ ἐκλάμπων ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἁγίων, μηδένα σπῖλον ἢ ρυτίδα ἐμβάλων (96) τῷ καθαρῷ τῆς ἀφθαρσίας ἐνδύματι, ἀλλ' ἐν πᾶσι τοῖς μέλεσι τὸν ἁγιασμόν διασώζων, ὡς Χριστὸν ἐνδυσάμενος. Ὅσοι γὰρ, φησὶν, εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Ἔστω οὖν πάντα τὰ μέλη ἅγια, πρέποντα εἶναι σπέκασθαι τῷ ἁγίῳ καὶ φωτεινῷ περιβλήματι.

### ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΉΓ'.

*Scire avet Basilius an Julianus usum manus receperit; multa præclare dicit de firmo et constanti mentis statu. Rogat Julianum ut sæpe ad se scribat.*

Ἰουλιανῷ (97).

Πῶς σοι τὸν ἐν μέσῳ τοῦτου χρόνου τὸ σῶμα ἔσχεν; εἰ καθαρῶς ἀπέλαβες τῆς χειρὸς τὴν ἐνέο-

<sup>45</sup> Galat. iii, 27.

(93) Ἰδόντας. Habent εἰδόντας Harl. et Coisl. primus. In Medicæo codice non exstat hæc epistola.

(94) Ὁ περισχόν Ita Harl. et quinque alii. Editi et Coisl. primus περιέχον.

(95) Μὲν σε ἑαυτῷ. Ita mss. tres. Editi σεαυτῷ. Harl. et Paris. μὲν σε αὐτῷ. Paulo post Harl. παλαιᾶς τῆς ἀμαρτίας, ab antiquo peccato.

PATROL. GR. XXXII.

### EPISTOLA CCXCH\*.

Palladio.

Dimidium desiderii nostri Deus sanctus complevit, dum fecit ut ornatissimæ sororis nostræ, conjugis tuæ fruerer præsentia. Potest autem et quod reliquum est præstare, ut et tuam quoque nobilitatem videns, cumulas Deo gratias agam. Nam desiderio multo incendor, nunc maxime, cum audio te esse honore magno decoratum, immortalī scilicet indumento, quod naturam nostram contegens, mortem carnis abolevit, et quod mortale erat, in immortalitatis vestimento absorptum est. Quoniam igitur te proximum sibi Dominus per gratiam effecit, removitque a peccato omni, et regnum cælorum aperuit, ac vias ad futuram illic beatitudinem deducentes ostendit; adhortor te, virum tanto cæteris prudentia præstantem, ut prudenter beneficium accipias, ac fidelis sis custos thesauri, cura omni regium depositum conservans; ita ut, postquam sigillum integrum ac intactum custodieris, Domino astes refulgens in splendore sanctorum, purum ab omni macula et ruga vestimentum immortalitatis gerens, ac sanctimoniam in omnibus membris retinens, ut Christum indutus. *Quicumque enim, inquit, in Christo baptizati estis, Christum induistis*<sup>45</sup>. Proinde membra omnia sint sancta; adeo ut digna sint, quæ sancta illa ac splendida veste operiantur.

### EPISTOLA CCXCH\*\*.

Juliano.

Quomodo tibi hoc interjecto tempore corpus se habuit? omnino manus usum recepisti? Quomodo

(96) Ἐμβάλων. Quinque mss. non vetustissimi ἐπιβάλλον.

(97) Ἰουλιανῷ. Medicæus et Coisl. primus addunt ἠθικὴ πάνυ ὡραία, moralis omnino pulchra.

\* Alias CCCLXXXVI.

\*\* Alias CLXVI.



etiam reliquæ res vitæ? an tibi ex sententia cedunt, quemadmodum optamus, et uti instituto tuo debitum est? Etenim quibus facile mutabilis sententia, his minime mirum est vitæ ordinem non constare; quibus vero firma mens est, semperque constans et eadem, his consentaneum est vitam instituto congruentem ducere. Nam re ipsa nauclero non licet tranquillitatem facere cum voluerit; sed nobis tranquillam nobis ipsis vitam constituere, etiam omnino facile, si tumultus nobis intus ex vitiis insurgentes compescamus, **432** et his quæ extrinsecus accidunt, altiore animo stabiliamus. Nam nec damna, nec morbi nec reliqua vitæ incommoda probum virum attingunt, quandiu animam habuerit in Deo ambulanti, et prospicientem futura, ac procellas e terra excitatas leviter et expedite superantem. Siquidem qui vitæ curis admodum detenti sunt, veluti carnosæ aves frustra alis instructæ humi serpunt una cum pecoribus. Te vero tantum videre per negotia nobis licuit, quantum qui se in mari invicem prætereunt. Attamen quoniam vel ex ungue licet totum cognoscere leonem, videmur nobis ex modico experimento satis te cognovisse. Unde et hoc magni facimus, res nostras a te in aliquo numero poni, nosque a tua mente non abesse, sed tecum jugiter per memoriam versari. Scribere autem recordationis est significatio: quod crebrius feceris, eo nobis gratius facies.

δε μνήμης τὸ γράφειν· ὅπερ ὄσω ἂν συνεχέστερον ποιῆς (3),

#### EPISTOLA CCXCIV\*.

*Significat se vehementer optare ut pietas, quam teneris eorum animis olim inseverat, ad summum perveniat. Demonstrat utilitatem doctrinæ libris consignatæ, quæ et absentibus et posteris prodest.*

#### Festo et Magno.

Decet quidem et patres filiis providere, et agricolas plantarum et seminum curam suscipere, et magistros de suis discipulis esse sollicitos, maxime cum ob egregiam indolem meliores de se ipsis spes ostendunt. Nam et agricola laboribus gaudet, cum spicæ ipsi turgescunt, ac plantæ crescunt: et discipulis magistri lætantur, et liberis parentes cum illi quidem virtute, hi vero corporis mole augentur. Nos autem tanto majorem de vobis habemus curam spemque præstantiorem, quanto pietas arte omni et omnibus animantibus simul et fructibus melior est; quam teneris adhuc et puris animabus vestris radicatus insitam a nobis et nutritam, etiam ad perfectum

\* Alias CCX.

(89) Τούτοις, Reg. secundus et Coisl. secundus τούτους.

(99) Κυβερνήτη. Reg. secundus κυβερνήτην. Idem cum duobus aliis οὐκ ἐπίσταται.

(1) Ἐμπορευομένην. Sic Coisl. primus et Harl. Habet Medicæus ἐμπολιτευομένην. Editi συμπορευομένην.

(2) Ἐν λόγῳ, etc. Reg. secundus et Coisl. secundus ἐν λόγῳ σε τὸ καθ' ἡμᾶς.

Α γειαν; Πῶς δὲ τὰ λοιπὰ τοῦ βίου πράγματα; εἰ κατὰ γνώμην χωρεῖ σοι, ὡσπερ εὐχόμεθα, καὶ ὡς ἐστὶν ὀφειλόμενον τῇ σῇ προαιρέσει; Καὶ γὰρ οἷς μὲν εὐκόλος πρὸς μεταβολὴν ἢ διάνοια, τούτοις οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ τὸν βίον εἶναι μὴ τεταγμένον· οἷς δὲ πεπηγυῖα ἢ γνώμη, καὶ ἀεὶ ἐστῶσα καὶ ἡ αὐτῇ, τούτοις (98) ἀκολουθοῦν συμφώνως τῇ προαιρέσει τὴν ζωὴν διεξάγειν. Τῷ ὄντι γὰρ κυβερνήτῃ (99) μὲν οὐκ ἐφεῖται γαλήνην ποιεῖν ὅτε βούλεται· ἡμῖν δὲ ἀκύμονα ἑαυτοῖς καθιστᾶν τὸν βίον καὶ πάνυ ῥάδιον, εἰάν τοὺς ἐνδοθεν ἐκ τῶν παθῶν ἐπανισταμένους ἡμῖν θορύβους κατασιγᾶσωμεν, καὶ τῶν ἐξωθεν προσπιπτόντων ὑψηλοτέραν τὴν γνώμην καταστήσωμεθα. Καὶ γὰρ οὔτε ζημίαι, οὔτε ἀβρώστιαί, οὔτε αἱ λοιπαὶ δυσχέρειαι τοῦ βίου, ἀφνταὶ τοῦ σπουδαίου, ἕως ἂν ἔχη τὴν διάνοιαν τῷ Θεῷ ἐμπορευομένην (1), καὶ τὸ μέλλον ἀποσκοποῦσαν, καὶ τῆς χαμόθεν ἐγειρομένης ζάλης κούφως καὶ εὐσταλῶς ὑπεραίρουσαν. Ἐπεὶ οἱ γε σφοδρῶς ταῖς τοῦ βίου μερίμναις κατειλημμένοι, οἷον ἄρνιθες πολύσαρκοι εἰκῆ τὸ πτερόν ἔχοντες, κάτω που σύρονται μετὰ τῶν βοσκημάτων. Σε δὲ τοσοῦτον ἰδεῖν ὑπὲρ τῶν πραγμάτων ἐπετράπημεν, ὅσον οἱ ἐν πελάγει ἀλλήλους παραμειβόμενοι. Πλὴν ἀλλ', ἐπειδὴ καὶ ἐξ ὄνυχος ἐστὶν ὄλον γνωρίσαι τὸν λέοντα, ἐν βραχείας τῆς πείρας ἠγούμεθά σε ἱκανῶς ἐγνωκέναι. Ὅθεν καὶ μέγα ποιούμεθα τὸ ἐν λόγῳ (2) σέ τινα τὰ καθ' ἡμᾶς τίθεσθαι καὶ μὴ ἀπειναί σου τῆς διανοίας, ἀλλὰ διηνεκῶς σοι συνεῖναι διὰ τῆς μνήμης. Δεῖγμα τοσοῦτω πλέον ἡμῖν χαριῆ.

#### EPISTOLA ΣΗΔ'

C

Φήστω καὶ Μάγνῳ (4).

Πρέπει μὲν που καὶ πατράσι παίδων ἰδίων προνοια, καὶ γεωργοῖς φυτῶν ἢ σπερμάτων ἐπιμέλεια, καὶ διδασκάλοις μαθητῶν φροντίς, μάλιστα ὅταν δι' εὐφυΐαν βελτίους ἐφ' ἑαυτοῖς ὑποφαίνουσι (5) τὰς ἐλπίδας. Χαίρει γὰρ πονῶν καὶ γεωργὸς, ἄδρυνόμενων αὐτῷ (6) τῶν ἀσταχύων ἢ τῶν φυτῶν αὐξανόμενων· εὐφραίνουσι δὲ καὶ μαθηταὶ διδασκάλους, καὶ παῖδες πατέρας, οἱ μὲν πρὸς ἀρετὴν, οἱ δὲ πρὸς αὐξήσειν ἐπιδιδόντες. Ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον μείζονα μὲν ἐφ' ὑμῖν ἔχομεν τὴν φροντίδα, κρείττονα δὲ τὴν ἐλπίδα, ὅσον εὐσέβεια πάσης μὲν τέχνης, πάντων δὲ ζώων ὁμοῦ καὶ καρπῶν ἐστὶν ἀμείνων, ἣν ἐν ἀπαλαῖς ἔτι καὶ καθαραῖς ταῖς ὑμετέραις ψυχαῖς ῥιζωθεῖσαν ὑφ' ἡμῶν καὶ τραφεῖσαν ἰδεῖν εὐχόμεθα

D

(3) Ποιῆς. Harl. ποιεῖς.

(4) Φήστω καὶ Μάγνῳ. Tres codices addunt ὡστε ἐπιτείνειν τὴν πρὸς τὰ κρείττονα μάθησιν· *Ut ad meliora studium intendant.*

(5) Ὑποφαίνουσι. Duo Regii codices et Coisl. recentior ὑποφαίνωσι.

(6) Αὐτῷ. Ita codices quinque mss. Editi αὐτῶν. Paulo ante Reg. secundus et Coisl. secundus cum utroque Bigot. Χαίρει γὰρ πόνῳ. [Garnier, πόνων.]



καὶ προελθούσαν εἰς ἀκμὴν τελείαν, καὶ εἰς καρ- A  
 πούς ὠραίους, συλλαμβανομένης ἡμῶν ταῖς εὐχαῖς  
 τῆς ὑμετέρας φιλομαθείας. Εὖ γὰρ ἴστε καὶ τὴν  
 ἡμετέραν εἰς ὑμᾶς εὐνοίαν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ συνερ-  
 γίαν ταῖς ὑμετέροις ἐναποκεσῆθαι γνώμαις, ὧν πρὸς  
 τὸ θεῖον εὐθυμένων, Θεὸς συνεργὸς καλούμενος  
 παρέσται καὶ ἀκλήτος, καὶ πᾶς φιλόθεος ἄνθρωπος  
 πρὸς διδασκαλίαν αὐτεπάγγελτος. Ἀνίκητος γὰρ ἡ  
 προθυμία τῶν διδάσκειν τι χρήσιμον δυναμένων,  
 ὅταν αἱ τῶν μαθησάντων ψυχαὶ πάσης καθαρεύωσιν  
 ἀντιτυπίας. Οὐκοῦν οὐδὲ σώματος κωλύει χωρισμὸς,  
 τοῦ δημιουργήσαντος ἡμᾶς δι' ὑπερβολὴν σοφίας  
 καὶ φιλανθρωπίας μὴ συμπεριορίσαντος τοῖς σώ-  
 μασι τὴν διάνοιαν, μήτε μὴν τῇ γλώττῃ τῶν λόγων  
 τὴν δύναμιν· δόντος δὲ τι πλείον καὶ ἀπὸ τοῦ χρό-  
 νου τοῖς ὠφελεῖν δυναμένοις, ὡς μὴ μόνον τοῖς μα- B  
 κρᾶν διεστηκόσιν, ἀλλὰ δὴ καὶ τοῖς λίαν ὀψιγόνους  
 παραπέμπειν δύνασθαι τὴν διδασκαλίαν. Καὶ τοῦτον  
 ἡμῖν ἡ πείρα πιστοῦται τὸν λόγον· ἐπεὶ οἱ τε  
 πολλοῖς πρότερον ἔτεσι γενόμενοι διδάσκουσι τοὺς  
 νέους, σωζομένης ἐν γραμμασι τῆς διδασκαλίας·  
 ἡμεῖς τεκεχωρισμένοι τοσούτου τοῖς σώμασι, τῇ  
 διανοίᾳ σύνεσμεν ἀεὶ, καὶ προσομιλοῦμεν ῥᾶθίως, τῆς  
 διδασκαλίας οὔτε ὑπὸ γῆς οὔτε θαλάσσης κωλυ-  
 μένης, εἰ τίς ἐστὶν ἡμῖν τῶν ἰδίων ψυχῶν φροντίς.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΤΕ΄.

*Hortatur ut cœnobiticam vitam amplectantur, caveantque ne quis eos a Patrum fide abducatur.*

Μονάζουσι (7).

Ἦγοῦμαι μὲν μηδεμιᾶς ἐτέρας ὑμᾶς τῇ τοῦ Θεοῦ  
